This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HX 15SA 8

Digitized by Google

Ger 95.37.20



Harvard College
Library

By Exchange

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B. BVRCARD GOTTH. STRVVII ICTI

IVRISPRVDENTIAE HEROICAE
SEV
IVRIS
QVO ILLVSTRES VTVNTVR PRIVATI
PARS III.

OPVS POSTHVMVM
QVOD
EX B. AVTORIS SCHEDIS EDIDIT
SIMVLQVE
VARIAS OBSERVATIONES
INTEGRASQVE DISSERTATIONES
INSERVIT
IO. AVG. HELLFELD D.

IENAE
APVD IO. ADAM MELCHIOR
MDCCXXXXV.

Digitized by Google

B. BVRCARD GOTTH. STRVVII

Gen 95.37.20
HARVARD COLLEGE LIBRARY
BY EXCHANGE
17 JUN 1933

IVRISPRVDENTIAE HEROICAE

SIVE

IVRIS

QVO ILLVSTRES VIVVNTVR

PRIVATI

PARS III.

OPVS POSTHVMVM

QVOD

EX B. AVTORIS SCHEDIS EDIDIT

SIMVLQVE

VARIAS OBSERVATIONES

INTEGRASQVE DISSERTATIONES

INSERVIT

IO. AVG. HELLFELD D.

IENAE

APVD IO. ADAM MELCHIOR

MDCCXXXV.

Digitized by Google

LECTORI BENEVOLO,

S. P. D.

IO. AVG. HELLFELD, D.

Memor promiſſi, quod ante biennium dedi, partem iurisprudentiae heroicae tertiam ex Schedis B. Soceri Tibi iam trado B. L., et vt nouam hancce partem, eadem, qua reliquas, ſuſcipias beneuolentia, enixe rogo, quaeſoque. Complectitur, quae in vſu ſunt frequenti, materias de dote, de donatione propter nuptias ac morgengaba, de do-

Digitized by Google

dotalitio, de polygamia; de partu ſuppoſito et cuſtodia ventris, de liberis naturalibus, et quae circa haecce capita inter illuſtres obtinent iura.

Ordinem, quem mihi ab initio dixi, paullulum mutaui, dum capita de repudiis diuortiisque illuſtrium Germanorum aeque ac exterorum ad quartum reieci volumen. Mutationis eſt ratio; quod integram repudiorum diuortiorumque materiam non caperet voluminis, quam bibliopola ſibi propoſuerat, magnitudo, ideo omnem de repudiis et diuortiis doctrinam in quartam transferre malui partem, quam cognata ſibi iura per diuerſa diſpergere volumina. Addidi meas de dote, donatione propter nuptias, de morgengaba et de illuſtrium dotalitio meditationes, in quibus, ſi aliquid minus rectum curatumque poſitum obſeruas, vt corrigas meque fauore tuo complecti pergas, abs te omni, qua par eſt, obſeruantia peto. Ienae, die XXVIII. Apr. CIↃ IↃ CC XXXXV.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT I.

DE

DOTE PERSONARVM ILLVSTRIVM

SECTIO I.

DE

DOTE ILLVSTRIVM IVRIS PRINCIPIA EXHIBENS

ELABORATA

A

IO. AVGVSTO HELLFELD.

§. I.

Dotis dotalitiique cauſae non ex ſolo priuatorum iure aeſtumandae veniunt.

§. II.

Dos quid ſit, eaque ante matrimonium initum locum non habet.

§. III.

Dos diuerſis venit nominibus.

§. IV.

Dos I. Nat. neceſſario haud debetur.

§. V.

Nihilominus apud plures gentes vſu obtinuit.

§. VI.

Aſt apud alias vſum non habuit dos.

§. VII.

Germanorum rationes vix dotem per-

Digitized by Google

permittebant muliebrem, at mulier munuſcula adferebat.

§. VIII.

A Germanorum moribus diuerſi erant Gallorum mores.

§. IX.

Recepto iuri Romano dotes muliebres apud Germanos debent originem.

§. X.

Quaenam fuerit dos Germanorum antiqua.

§. XI.

Filiae illuſtrium iure exigunt dotem.

§. XII.

Illuſtrium dos datur ad ſuſtinenda matrimonii onera aeque ac priuatorum.

§. XIII.

Quaenam res illuſtres in dotem dari ſoleant.

§. XIV.

Dos conſtituitur

(a) *Teſtamento, et quid iuris circa teſtamentariam dotis conſtitutionem.*

§. XV.

(b) *Pacto familiae conſtitui ſolet dos.*

§. XVI.

(c) *Determinatur etiam conſuetudine.*

§. XVII.

(d) *Iudex quoque ſolet determinare dotem.*

§. XVIII.

Cui dos ſoluatur.

§. XVIIII.

Dos filiabus illuſtrium ex territorio praeſtanda.

§. XX.

Quod vberius confirmatur.

§. XXI.

Inde in receſſibus prouincialibus cautum, vt praeſtetur die Fräulein-Steuer.

§. XXII.

Argumenta diſſentientium examinantur.

§. XXIII.

Cui incumbat dotatio apanagiatorum filiae.

§. XXIV.

Dos eſt vel voluntaria vel neceſſaria.

§. XXV.

De dotis quantitate recepta.

§. XXVI.

Definitur quantitas dotis pactis dotalibus et quid obtineat, ſi nil eſt definitum.

§. XXVII.

An ſucceſſor teneatur ad praeſtandam ſeu ſoluendam dotem ab anteceſſore promiſſam.

§. XXVIII.

Variae pro dote praeſtanda adhiberi ſolent cautiones.

§. XXIX.

Tempus ſoluendae dotis.

§. XXX.

Digitized by Google

§. XXX.

De iure quod marito ratione dotis competat.

§. XXXI.

De ſucceſſione ratione dotis.

§. XXXII.

De repetitione dotis finito matr. per diuortium.

§. XXXIII.

De repetitione dotis finito morte matrimonio.

§. XXXIV.

Priuilegia dotis feminis illuſtribus competunt, aſt ad dotalitium ſ. donationem p. n. non extendenda.

SECTIO II.

DE

VASIS ET IOCALIBVS, QVAE PRAETER DOTEM MARITO ADFERVNTVR.

§. I.

Praeter dotem adferuntur marito vaſa iocalia etc.

§. II.

Quod docent tabulae inter Friedr. II. atque Iſabellam filiam Iohannis ſine terra R. A.

§. III.

Idem patet ex tabulis Ruperti imperatoris et Catharinae Caroli V. R. G. filiae.

§. IV.

Idem conuenit inter Carolum Burgundiae ducem et Margaretham Eduardi IV. R. A. filiam.

§. V.

Quid de iis inter Ludouicum Sabaudiae et Carolottam Cypricam actum.

§. VI.

De veſtibus, iocalibus etc. ſponſae actum in tabulis Helenae Luxenburg. et Iani Sabaudi.

§. VII.

De vaſis aureis argenteisque ſponſae dandis conuenit inter Ferdinandum Cathar. et Henr. VII. Angliae regem.

§. VIII.

Henricus VIII ſorori Mariae Ludouico XII. Gallorum regi deſponſatae CCM. coronarum pro ſuppellectile promittit.

§. IX.

Emanuel Portugalliae rex filiae Beatrici Carolo Sabaudiae duci ſponſatae certam ſummam pro iocalibus, gemmisque etc. adſignat.

§. X.

Ludouica Sabaudica Ferdinando Badenſi attulit CLM librarum pro gemmis et iocalibus.

Digitized by Google

§. XI.

Huiusmodi clenodia etc. non parentes ſolum, ſed interdum ipſi ſponſi praeſtant, quod per exempla probatur, et

§. XII - XX.

Vberius confirmatur exemplis Philiberti Sabaudi, Caroli IX. G. R. Philippi II. R. Hiſp. Henrici III. R. Polon. Henrici IV. R. Franc. Victoris Amadei Sab. Guilielmi Arauſion. Alphonſi VI. Luſitan. R. Ludouici Burgundi etc. et

§. XX - XXIV.

Exemplis Caroli Br. R. Ludouici XIV. G. R. Caroli II. R. Hiſp. et Ludou. Delphini magis illuſtrantur.

§. XXV.

Sponſae illuſtri interdum certa ſumma ad ſuſtentationem aulae data, quod factum a Galeatio Maria Sabaudo dum duceret Mariam Mediolan.

§. XXVI - XXVII.

Et a Philippo II. ducente Eliſab. Gall. et Annam Auſtriacam.

§. XXVIII.

Idem fecit Carolus IX. G. R. dum illi nuberet Eliſabetha Auſtriaca.

§. XXIX.

Simile obſeruamus in nuptiis Philippi Hiſp. Inf. et Eliſabethae Henr. IV. G. R. filiae.

§. XXX.

Nonnunquam mater filiae dedit clenodia, veſtes etc.

§. XXXI - XXXII.

De ſucceſſione in clenodia data interdum inter illuſtres conueniri ſolet.

§. XXXIII.

Libellus actionum Ioh. de Hazenburg.

SECTIO III.

EXEMPLA REGNORVM DOTALIVM COLLECTA

A

B. B. G. STRVVIO.

§. I.

Feminae regna et principatus vel in dotem obtulerunt vel ſibi omnem reſeruarunt poteſtatem.

§. II.

Sic Aeneas cum Lauinia filia Latini regnum Latinum accepit.

§. III.

Apud Longobardos Theodelinda ex procerum conſenſu regnum mariti Autharis eſt conſecuta idque ad maritum Agilulfum detulit.

§. IV.

Antiochus M. Syriae Rex Ptolomaco

Digitized by Google

mato Epiphani Aegypti R. filio Cleopatram filiam cum multis prouinciis dedit.

§. V.

In Hiſpaniae Regno Ormiſinda cum marito Alphonſo Catholico regnum communicauit.

§. VI.

Ramiri II. R. Arragoniae filia Petronella Raymundo Berengario dotale regnum attulit.

§. VII.

Vrraca Alphonſi Caſtellae R. filia patri in regno ſuccedens marito Alphonſo Arragoniae R. poteſtatem communicauit ſuam.

§. VIII.

Alphonſus VII. R. Arragoniae iure uxorio regnum Caſtellae et Legionis obtinuit.

§. IX.

Caſtellae regnum Sanctius Maior Rex Vaſconum per Eluiram vxorem obtinuit.

§. X.

Henrico I. Caſtellae Rege mortuo ſucceſſio in Alfonſum Legionenſis R. filium iure matris Berengariae transfertur.

§. XI.

Legionis regnum cum Sanctia Veremunai III. ſorore Ferdinandus Caſtellae princeps obtinuit.

§. XII.

Nauarrae regnum eſſe femineum docent exempla Theobaldi, qui iure materno ſucceſſit Sanctio V. et Iohannae Henrici R. filiae quae illud ad Gallos transtulit.

§. XIII.

De poſteriori exemplo vberius.

§. XIV.

Ioanni Arragoniae R. Blanca filia Caroli II. Fr. R. in dotale regnum attulit Nauarrae imperium.

§. XV.

Ioanne defuncto Franciſco Phoebo Foxenſi comiti Blancae abnepoti regnum Nauarrae ceſſit.

§. XVI.

Philippi Audacis filio Philippo Pulchro Ioanna Henrici I. N. R. filia in dotem attulit N. Regnum.

§. XVII.

Alphonſus III. Luſitaniae Rex cum vxore Beatrice Alphonſi Caſtellae R. filia varia Luſitaniae oppida adquiſiuit.

§. XVIII.

Henricus Burgundus Portum aliasque vrbes cum Thereſia Alphonſi VI. Caſt. et Leg. filia accepit.

§. XIX.

Anna Britanniae min. dux Carolo VIII. G. R. marito Britanniae ducatum attulit.

§. XX.

Apud Britannos ab antiquis temporibus muliebre imperium non fuiſſe ignotum teſtatur exemplum Edelfledae.

§. XXI.

Poſt Henrici I. R. Br. mortem ſucceſſionem Mathildi competentem prae-

praeripiebat Stephanus Bleſ. Adelae filius.

§. XXII.

Henricus VII. in Angliae Regnum iure vxoris Eliſabethae Eduardi IV. R. filiae ſucceſſit.

§. XXIII.

Hedwigis Ludouici R. filia Poloniae regnum marito Iagelloni Lithuaniae duci tradidit.

§. XXIV.

Micislaus II. Pol R. Belae Pomeraniam in dotem dedit.

§. XXV.

Libuſſa Bohemiae princeps maritum Primislaum facit regem.

§. XXVI.

Interdum certi principatus in caſum ſi maſculi deficerent in dotem ſunt promiſſi, quod docent exempla plura adducta.

§. XXVII.

Garſias Vaſconum Rex cum Margaretha Perticae comitis filia principatum Tudelae habuit.

§. XXVIII.

Ramirus R. Arrag. filiam ſuam Petronillam Raimundo Barcinon. comiti collocatam Arragoniae regno dotauit.

§. XXIX.

Ludouicus X. filiae Ioannae duci Burgundiae nuptae dedit Burgundiae comitatum.

§. XXX.

Burgundiae comitatus Philippo Longo Pulchri filio in dotem datus.

§. I.

Si illuſtrium dotales et dotalitiorum cauſſae, vt eſt B. DE LVDOLFF (a) opinio, ex ſolo priuatorum iure eſſent diiudicandae, et ſi, vt idem quoque ſentit, ex ſolo eueniret pacto, vt interdum iure, a priuatorum diuerſo illuſtres vterentur, non eſſet, quod hic de dote, donatione propter nuptias, et dotalitio poſt tot ſcripta ICtorum de priuatorum dotibus, dotalitiorumque iure, noſtra quoque afferamus. Aſt, licet plerumque ex pacto ſint, quae illuſtres in dotalitiorum, dotiumque cauſſis vtuntur iura, ſunt tamen inſuper alia, quae inter eos conſuetudine recepta ſeruantur. Sic enim lites de apanagiatorum filiabus dotandis, de dotis, dotalitiique quantitate praeſtan-

(a) De LVDOLFF *de iure feminarum illuſtrium P. II. c. 11. p. 98.*

Digitized by Google

ſtanda, de dote ex collectis prouinciae ſumenda, aliaque plura nec ex priuatorum iure nec ex pacto ſemper diiudicari queunt. Hinc dum de priuato illuſtrium iure tractamus, ordinis poſtulat ratio, curatius exponere, quae ſit iuris illuſtrium ac priuatorum differentia, in doctrina de dote, donatione propter nuptias, morgengaba et dotalitio.

§ II.

Dos ex notione, quam ICti voci coniungunt, definiri poteſt, quod ſit pecunia data ad ſuſtinenda matrimonii onera. Non poteſt igitur ante initum matrimonium dotis fructus maritus lucrari. Eandem quoque dotis illuſtrium eſſe rationem docent verba tractatus Nouiodunenſis (b). *Et pour ce que le mari ne fait les fruits ſiens de la choſe dotale jusq' à ce que le mariage ſoit accompli (car la dot ſe donne pour ſoutenir les charges et fruis de mariage) et que le dit Roi catholique demeure poſſeſſeur du Roiaume de Naple, la raiſon veut, que jusqu' à ce que le dit mariage ſoit accompli et que du dit mariage il y ait enfans, pour les fruits, que cependant il recevra il baille recompenſe au dit ſeigneur Roi trés chretien.*

§. III.

Prout vero vna res variis haud raro venit nominibus, ita quoque variae ſunt, quibus dotem appellant, denominationes. Dicitur enim dos *Withem*, (c) *maritagium*,

(b) Extat apud du MONT. *T. IV. P. I. p. 227.*

(c) Prout obſeruat B. SOCER. *iuriſpr. heroic. p. 11. c. 9.* §. *1.* aſt quoties dos Withem appellatur, intelligendum hoc eſt de dote Germanica, viduis ad alimentationem conſtituta.

gium, (d) *Morgengaba*, (e) *Zugeld*, (f) *Mitgab*, *Heimſteuer*, *Brautſchatz*, *Heyrathsgut*, *zugebracht oder eingebracht Gut*. (g).

§. IV.

Vtrique parentes non ad procreationem ſolum ſobolis, ſed ad educationis quoque curam tenentur. Et cum educatio varios requirat ſumtus, de iis comparandis proſpicere vtrique obligantur coniuges. Hi vero de ſumtibus proſpiciunt, dum vel ab vtrisque certa pecunia et praeſertim ab vxore ad ſuſtinenda matrimonii onera dos confertur, vel a ſolo marito ſumtus pacto ſuſcipi, vxor curat. Ex quibus patet, rectam quidem rationem non ignorare dotem, ad ſuſtinenda matrimonii onera ab vxore inferendam; aſt illam ad matrimonii eſſentiam non exigi, ſicque matrimonia nulla licet illata dote ſubſiſtere (h).

§. V.

Dos, licet ad matrimonii eſſentiam neceſſario haud deſideretur (§. 4.), apud plerasque tamen gentes vſu receptum, vt

(d) Sic in diplom. Ermenſindis comitis Luzenburg, Margaretha Barrenſis, nuptura Henrico comiti Luceburgico A. CIↃCCXXXI. ſponſo adfert Lineyum et Caſtellaniam cum dependentiis in maritagium. MIRAEVS *dipl. Belg. L. II. c. 98. p. 395.*

(e) Exemplum vide *iurispr. heroic. P. II. c. 9. S. 1. §. 2.* Aſt non aſſentimur B. de LVDEWIG, qui in *differ. iur. Rom. et Germ. in dote*: putat dotem et morgengabam vnum idemque ſemper fuiſſe, cum omnino quaedam originis Germanicae gentes inter dotem et morgengabam diſtinxerunt et hodie omnes diſtinguunt prout infra *C. II. §. 8.*

(f) Sic dicitur in domo Palatina, prout docent tabulae in *iurispr. heroic. P. II. c. 9. §. 23. 24.*

(g) De LVDEWIG. *differ iur. Rom. et Germ. in dote et donat. propter nuptias. diff. 1. pr.*

(h) GVNDLING. I. N. *c. 26. §. 12. 13. p. 380.* HEINECCII *Ius Gentium §. 48.*

Digitized by Google

vt filiabus dos conſtitueretur nubentibus. Erant enim apud omnes fere populos feminae a ſucceſſione excluſae, cuius vt aliqualem habeant compenſationem, dotem accipiebant. (i) Apud Romanos, quia nuptiae dotalibus fiebant inſtrumentis, rara quoque ſine dote fuere matrimonia. Hinc PAVLVS (k) *reipublicae noſtrae intereſt, mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere poſſunt.* Potius concubinatus erat ſine dote matrimonium, quod teſtatur PLAVTVS (l)

Sed vt inops infamis ne ſim ne mihi hanc famam differant
Me Germanam ſororem in concubinatum tibi
Sic ſine dote dediſſe magis quam in matrimonium.

Et alio loco (m)

Iamque hercle honeſte fieri non poteſt,
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, cum eius rem penes me habeam domi.

Et inde eximia dotis priuilegia a IVSTINIANO (n) conceſſa originem ducunt, quae minus recte ab aliis nimio in Theodoram amori adſcribuntur (o).

§. VI.

Non deſunt tamen populi, penes quos nulla dos De Armeniis dicit IVSTINIANVS (p): *Armeniorum regionem bene*

(i) Illuſtrat haec egregie PERIZONIVS in diſſ. *de lege Voconia p. 87. edit.* HEINECC.
(k) *L. 2. de iure dot.*
(l) *Trin. act. III. ſcen. 2. v. 64.*
(m) PLAVT. *Trin. ibid. ſc. 3. v. 3.*
(n) *L. 30. C de iure dot. L. 12. C. qui pot. in pign.*
(o) Conf. GVNDLING. *Obſ. ſel. p. 1. Obſ. 8. p. 216. n. 1.*
(p) *Nou. XXI pr.*

Digitized by Google

bene legibus gubernari volentes - - - *exiſtimauimus, oportere expreſſa lege illud quoque corrigere, quod male apud illos delinquebatur, et non ſecundum barbaricam gentem virorum quidem eſſe ſucceſſionem tam parentum quam fratrum et alterius generis, mulierum vero nequaquam, neque ſine dote eas ad viros venire, nec emi a maritis futuris.* Laccedaemonios ſine dote nupſiſſe AELIANI fide iam probatum eſt (q). De Germanis quod maritus dotem non acceperit, ſed potius dederit, TACITVS (r) affirmat: *Dotem non vxor marito, ſed maritus vxori adfert. Interſunt parentes et propinqui ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaeſita, nec quibus noua nupta comatur, ſed boues et fraenatum equum, et ſcutum cum framea gladioque. In haec munera vxor accipitur, atque ipſa armorum aliquid viro adfert. Hoc maximum vinculum, haec arcana ſacra, hos coniugales Deos arbitrantur. Ne mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum caſus ſe putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in praelio paſſuram auſuramque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciant.* De Suecis, ait STIERNHOECK: (s) *dotem, inquit Tacitus, non vxor marito, ſed vxori maritus adfert. Sic olim et apud Sueones fuit, etiam hodie et de more et de iure communi. Lege enim cautum non eſt, vt vxor viro, ſed vir vxori dotem adferat, quod morgengabam nuncupant.* Apud Anglos maritos vxoribus dotem dediſſe oſtendit COVELLVS (t). Ex quibus ſatis patet apud Germanos

1 Nullam dotem marito attuliſſe vxorem.

2. Maritum potius vxori dotem conſtituiſſe.

§. VII.

(q) *T. II. iurispr. her. c. 9. §. 3.*

(r) *De morib. Germ. C. XVIII.*

(s) *Iure Suec. L. II. c. 1.*

(t) *In inſtitut. iur Anglic. Lib. I. tit. 10. §. 19. atque L. II. §. 18.*

Digitized by Google

§. VII.

Nullam igitur apud Germanos dotem ab vxore maritus accepit (§. VI.), ac quod accipere potuerit vix Germanorum ſtatus patiebatur. Erat enim rara noſtros penes maiores pecunia, et ex curta mobilium ſuppellectile dos, quibus matrimonii ſuſtinerentur onera, dari haud poterat. Immobilia ſuae cuique familiae tributa eius conſeruationi inſeruiebant, et absque filiorum adgnatorumque conſenſu extra familiam transferre, ſicque filiae in dotem dare, lege erat prohibitum. Interim tamen non penitus exſortes e domo paterna exiiſſe feminas, vel ipſe TACITVS afferit: *In haec munera*, ſunt eius verba, *vxor accipitur, atque ipſa armorum aliquid viro affert.* In legibus Longobardorum (u) dona occurrunt ab vxore marito allata: *Vidua, quae in donnum patris aut fratris regreſſa eſt, habeat ſibi in ante Morgengab et Miſſio. De faderfio autem* i. e. *quantum de alio dono, quando ad maritum ambulauit, pater aut frater ei dedit, mittat in confuſa cum illis aliis ſororibus.* In lege ALEMANNICA (x) occurunt, quae vxor ad maritum de ſede paterna attulit, verbis: *ſi quis liber mortuus fuerit, et relinquit vxorem ſine filiis aut filiabus et de illa hereditate exire voluerit, et nubere alii ſibi coaequali, ſequatur eam dos legitima et quicquid parentes eius legitime placitauerunt et quicquid de ſede paterna ſecum attulit, omnia in poteſtate habeat auferendi, qualiacunque non manducauit aut non vendidit.* Aſt paucae et parui pretii erant res ab vxore allatae, quae ideo nomine dotis, quippe ad ſuſtinenda matrimonii onera non aptae, vix dignae cenſebantur.

(u) *Tit. XIV. L. 2.*
(x) *Cap. LV.*

Digitized by Google

§. VIII.

Galli licet Germanorum fratres ſint appellati, iisque in moribus fere vbique ſimiles, receſſerunt tamen ratione dotis, dum illam inter eos vxor adferebat marito. Sic enim de illis CAESAR: (y) *Viri quantas pecunias ab vxore dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis aeſtimatione facta, cum dotibus communicant.* Aſt Galli, mercaturam facientes, diuitias habebant ac opes, quibus carebant Germani.

§. IX.

Aſt recepto iure Romano ICti Romanis principiis imbuti, dotis nomine appellarunt ea, quae vxor iam ab antiquiſſimis temporibus marito attulit, munuſcula. Idque ſucceſſu temporis eo facilius fieri potuit, dum Germanorum creuere diuitiae, et praeſertim ius Romanum nouiter receptum in ſucceſſione liberorum vtriusque ſexus aequalitatem iubeat ſeruandam, indeque ad allodiorum, tam nouiter adquiſitorum quam auitorum, feminas pariter ac maſculos admittat ſucceſſionem, ex quo vxores adferre omnino poterant ad maritum opes, quae dotis merebant nomen. Inde ex eo demum tempore, quo ius Romanum receptum, ſucceſſionis Germanicae ſimulque dotis in Germania quaerenda eſt origo. Eadem eſt ſententia GVNDLINGII (z). Vix igitur ante receptum ius Romanum inter Germanos dotium obſeruabis exempla. Notat quidem PERE DANIEL, (a) *Caroli M. et Pipini temporibus dotes iam fuiſſe vſitatas, et vxorem, quae dotem non attulit, pro concubina eſſe habitam; hincque Carolo M. et Pipino*

(y) *Lib. VI. de bello Gall. 19.*

(z) *De emptione vxorum Cap. II. §. X.*

(a) *Hiſtoire de France T. I. p. 156.*

Digitized by Google

no tot adfingi concubinas, quae non concubinae ſed vxores fuerint indotatae. Aſt primo non ſatis expeditum eſt, illas, quae Caroli et Pipini dicuntur concubinae, non tales ſed vxores indotatas fuiſſe. Deinde ſi vel maxime hoc certum, quod apud Francos dotis illatio tempore Caroli M. vxorem fecerit, haec tamen vel ab antiquis Gallis vel a Romanis ad eos peruenit conſuetudo, quae ideo apud reliquos haud obtinuit Germanos. Aſt non deſunt alii, qui ad exemplum Gundebaldi prouocant, de quo AIMOINVS (b): GVNDEBALDVS, *licet inuitus, Clodouei eam (Chrotildem) tradidit legatis: nihil ei de ſuis tribuens thesauris. Poſtmodum tamen opere et induſtria Aureliani, pars maxima ex ipſis ceſſit dominio Clodouei. Vnde cum Clodoueus Regnum ſuum vsque Sequanam atque poſtmodum vsque Ligerim fluuios ampliaſſet.* Quo loco dotem ab vxore allatam ſe inueniſſe putant. Aſt de Burgundionum hic ſermo eſt moribus, hos vero ad Romanorum ſuos formaſſe mores, niſi aliunde, ſatis tamen ex eorum clarum eſſet legibus.

§. X.

Dotem vxori maritus dedit apud Germanos (§. VI.). Haec a marito accepta dos quaenam fuerit, an munera, quae a parentibus probata TACITVS dicit, dotis nomine veniant? an praeter haec alia quoque dos ſit data? An dos a marito data cum Morgengaba ſeu dotalitio conueniat? variae Iuriſconſultorum ſunt opiniones. GVNDLINGIVS (c) diuerſas eorum opiniones conciliari poſſe putat, ſi duplex, quam maritus dederit, dos ſtatuatur, conuentionalis nempe et legalis; legalem munia fuiſſe a pa-

(b) *L. I. C. XIV.*

(c) *Diſſ. de emt. vxor. C. II. §. 7.*

parentibus probata, conuentionalem vero fuiſſe vſumfructum mediante pacto vxori, in eum euentum, quo vidua fuerit facta, conſtitutum. In hanc rem affert LONGOBARDORVM (d), BAIVVARIORVM (e), ALEMANNORVMQVE (f) leges. Nobis TACITI verba, ſi illa recte intelligimus, generaliter exponenda videntur. Tacitumque omnia omnino dona, quae intuitu matrimonii vxori maritus dedit, dixiſſe dotem, nobis perſuademus. Hinc dotis nomine non ſolum dona veniunt, quae ſponſae dedit maritus, quaeue parentes probarunt, ſed quoque illi fructus, qui vxori ex bonis mariti adſignati, vnde illo mortuo vitam pro dignitate ſuſtineat, Germanis dotis denominatione comprehenduntur. Et exinde clarum eſſe putamus, dotem Germanicam, et munera a parentibus probata, et ſponſalitiam largitatem, Morgengabam et dotalitium eſſe complexam. Hancce, ſi cum GVNDLINGIO in dotem conuentionalem et legalem diuidis, non errabis.

§. XI.

Dos ex principiis rectae rationis nuptiis neceſſario haud interuenit (§. IV.). Inde quoque priuatorum aeque ac illuſtrium nuptiae absque dote celebrari et ſubſiſtere queunt. Confirmant haec varia exempla nuptiarum inter illuſtres absque dote celebratarum, quae autor ſuo adduxit loco. (g) Aſt tamen moribus eſt receptum, vt vix perſonae illuſtres nuptias ineant, vbi nulla interueniat dos ab vxore marito allata, quod omnium Europae prouinciarum exemplis iam vberius eſt probatum. Exigunt vero illuſtrium filiae duplici potiſſimum ex ratione dotem. Pri-

(d) *L. II. tit. XIV.*
(e) *Tit. XIV. §. VII. n. 1. 2. 3.*
(f) *Cap. LV.*
(g) *P. II. iurispr. heroicae C. IX. Sect. I. §.* [illegible]

Digitized by Google

Primo enim ea regnorum, ducatuum comitatuumque fere omnium ratio eſt, vt feminae non ſolum a feudis ſint excluſae, ſed quoque in allodio non niſi maſculis exſtinctis ſuccedant. (h) Et hinc conſuetudine obtinuit, vt nubentes illuſtrium filiae in fauorem maſculorum omni hereditati tam feudali quam allodiali paternae maternaeque renuntient. In huiusmodi renunciationis compenſationem certa plerumque pecuniae ſumma filiabus ſoluitur, quam deinde dotis nomine maritis ſolent afferre. Deinde familiarum ſplendor dignitasque exigit, vt feminae illuſtri proſapia oriundae illuſtrem quoque dignitatem tueantur, et habeant, vnde pro dignitatis ratione tam virgines quam viduae viuere poſſint, ſicque iis priori caſu de alimentis, poſteriori de dotalitio proſpiciatur. Et licet dotalitium maritus conſtituat, illud tamen non niſi dote illata ſolet conſtitui, et inde dignitas iubet proſapiae, ex qua illu-

(h) Ea erat omnium fere Germanicae originis populorum conſuetudo, vt ſplendori familiarum inſeruire cupientes filias a ſucceſſione in allodia, exiſtentibus maſculis, excluderent. Vide HEINECCII *elementa iuris Germanici L. II. Tit. 9. §. 219. ſeqq.* CEL. ENGAVIVM *Elem. iur. Germ. L. II. §. 371.* Vbi ſimul obſeruat, leges ſolum Longobardorum ab hacce receſſiſſe conſuetudine, has tamen, quia ex legibus Romanis petitae, non curandas. Recepto iure Romano licet filiae ad ſucceſſionem priuatorum admitterentur, illuſtres tamen familiarum dignitatem conſeruare cupientes antiquos Germanorum mores, de praeferendis in ſucceſſione allodiorum auitorum filiis, retinuerunt. Hinc illuſtris femina, nulla licet facta renunciatione, ex natura allodiorum illuſtrium in illa ſuccedere nequit, vt tamen omnibus litibus occaſio praeſcinderetur, pro certa pecuniae ſumma vt nubentes illuſtrium filiae renuntient, ſolet conueniri, quae renunciatio deinde ſponſi autoritate interueniente confirmatur.

Digitized by Google

illuſtrium filiae oriundae, vt ad conſequendum dotalitium illis dos ex familiae concedatur bonis.

§. XII.

Ante receptum in Germania ius Romanum vxor nullam marito dotem attulit. Idem quoque apud illuſtres obtinuit. Aſt introducto in Germaniae fora Romanorum iure, dum munuſcula illa, quae vxor marito donauit, dotis nomine venirent; (§. IX.) inter illuſtres quoque vſu venit, vt munuſcula marito donata, quaeue vxor pro renuntiatione accepta viro intulit, dos dicerentur, eique iura dotis vbique applicarentur. Iam vero iure Romano dos ad ſuſtinenda matrimonii onera infertur (i), ideoque munuſcula filiarum illuſtrium, quae nunc dos dicuntur, ad ſubleuanda matrimonii onera data creduntur, licet exigua admodum, quae inter illuſtres conſtitui ſolet, dotis quantitas parum ad matrimonii onera ſuſtinenda poſſit conferre.

§. XIII.

Dos, quam illuſtres inferunt feminae, ad ſuſtinenda matrimonii onera dari ſolet (§. XII.). Ergo omnes res, quae ad matrimonii onera ſuſtinenda faciunt, quasque in alios transferre licitum, in dotem dari poſſunt. Hinc in dotem adferri poſſunt non ſolum integra regna et territoria, ſed quoque certa pecuniae ſumma vel ſola vel cum expectatiua ſucceſſionis in certas prouincias (k). Deinde quoque exempla docent, dotem haud raro in debitis (l) et dotalitio, quod prior maritus reliquit (m), conſtitiſſe, imo

(i) *L. VII. D. de iure dotium L. XX. C. eodem.*

(k) *Iurisprudentiae Heroicae P. II. C. IX. Sect. I. §. 39. 49. 55. 57.*

(l) *L. C. §. 66.*

(m) *L. C. §. 67.*

Digitized by Google

imo praetenſiones (n), iura bello quaeſita, partaque (o) dotis lege eſſe conceſſa. In antiquioribus rerum monumentis non deſunt exempla territoriorum, regnorum, iure dotali in maritum ab vxore, eorum herede, translatorum, aſt recentiori tempore rara huiusmodi exſtant exempla. Feminae enim, licet paternarum interdum maternarumque ditionum ſint heredes, raro tamen illas in maritum transferunt, ſed vel regnandi libidine ſibi ipſis retinent, ac coniugem ſolo reginae mariti nomine gloriari patiuntur, vel imperium cum marito ſolent communicare. Non deſunt tamen penitus regnorum ditionumque dotalium exempla, quae cum B. SOCKR diligenter collegit, illa ſequenti ſectione, prout in eius ſcriniis inuenta ſunt, legere non penitus erit ingratum.

§. XIV.

Conſtituitur vero dos vel teſtamento, vel pacto, vel conſuetudine familiarum illuſtrium, vel, his deficientibus, a iudice. Teſtamento conſtitutae dotis exempla habemus varia. Sic Sereniſſimus Saxo Gothanus Fridericus I. filiabus teſtamento dotem conſtituit (p). Simile fecit Fridericus Wilhelmus Dux Saxo Altenburgenſis (q), Io. Georg Marchio Brandenburgenſis, in teſtamento CIↃ IↃ XXXXIII. condito, dotem duodecim florenorum millium filiabus adſigna-

(n) *L. C.* §. *60. 61.*

(o) *L. C.* §. *5.*

(p) Extat teſtamentum apud LVDOLFF. *P. III. p. 783* et apud LVNIG. *contin. II. p. 395.* et apud AVTOREM *P. II. Cap. IX. Sect. II.* §. *16.*

(q) Extat apud LVNIG. *Contin. II. p.* et apud AVTOREM *l. c.* §. *17.*

ſignauit (r). Legatur vero filiabus in teſtamentariis huiusmodi de dote diſpoſitionibus, aut ordinaria, pactis vel conſuetudinibus familiae recepta, aut extraordinaria, vel inſolita dotis quantitas. Priori caſu quilibet in territorio ſucceſſor ſiue frater ſit, ſiue agnatus, ad ordinariam receptamque dotis quantitatem praeſtandam omnino adſtringitur, licet vel maxime heres non exiſtat teſtamentarius, dum et pacta conſuetudinesque familiae et territoriorum ratio exigat, vt pro familiae dignitate filiae dotentur illuſtrium (§. XI.). Poſteriori vero caſu, ad ordinariam quidem dotis quantitatem praeſtandam ſucceſſor obligatur territorii, quippe qui proprio iure ſuccedens, ad defuncti voluntatem non tenetur adimplendam, reliquam vero et excedentem quantitatem ab heredibus teſtamentariis recte exigunt filiae. Sicuti vero filii illuſtrium, ex recepta in imperii iudiciis ſententia, vtramque hereditatem et allodialem et feudalem vel adire vel repudiare tenentur; agnati vero in feudum, ſimul et in allodium auitum proprio iure, repudiato allodio adquiſito, ſuccedere ſicque ab onere, defuncti facta praeſtandi, ſe liberare (s) poſſunt, ita quoque filii, patris ſucceſſores, determinatam in teſtamento dotis quantitatem ſoluere omnino tenentur, minime vero agnati, vt plus, quam pacto vel conſuetudine familiae obtinet, praeſtent, poſſunt obligari (t).

§. XV.

(r) AVTOR *l. c. §. 20. p. 564.*

(s) Ea eſt allodiorum auitorum natura, vt inuitis agnatis, nec alienari, nec oppignorari, nec in praeiudicium eorum alio onere grauari poſſint. Competit enim in hiſce allodiis omnibus a primo adquirente deſcendentibus ius ſuccedendi quaeſitum, quod auferri nequit. Et hoc eſt, quod ICti dicunt allodia imperii ſubeſſe nexui fideicommiſſario. BVRI *Erläutertes Lehn-Recht p. 419.* STRVV. *de allodiis imperii p. 673.* Ceterum de hac materia infra vberius.

(t) Conferatur ITTER. *de feudis imperii. c. 28. p. 819.*

§. XV.

Deinde quoque pacto dotem conſtitui diximus. Et quidem huiusmodi pactum duplicis ſolet eſſe generis. Aut enim ipſe ſponſus certam ſibi dotis quantitatem ſtipulatur, aut inter agnatos de certa pecuniae ſumma, filiabus e familia ortis nuptiasque ineuntibus praeſtanda, ſolet conueniri. Prioris generis pacta in omnibus fere illuſtrium nuptiis interueniunt; poſterioris vero exemplum praebet pactum confraternitatis (u), inter ſereniſſimas Saxoniae et Haſſiae ſtirpes initum, quoue cautum, vt XXIV thalerorum millia ſucceſſor in alterius prouincias filiabus nubentibus dotis nomine praeſtet. Simili pacto A. CIↃCCCLXXXVIII. de dote ſoluenda inter Wilhelmum et Balthaſarem Thuringiae Landgrauios conuenit, (x) quod etiam in pacto vnionis, inter Balthaſarem, Wilhelmum, Fridericum Wilhelmum et Fridericum Iuniorem concluſae, teſtantibus confirmatum eſt tabulis (y). Extat quoque huiusmodi pactum in ſereniſſima gente Würtenbergica (z).

§. XVI.

Tandem quoque conſuetudine dotis determinatur quantitas. Si enim vna eademque quantitas non a patre et fratribus ſolum, ſed quoque ab agnatis territorii ſeu ditionum ſucceſſoribus aliquoties ſit in dotem data, exinde familiae conſuetudo *ein Herkommen der Familie*, enaſcitur.

 Hu-

(u) Extat ap. LVNIC. *P. ſpec. Contin. II. p. 148.* et ap. AVTOREM *P. II. C. IX. Sect. II. §. XI.*

(x) Extant apud LVNIC. R. A. P. S. *cont. II. p. 196.* et apud AVTOREM *P. II. Iuriſpr. Her. p. 556.*

(y) Extant apud LVNIC. *l. c. p. 204.* et apud AVTOREM *l. c. p. 558.*

(z) *l. c. p. 578.*

Digitized by Google

Huiusmodi familiae conſuetudo ex conſenſu tacito, quem agnati ſoluendo aliquoties vnam eandemque quantitatem, declaraſſe cenſentur, tanquam tacitum familiae pactum, ſucceſſores ad eandem impoſterum dotis quantitatem praeſtandam, obligat. Inde quoque illuſtrium filiae a fratre non ſolum eandem dotis quantitatem iure exigunt, quam ſoror primum elocata accepit (a), ſed quoque, ſuccedente agnato, in conſtituenda dote ad exempla familiae anteriora prouocant, dotemque, ex conſuetudine in familia receptam, petere ſolent.

§. XVII.

Interdum quoque iudex conſtituit dotem. Iubet enim illuſtrium dignitas familiarum, vt filiabus illuſtribus ad conſequendum dotalitium dos conſtituatur. Hanc vero, ſi vel ex pacto aut conſuetudine familiae debetur, vel pro renuntiatione; vel filiabus non valentibus ſoluenda eſt ſe ipſas pro dignitate dotare; neceſſario a quolibet territorii ſucceſſore praeſtandam recte exigunt illuſtres filiae. Aſt interdum agnati ſucceſſores dotem vel plane negant vel de eius quantitate conueniri nequit, et inde euenit, vt iudex de determinanda dotis quantitate imploretur, qui illam pro dignitate et conditione familiae non definire ſolum, ſed quoque agnatum ad eius praeſtationem omnino poteſt adigere (b).

§. XVIII.

Datur dos ad ſuſtinenda matrimonii onera (§. XII.), hinc vt dotem accipiat, qui matrimonii onera fert, aequi-

(a) MEVIVS *L. II. deciſ. 118. et lib. VII. dec. 42.* CARPZOV. *II. Conſtit. 46. defin. 19.*

(b) STRVV. *iurispr. feudal. C. XX. §. 16.* LVDOLFF. *de iure foemin. illuſtrium P. II. C. II. p. 102. n. 10.*

Digitized by Google

quitas iubet. Apud Romanos filii, licet matrimonia ſeparatamque oeconomiam inirent, in patria tamen poteſtate manebant, et pater matrimonii onera ferens dotem accipiebat (c). Inter illuſtres non propter matrimonii ſolum onera ferenda, ſed praecipue ad conſequendum ſoluitur dotalitium (§.XI.). Hinc quoque inter illuſtres dotem accipit, qui dotalitium conſtituit, ac matrimonii fert onera. Iam vero maritus illuſtris aut habet, vnde onera ferat matrimonii dotalitiumque conſtituat, aut adhuc ſub patria exiſtens regentis poteſtate, dotalitium conſtituere non valet. Priori caſu ipſe maritus, et dotem accipit, et pro illa dotalitium conſtituit. Poſteriori vero is, qui dotalitium praeſtat, dotis quoque ſolutionem accipit. Sic Philippus Pulcher, Galliae rex, nomine filii, quem Iohannae Burgundicae deſponſauit, comitatum Burgundiae in dotem accepit (d). Sic in nuptiis Iacobi principis regii Polonorum cum Eliſabetha Palatina, dos patri regi ſoluebatur (e). Sibylla Iuliacenſis dotem et ſocero Electori, et marito Io. Friderico principi electorali Saxon. ſoluit (f) Inde dotem, quam marito apanagiato vxor infert, frater ſeu agnatus, cui dotalitium conſtituendi obligatio incumbit, recte accipit, in vtilitatem prouinciae ſeu feudi, vnde dotalitium praeſtatur, conuertendam.

§. XIX.

Dos praeſtanda eſt filiabus illuſtrium (§. XI.). Aſt vnde et a quonam praeſtetur, quaeſtio eſt inter ICtos agitata? Sunt qui putant, (g) dotationem filiarum illuſtrium priuatam reſpicere vtilitatem, ideoque ex priuato principis

(c) *L. C. de iure dotium.*
(d) AVTOR. *Iurispr. Heroicae P. II. Sect. I.* §. 42.
(e) *L. C. Sect. II.* §. 27.
(f) *L. C.* §. 37.
(g) BEYSIVS *de pactis illuſtr. c. 6* §. 47. *ſeq.*

pis patrimonio filias quoque dotandas eſſe. Aſt licet priuatam reſpiciat vtilitatem filiarum dotatio illuſtrium, illa tamen non ad priuatum ſolum, ſed quoque ad publicum pertinet vſum. Intereſt enim reipublicae, ne regnans domus prole deſtituatur, in imperii vtilitatem aliquando ſucceſſura, et inde quoque, vt nuptias ineant principes, ad regnantem pertinentes familiam, rei intereſt publicae. Ex nuptiis liberi progignuntur, qui ſicuti in ſpem et commodum reipublicae nati, ita quoque et aequitate et dignitate reipublicae iubente, in eius dignitatem publicis educandi, et prout familiae exigit ſplendor, alendi ſunt ſumtibus. Iam vero ad filiarum pertinet alimentationem, vt de dotalitio elocandis proſpiciatur, et hoc dum absque dote non conſtituatur illata: ſatis conſequi mihi videtur, rempublicam, quae filiabus illuſtrium de alimentis, dignitati familiae, ex qua enatae, conuenientibus proſpicere obligatur, de earum quoque teneri dotatione. Pertinet igitur filiarum dotatio illuſtrium ad reipublicae onera, haec vero, dum duplici modo vel ex domaniis, vel ex collectis praeſtentur, clarum eſt, dotem quoque filiarum illuſtrium, vel ex domaniis, ſi quae adſunt ſufficientia, erogandam, ſiue ex tributis, quae collectarum nomine ſinguli ſoluunt, in ſubſidium eſſe ſumendam Conſentit nobiscum B. de LVDOLFF. (h) verbis: *Non eſt verum generaliter, dotandae filiae onus vtilitatem reſpicere priuatam.* ANDLER. *Iuriſpr. L. 2. tit. 16. n. 8. vid. L. 1. ff. ſolut. matrim. Seminaria ſunt reipublicae matrimonia, vt ea concilientur inter illuſtres perſonas pro dignitate, e re eſt publica non priuata. Conciliantur autem etſi non ſola dotis quantitate, promouentur tamen et faciliora redduntur. Conſuetudo autem reipublicae, quam ipſe* BETSIVS *non improbat, id, quod priuati iuris alias foret, publici iuris efficit; ergo et* pu-

(h) *De iure feminarum illuſtrium P. II, C. II. §. 5. n. 13.*

Digitized by Google

publicae vtilitatis; Neceſſaria porro erat iſta conſuetudo, cum patrimonio priuato principes comitesque imperii plerumque carerent: Eſſe enim allodialia etiam territoria publici iuris ſupra demonſtratum. Ergo dotanda eſt filia e territorio. COCCEI. dict. cap. 28. n. 1. *Id autem aliter fieri nequit, quam tributo ſubditis impoſito.*

§. XX.

Eſt inſuper et alia ratio, ob quam illuſtrium filiae ex territorio ſunt dotandae. Soluitur enim dos filiabus illuſtrium pro renuntiatione iuris ſibi competentis, ſuccedendi in allodia territorio annexa aliaque parentum iura. Haec renunciatio, dum mediante illa territorio allodia maneant annexa, in vtilitatem vergit territorii, et inde aequitas iubet, vt, qui habet commodum, ferat quoque incommodum, ſeu vt territorium, quod annexa retinet ſuo inſigni commodo allodia, quibus filiae renuntiant, ſuſcipiat quoque incommodum, nempe dotationem filiae illuſtris pro renuntiatione praeſtanda. Ex quibus abunde patere credo, filias principum dotandas eſſe ex territorio, ac perinde eſſe ſiue filiae habeant, vnde ſe ipſas dotare queant, ſiue ipſis tantae non ſint facultates. Regulariter haec dos ex collectis praeſtatur, niſi eum in finem domania principi iam ſint adſignata. Et inde eſt, quod ad vſum et conſuetudinem prouinciarum ſimul ſit reſpiciendum; De quo SECKENDORFF (i): *Und muſs ihnen die gebührende Ausſtattung aus dem Fürſtlichen Einkommen, oder derer Landes-Stände Fräulein-Steuer, wie es das Herkommen erfordert, wiederfahren, ſie hingegen durch gewöhnliche Verzichte fernern Zuſpruch auf die Erbſchafft des Landes abgewieſen werden.*

§. XXI.

Inde quoque in receſſibus prouincialibus de dote, filia-

(i) *Fürſten-Staat P. II. c. 7. §. 30. p. 181.*

filiabus principum praeſtanda, haud raro conuenit: Quid in Saxonia, Würtembergia et Holſatia obtineat, moſtrauit auctor (k); ſic Haſſiae Landgrauii a ſtatibus prouincialibus dotationem filiarum recte poſtulant, ob receſſum de Anno 1627. §. 4. *Woferne die jungen-Herren, einer oder der andere ſich nach Gottes Willen verheyrathen, und Fürſtliche Fräulein erzeugen würden, ſo iſt abgeredt und bewilliget, daſs denenſelben auf ſolchem Fall als Fürſtlichen Fräulein die* dotation *dem Herkommen nach, bey gemeiner Landſchafft billig verbleibe.* De Marchiae conſuetudine dicit SCHEPLICIVS (l): *Es iſt aber die Landſchafft der Landbethe und Steuer befreyet worden Anno 1472. durch den Chur-Fürſten* Albertum, *ausgenommen 3 Fälle, 1) wegen geſchehener groſſen Niederlage, 2) wegen eines Land-Krieges, und 3) zu Ausſteuerung der Herren-Fräulein.*

§. XXII.

Interim non deſunt, qui contrariam ſententiam, principemque ad elocandas filias jus non habere collectandi ſubditos, tuentur; idque ex ea potiſſimum ratione, quod nulla lege huiusmodi permiſſae ſint collectae, ſicque ſine lege loquenti eſſe erubeſcendum; Deinde exſtare in cauſa HANAV contra HATTGAV praeiudicium camerale (m), quo ius collectandi pro elocatione filiarum comitibus ſit denegatum. (n) Sicuti vero abſonum foret, principes noſtros in cauſis publicis ex ſolis diiudicare Romanorum priuatorumque legibus, ita quoque fruſtra in noſtra materia probatio ex legibus priuatorum deſumta de-

(k) *P. II. C. II. Sect. II. §. 49. 51.*

(l) *P. VI. lit. 12 von den Land Steuern.*

(m) Apud ROSENTHAL *de feudis, C. V. concl. 77.*

(n) Sunt haec argumenta AHASV. FRITSCHII *differt. de dotat. filiae princ. C. IV.* et ZIEGLER. *de iure exigendi collectas ad elocat. filiar. illuſtr.*

Digitized by Google

desideratur. Sufficit, principi tam ex rectae rationis quam imperii noſtri legibus ius eſſe, ea omnia, quae ad dignitatem reipublicae faciunt, conſtituendi, et ad ſecuritatem dignitatemque reipublicae obtinendam collectas indicendi, ex quo fundamento illi omnino quoque ius collectandi ſubditos pro elocandis filiabus non poterit denegari (§. XVII.). Vnicum, quod ROSENTHAL adduxit, camerae praeiudicium, rem non conficit, dum forſan ſingularibus moti circumſtantiis camerae aſſeſſores ita iudicarunt. Contrarium vero a B. de LVDOLFF vberius eſt probatum, qui demum ſic concludit: (o) *Notiſſimum eſt non in Saxonia tantum, ſed et vniuerſae Germaniae prouinciis, colligi dotem a ſubditis.*

§. XXIII.

Exinde quoque clarum eſt, quis ad dotandas apanagiatorum filias teneatur. Apanagiati enim ea quoque ex ratione matrimonia ineunt, vt regnans familia prole magis fulciatur. Hi igitur, dum reipublicae commodo vxores ducunt, liberis quoque ex iis procreatis pro dignitate et parentis et reipublicae alimenta; filiabus vero nubentibus dotem a republica praeſtari, vel ipſa aequitas iubet. Deinde filiae apanagiatorum caſu exiſtente itidem ius quoddam in allodia, territorio nexa, ſuccedendi habent, cui, vt renuntient, dos ſoluitur. Haecce, dum in commodum reipublicae vergat renuntiatio, quippe qua mediante reſpubl. retinet allodia territorio nexa: dos quoque a republica, ſicque ex territorii collectis, a regnante fratre ſeu agnato eſt ſoluenda. Cum quo conſentit de LVDOLFF (p): *Vnde etiam eſt, quod cum apanagiati territorium non habeant, eorum filiabus dotem ex territorio primogeniti*

(o) *De iure fem. ill. P. II. C. II. §. 5. n. 13.*

(p) *De iure fem. illuſtr. P. II. C. II. n. 16.*

Digitized by Google

niti debetur. coccejı cap. XXVIII. n. 3. *Et quo minus hoc ſubditis ſit oneri, ſalubri conſilio eſt receptum in aliquibus Germaniae familiis, vt etſi territorium inter plures ſit diuiſum, conferant tamen ſubditi omnes ad dotem, perinde ac ſi diuiſum non eſſet.*

§. XXIV.

Nota eſt, quae Iure Romano occurrit, diſtinctio, in dotem *neceſſariam* et *voluntariam*. Eadem et apud illuſtres, mutato licet paullulum ſignificatu, occurrit. Filiae enim illuſtrium conſuetam dotis quantitatem, partim pro renunciatione, partim quia ad eas dotandas prouincia ſeu territorium tenetur, iure exigunt: (§.XI.) aſt praeter hanc maior interdum dotis ſumma vel a patre vel a fratre aut ab agnato ſeu tertio quodam dari ſolet. Prior *neceſſaria*, poſterior *voluntaria* dici poteſt. *Neceſſariam* dotem ſoluit pater, ſeu qui eſt in territorio eius ſucceſſor, ſiue ſit frater, ſiue agnatus, ſiue quicunque iure ſucceſſionis territorium conſequitur. *Voluntariam* dotem ille dat, qui vel plane non, vel ſaltim ad tam magnam haud obligatus eſt quantitatem. Hinc voluntariam dotem dat pater, frater, agnatus, ſucceſſor in territorio, ſi maiorem praeſtat ſummam, illa, ad quam ſoluendam eſt adſtrictus. Voluntaria quoque dos eſt, quam tertius, ad dotandum plane non obligatus, conſtituit. Huiusmodi exemplum praebet Carolus V Imperator, qui Chriſtiernae, Regis Daniae filiae ſecundogenitae, dum Franciſco Sforziae Duci Mediolanenſi 1533. nuberet, dotem conſtituit centum millium coronatorum ſolarium, prout tabulae habent (q). Catharinae Mediceae, quae cıↄ ıↄ xxxııı. Henrico, Aurelianenſi, poſtea ſub nomine Henrici II. Regi Francorum nuptae, dotem CM. conſtituit Clemens VII. Papa (r).

§. XXV.

(q) Apud du mont. *Tom. IV. P. II. p. 96.*

(r) Apud du mont. *Tom. IV. P. II. p. 102.*

Digitized by Google

§. XXV.

Quantitas dotis inter illuſtres conſueta diuerſa quidem, aſt in plerisque familiis admodum exigua eſſe ſolet. Si exempla ab auctore (s) adducta reſpicimus, ex illis, quantum in ſingulis tam Germaniae, quam extraneorum familiis vſitatum, faciliime obſeruare licebit, ex quibus tamen ſimul clarum erit, non ſemper vnum idemque dotis quantum, ſed illud pro patris, fratris ſeu agnati affectione mox maius, mox minus fuiſſe. Plerumque tamen dos, intuitu prouinciarum ditionumque, ex quibus praeſtatur, exigua pecuniae quantitas fuit, cuius ratio non aliunde erit petenda, quam quod magnae dotes ſplendori familiarum nociuae, ideoque illuſtribus peroſae habentur. Optime quidem feminis magna allata dote, peſſime tamen marito eiusque liberis et agnatis erit conſultum. Conſtituendum enim eſt aequale doti dotalitium, quod cum in quadruplicatis vſuris conſiſtat, magna dote, quadruplicatarum vſurarum ſolutione compenſanda, omnes ſaepe territorii reditus ſeu maxima eorum pars exhaurietur. Inde ſibi bene proſpiciunt familiae, quae pactis inter ſe conueniunt, ne determinata dotis quantitate maior ſumatur, aut ſaltim maius, quam conuenit, dotalitium non conſtituatur. (t) Interim, ſi diues ducenda eſt vxor, ICti hancce commendare ſolent cautelam, (u) vt exigua modo quantitas in dotem, reliqua vero tamquam paraphernalia recipiantur, vel vxori relinquantur. Secus paroemium locum habebit Germanicum: (x) *Reiche Weiber machen arme Kinder.*

(s) *P. II. Cap. IX. Sect. II.*

(t) LVDOLFF. *l. c. n. 8.*

(u) MVHLPFORT *caut. feud. c. X.* HORN. *I. F. XXI. 12.*

(x) De quo HERTIVS *L. II. paroem. 28.*

§. XXVI.

Plerumque dotis quantitas in tabulis exprimi ſolet dotalibus, quae deinde praeſtanda. Aſt interdum certa non determinatur, ſed generaliter dos promittitur talis, qualis dignitati mariti et familiae ſponſae conuenit. Exempla, qui deſiderat, illa inueniet ſupra. (y) Maxima vero dotis quantitas fuit illa, quae Conſtantiae a patre Manfredo, Friderici II. imperatoris filio naturali, tunc Siciliae rege, in dotem fuit promiſſa, dum Petro III. Arragoniae regi in matrimonium daretur (z). Italiae praeſertim duces, qui ob mercaturam Italiae florentem pecunia abundabant, maximas pecuniae ſummas in dotem elargiebantur, prout varia probant exempla. Horum quoque opibus allectus Maximilianus I. imperator inuitis ſtatibus duxit Blancam Mediolanenſem, ad quod matrimonium fere inaequale, niſi dos quingentorum aureorum ducatorum millium interueniſſet, vix deſcendiſſet (a).

§. XXVII.

Ad dotem praeſtandam, pater, agnati, ſeu quicunque in territorio ſint ſucceſſores, teneri, obſeruauimus (§. XIX.), ea adhibita diſtinctione, vt agnati ſucceſſoresque ſingulares ad ordinariam tantum, filii vero interdum ex teſtamento paterno ad extraordinariam dotis quantitatem adſtringantur. Ceterum, ſi de ordinaria dotis quantitate oriatur dubium, pacta potiſſimum ac familiae conſuetudines ſunt reſpiciendae; his vero deficientibus, iudicis ſtandum erit arbitrio. Ea vero adhuc ſupereſt quaeſtio: an ſucceſſor agnatus ad dotem ab anteceſſore promiſſam, aſt ab eo haud ſolutam, adhuc praeſtan-

(y) *P. II. Sect. I. §. 51. ſqq.*
(z) *P. II. Sect. I. §. 8.*
(a) *P. II. Sect. I. §. 12. et 13.*

Digitized by Google

ſtandam, ſeu mutuum, ab anteceſſore ad ſolutionem dotis conflatum, ſoluendum teneatur? Quae nobis omnino adfirmanda videtur quaeſtio, modo dos conſtituta receptam in familia quantitatem non excedat, et praeſertim poſteriori caſu pecunia ad elocandam filiam mutuo data ac exinde filia reuera ſit dotata. Spectat enim dotatio filiarum illuſtrium ad onera ditionis publica, (§. XI.) quae omnino eius ſunt naturae, vt, nondum praeſtita, a ſucceſſore quocunque exigi poſſint.

§. XXVIII.

Dos praeſtatur aliquando ſtatim poſt initum matrimonium (b), aliquando in certum ſolum euentum promittitur; (c) imo interdum illam concedens ſibi retinet vſumfructum (d). Hinc vt de dote, quae non ſtatim ſoluitur, ſecurus reddatur ſponſus, variae interdum accedere ſolent promiſſoriae cautiones. Sic admittuntur pro dote fideiuſſores, qui ſe interdum ad obſtagium obligarunt, prout docent exempla ab autore adducta (e). Et licet iure Rom. (f) dotis cauſa fideiuſſores admitti non debeant, haec tamen diſpoſitio non tam de dote marito ſoluenda, quam potius de dote a marito reſtituenda erit intelligenda. Quod et ratio docet legis; *turpe* nempe *declaramus, nolle vxorem viro*, cui *vitam et corpus credit, bona credere.* Inde omnino pro dote ſoluenda inter illuſtres fideiuſſores interuenire poſſe, et eos actu interuenire, exemplis probatur.

§. XXIX.

Tempus ſoluendae dotis a conuentione pendet, et vel ante vel poſt matrimonium perfectum, imo vel ante

 vel

(b) AVT. *P. II. C. IX. Sect. I. §. 42.*
(c) *L. C. § 39. et Sect. II. §. 39.*
(d) *L. C §. 52.*
(e) *P. II. C. IX. §. 26-28.*
(f) *L. I. et II. C. de fideiuſſ. dot. etc.*

vel poſt liberorum ex matrimonio procreationem, vel integra ſumma, vel ſolum certum eius quantum ſolet praeſtari. Interim ſi de hac re in pacto nihil diſpoſitum legitur, putarem ſtatim poſt ſolemnem copulationem ſeu deductionem in domum illam exigendi ius accipere maritum. Ab hac enim in domum deductione onera matrimonii capiunt initium, et ſic quoque incipere debent dotis fructus.

§. XXX.

Quale ius marito in rebus competat dotalibus illuſtri, pactis plerumque determinari ſolet dotalibus. Quae ſint contenta horum pactorum inter illuſtres initorum, apud de LVDOLFF (g) legere, forſan non erit ingratum. Aſt euenit interdum, vt de limitibus poteſtatis maritalis ratione dotis nil definiatur, quo caſu, iure communi eſſe ſtandum, ICti affirmant fere omnes. (h)

§ XXXI.

De ſucceſſione dotis plerumque pacta diſponunt dotalia. Huiusmodi pacta ſucceſſoria apud Germanos irreuocabiliter inter priuatos valere, inter omnes conſtat. Eo magis vero inter illuſtres ea obligant, cum hi ſolemnibus iuris Romani plane ſint ſoluti. (i) Aſt ſi de dotis ſucceſſione pacta nil diſponant dotalia, finito matrimonio dotem viduae, vel ea praemortua, eius heredibus eſſe reſtituendam, (k) eo minus dubitem, cum ex contrahentium intentione maritus non ipſam dotem, ſed ſolum eius fructus ad matrimonii onera ſuſtinenda debeat lucrari. Secus tamen ſeſe habet inter Saxoniae illuſtres, quippe qui iure viuunt Saxonico priuato, ex cuius diſpoſitione ma-

(g) *De iure femin. ill. P. II. C. II.*

(h) De LVDOLFF. *l. c.*

(i) *Iurispr. Heroica P. I. diſſ. prooem. §.* LVDOLFF. *P. II. C. II. §. 2.*

(k) MYLER. ab EHRENBACH *Gamol. C. XIV. §. VII.*

Digitized by Google

maritus ſicut mobilium vxoris, ſic quoque dotis mobiliaris eſt heres. Simili modo dos repeti nequit, ſi mortuo marito vidua dotalitii fructus habuit. His enim perceptis dos abſorbetur, et penes mariti heredes, qui dotalitium praeſtarunt, remanet (l).

§. XXXII.

Ceterum, finito per diuortium matrimonio, dos repetitur. Cuinam vero hoc ius repetendi competat verbis de LVDOLFF (m) deſcribemus: *Cui ergo competet actio pro dote repetenda? diſtinguunt iura, an vxor dotem conſtituerit, an parens, an extraneus. Primo caſu vxoris eſt eam repetere. L. 11. C. ſolut. matr. Altero parentis L. 6. ff. de iur. dot. Tertio ſi nihil conuentum vxoris, L. vn. §. 13. C. de R. U. A.* BALTHAS. *1. Reſ. 18. num. 12. vid.* TITIVM *ad* LAVTERBACH *obſeru. 784. Ad quam ergo ſpeciem referenda erit dos filiarum illuſtrium, ad profectitiam vel aduentitiam? Exiſtimo diſtinctionem hanc dotis ad illuſtrium foeminarum dotes, quae ex territorio praeſtantur, non pertinere, ſi tamen ſimilitudine quadam vti velimus, ad profectitiam referendam eſſe magis quam aduentitiam. Aduentitia enim*

(l) MYLER. ab EHRENBACH *Gamol. C. XIV. §. VI.* HENELIVS *de dotalitio C. V. §. 8. lit. l. p. m. 103.* vbi ſimul praeiudicio rem illuſtrat Lipſienſium verbis: *Hat Hertzog Friedrich zu Liegnitz letztes und drittes Gemahl, Fr. Anna gebohrne Hertzogin zu Würtemberg, Hochgedachtem Ihrem Herrn und Ehgemahl 32000. Gulden zum Heyrath Gut zugebracht. Ob nun gleich von ſolchem Heyraths-Gut, bey Abſterben Hertzog Friedrichs noch 18674. Gulden 20 gr. 10. pf. in einem Gemach, der* Scar' *genannt, vorhanden baar befunden worden; dieweil aber dennoch die Fürſtliche Wittib aufs Lehn verleibgedinget, und I. F. G. ſolch Leibgeding würcklich eingethan worden, ſo bleibet von vorerwehnten Heyraths Gut noch übrige Baarſchafft den Lehns Erben allein billig; und die Land Erben haben ſich deren nicht anzumaſſen.*

(m) *De iure feminar. Ill. P. II. C. II. §. 20.*

Digitized by Google

enim dos non niſi libera praeſtatur voluntate. Sed filiarum illuſtrium dos onus eſt territorii neceſſarium, a poſſeſſore, ſiue parens ſit, ſiue agnatus, debitum. Ergo repetitio dotis competeret territorii dominis, non ſubditis vel ordinibus prouinciae, quia hi dotem non conſtituunt, ſed conſtitutionem adiuuant. Quos tamen, cum vna tantum vice debeant dotem, ne iteratae actionis periculum incurrant, audiri aequitas poſtulat, ſi, ne prodigae vxori dos reſtituatur, interuenerint. Tenebitur etiam vxor, quae dotem ita recepit, condictione ſine cauſa, vt reſtituat, donec aliam matrimonii conditionem inuenerit. Nam ſine nuptiis dos non intelligitur. Redit vxor ſeparata ad ſtatum, in quo fuit ante matrimonium. Filia ante nuptias dotis petitionem non habet, ergo non vxor poſt diuortium dotis profectitiae repetitionem.

§. XXXIII.

Finito morte matrimonio, mortua vxore, a ſuperſtite marito, niſi aliter pacto conuentum, eius heredes dotem repetunt. Mortuo marito, vxori ſuperſtiti liberum eſt, ſiue dotem ſiue dotalitium eligendi. Hoc ſi eligit, penes heredes mariti manet dos, et niſi aliter conuentum, ad heredes vxoris nunquam redit. (§. XXXI.)

§. XXXIV.

Si vero obaeratus eſt maritus illuſtris, priuilegia dotis quoque doti illuſtrium competere, ICti vno fatentur ore (n). Eodem enim dos fauore eſt digna illuſtrium, quo priuatorum. Datur enim illuſtri feminae alimentorum loco; datur ad dotalitium conſequendum; ſine alimentis vero et ſine dotalitio illuſtris femina dignitatem non poteſt tueri illuſtrem. Et cum dos vxoria, vt inter priuatos, ſic quoque inter illuſtres, recepto Romanorum iure ſit introducta, (§. IX.) illuſtres quoque in priuatis cauſis, niſi aut patria iura, aut conditio obſtet illuſtris, iure

(n) LVDOLFF *l. c. p.* 105.

Digitized by Google

iure viuant Romano (o); facile patet, priuilegia dotis vxori non deneganda eſſe illuſtri. Aſt vero priuilegia dotis dotalitio applicari nequeunt conſtituto (p); vnde et ad inopiam vergente marito, vxor beneficio non in dotalitio, ſed in dote gaudet (q). Praelationis priuilegium pro donatione p. n. feminis tributum non eſt, ergo nec illuſtris femina eo vtitur. (r) Et pro dotalitio conſequendo aliis non praefertur creditoribus. Nihil (s) ergo conſequentur feminae illuſtres quam dotem et propter nuptias donationem, ſiue eius fructus *nach landüblicher Intereſſe*, non vſuras duplices, et ne ſimplices quidem de donatione propter nuptias, ſi cum creditoribus anterioribus de praerogatiua certent. Ratio eſt euidens, quod donationem propter nuptias petens vidua et vſuras duplices, etiam dotis, in lucro verſetur, creditores autem de damno vitando laborent, lucrum autem damno merito ſit poſtponendum (t). Cautas ergo eſſe oportet feminas illuſtres, vt dotem inferant, eam in rem mariti vtiliter verti curent, vbi ad immodicos ſumtus, ad profuſiones eſſe procliues ſentiunt maritos; illas, quantum fieri poteſt, impediant, vt dotalitium defuncto marito mature acceptent. Nam quae diximus hucusque, locum non habebunt, ſi vidua dotalitium repetitioni dotis, (optio enim

(o) *Iuriſpr. Heroic. P. I. diſſ. praelim.* §.

(p) MEV. *I. Dec. 173.*

(q) COCCEII *Iuriſpr. c. 28. n. 22.*

(r) HENEL. *c. 7. §. 17.* BERGER. *P. 2. Reſp. 112.*

(s) Sunt verba LVDOLFFI *de iure fem. ill. P. II. C. II. §. 5. lit. d. p. 106. n. 39.*

(t) *L. fin. § 5. C. de iure delib.* MEVIVS *dict. dec. 173. n. 9. vbi n. 13.* quod in Pomerania priuilegio nobilium et longo vſu lucri praerogatiua doti ſit adaequata.

Digitized by Google

eſt filiabus Regis Franciae, cum in matrimoniis collocantur, per Reges Francorum elargiri.

§. IV.

In tabulis dotalibus inter *Carolum* Burgundiae *ducem* atque *Margaretham*, Eduardi IV. regis *Anglorum* filiam a. 1467. (f) dicitur: *Quod Rex tenebitur praedictam Dominam ſuam germanam honorifice veſtire, iocalia et alia ornamenta, et alia ſuppellectilia ſibi dare, quae ad perſonam ſuam, et decorem Camerae ſuae ſecundum ſtatum ipſius ſpectabunt et pertinebunt.*

§. V.

In tabulis dotalibus inter *Ludouicum Sabaudum*, comitem *Geneuenſem* et *Carolottam Cypri* atque *Antiochiae* principem Auguſtae Taurinorum d. 10. Octobr. 1488 (g) dicitur: *Item promettent de fere bien et auitement enioyeler, en cas que elle ne le fuſt, madite Dame la Princeſſe ſelon qu' il appartient à ſon eſtat et à Fille de Roy; et en outre que tout ce que luy à eſté donnée par feu Monſeigneur ſon Mary en quelque maniere que ſe ſoit et pareillement par la Reine ſa Mere; doye demoirer, pour elle et les ſiens et aprés elle cas aduenant demourer à mondit Seigneur de Geneue pleinement et entierement.*

§. VI.

In tabulis dotalibus (h) inter comitem S. Pauli filiam Helenam Luxenburgenſem cum Iano Sabaudo, comite Geneuenſi, Cameraci d. 2. Mart. 1465. concluſis, dicitur: *Item veſtira et habillera ladite Demoiſelle ſa fille ainſi que à ſon Eſtat appartient, luy donra auſſi deux Chambres de Tapiſſerie tellequ' il luy plaira et de la Veſſelle d' Argent pour l' eſtat d' elle comme a ainſi ſa fille, ainſi qu' il luy venra à plaiſir.*

§. VII.

(f) Apud du MONT. *T. III. p. 1. n. CCLXII. p. 373.*

(g) Extant apud du MONT. *p. 251.*

(h) Extant *c. L.* ap. du MONT. *n. CCXLI. p. 326.*

Digitized by Google

§. VII.

In tractatu matrimonii inter *Ferdinandum* et *Iſabellam* Caſtellae et *Henricum VII.* Angliae regem die XXIV. Septembr. 1503. in ciuitate *Barcinonenſi* ſuper matrimonio *Henrici VII.* tunc adhuc *Walliae principis* cum *Catharina* Ferdinandi filia concluſo, inter alia fuit definitum (i): *Et eisdem loco et tempore praedicti Rex et Regina Caſtellae, Legionis etc. ſoluent ſeu ſolui facient praefato Regi Angliae eiusue Executoribus vel Deputatis, quindecim millia Scutorum auri, valoris praedicti in Vaſis ſeu Vaſellis Auri, Argenti ſeu Deaurati, iuſto pretio, per illius operis expertes opifices Indigenas, adhoc per Regiam Maieſtatem Angliae deputandos et iurandos, in ciuitate Londoniae commorantes, exiſtimandis, qui, in vim iuramenti ſui vnamquamque vnciam Auri, Argenti et Deaurati iuxta eius verum valorem, prout vncia valebit in eo loco in quo fienda eſt ſolutio tempore ſolutionis; quae vaſa ſeu Vaſella, per vnciam vt ſupra appreciata, praedictus Rex Angliae eiusue executores ſeu Deputati in partem ſolutionis accipiet, pro illo precio vnciae tantum vt illi Appreciatores illo tempore accipere voluerint, aut eodem tempore vendi poterint.*

§. VIII.

Henricus VIII. ſorori ſuae *Mariae* Ludouico XII. *regi Gallorum* a. 1514. deſponſatae ad haec *ducenta coronarum millia* conſtituit, prout in tabulis habetur dotalibus: (k) *Item, conuentum et concordatum eſt, quod dictus Rex Angliae, haeredes et ſucceſſores ſui, pro Matrimonio praefatae Dominae Principis Dominae Mariae cum dicto Rege Francorum habendo et contrahendo, nomine Dotis dabit, ſoluet et deliberabit, dari vel ſolui et liberari faciet praefato Chriſtianiſſimo Regi Ludouico, eiusue Deputato ſeu Deputatis ſummam quadringentarum millium coronarum auri, vel earundem verum valorem, ſoluen-*

(i) Apud du MONT. *T. IV. p. I. n. XVIII. p. 42.*

(k) Extant apud du MONT. *T. IV. P. I. n. LXXXVIII. p. 188.*

uendarum modo et forma ſequentibus; videlicet, praefatus Rex Francorum conſiderans dictam traductionem cum Apparatu, ſuppellectili, Vaſis aureis et argenteis, Margueritis, Lapidibus pretioſis, et caeteris Iocalibus praedictis honorificentius, ſumptuoſius, ſplendidiusque per praefatum Regem Angliae Fratrem ſuum cariſſimum fieri, ob amorem ſimulque et honorem ſuum, idque non poſſe fieri ſine grauioribus expenſis praefati Regis Angliae, quam ex aequo facere teneatur et conueniat, habensque earundem expenſarum rationem, medietatem dictorum quadringentorum milium coronarum auri, id eſt, ducenta milia earundem coronarum praedictis traductione et transmiſſione, ac traditione et liberatione corporis dictae Illuſtriſſimae Dominae Mariae, nec non Supellectilis, Vaſorum aureorum et argenteorum, Lapidum pretioſorum, ac caeterorum Iocalium per dictum Regem Angliae, eiusue oratores vel commiſſarios factis, idem Chriſtianiſſimus Rex, quamuis praedictae traductionis expenſae, apparatus Perſonae, Supellex, Vaſa, Margueritae, Lapides et Iocalia praedicta, quae praefatus Rex Chriſtianiſſimus, ob amorem et affectionem quam habet erga praefatam Illuſtriſſimam Dominam Mariam, inextimata recipere contentus erit, ad dictam ſummam ducentarum milium Coronarum nullatenus aſcendant, pro acceptis et ſolutis habebit, et de eisdem praefatum Regem Angliae eiusue Haeredes et Succeſſores per Litteras ſuas Patentes, Magno ſuo Sigillo ſigillatas et manu ſua ſignatas, de Data diei proxime immediate ſequentis dictam ſolempniſationem, liberabit, acquitabit, exonerabit et abſoluet, et exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, caſu praedicto adueniente, liberat, acquitat, exonerat, et abſoluit per praeſentes, dictasque Litteras Quietantiales Commiſſario vel commiſſariis praefati Regis Angliae ad hoc auctoritatis eadem die tradet et liberabit; proviſo quod caſu reſtitutionis adueniente dictus Chriſtianiſſimus Rex eiusque Succeſſores tenebantur ſolum et dumtaxat ad reſtitutionem totum Vaſorum,

Mar-

Margaritarum, Lapidum, Supellectilis, aliorumque bonorum, quae dicta illuſtriſſima Domina Maria ſecum portauerit ſeu portari in Dominium Franciae fecerit, vna cum expenſis factis in dictis traductione et tranſmiſſione, aliamque medietatem praefatae ſummae quadringentorum millium coronarum auri praedictarum, id eſt, ducenta millia earundem coronarum praefatus Rex Francorum percipiet, et habebit per manus ſuas proprias de nouiſſimis illis ducentis millibus coronarum praedictarum vltimis terminis ſoluendarum parcellae vnius millionis, ſiue decies centum millium coronarum praedictarum, quas idem Rex Francorum per ſcriptum ſuum obligatorium de data diei ſeptimae menſis Auguſti, Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo quarto, praefato Regi Angliae ex aliis cauſis in eodem ſcripto expreſſis ſoluere tenetur; de quibus quidem ducentis milibus coronarum praedictarum parſellae praedictae praefatus Rex Angliae praedictum Regem Franeorum, eiusque haeredes et ſucceſſores exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc liberat, ac quitat, exonerat, et abſoluit per praeſentes.

§. IX.

Emanuel Portugalliae R. filiae ſuae *Beatrici, Carolo* Sabaudiae Duci a. 1521. deſponſatae, inter *Dotem* certam ſummam *pro iocalibus, gemmis, vaſis, argenteis atque aureis* adſignat, prout verba habent: (l) *Item quod propter onera Matrimonialia, ipſe Seren. Rex, eidem ill. Duci in ipſius Infantis Dotem, et nomine datis, centum et quinquaginta millia Ducatorum, auri boni valoris, iuſtique ponderis conſtituet, ſoluendorum pro tempore, quo inter ipſos coniuges Matrimonium fuerit celebratum, copulaque conſummatum, quod in ciuitate Niciae, aut Villae-Franchae oppido, Deo auſpice, futurum eſt, videlicet centum millia in Pecunia numerata, quadraginta quinque millia, ſcil. in iocalibus aureis, vnionibus,*

(l) *Extant tabulae c. l. T. IV. p. I. n. CXLVII. p. 332.*

Digitized by Google

bus, Margaritis, gemmisque pretioſis, viginti duo millia, in vaſis ſuppellectilibusque argenteis, ſuae camerae totiusque Domus, quindecim millia. In aulaeis paramentisque ſuae Camerae ac Domus, decem et octo millia; quarum rerum aeſtimatio, per quatuor probos et expertos viros, in urbe Nicia fieri debeat: reſiduum vero dictorum quinquaginta millia Ducatorum, quae ad totius Dotis complementum reſtant, intra annum perſoluantur, ad quorum ſolutionem ipſe Sereniſs. Rex, Niciae ipſi ill. Duci campſorias literas deſtinabit, tradetque videlicet in ciuitatibus Lugduni, Genuae, aut Geben, ad idoneos Trapeſitas et Banquerios directas.

§. X.

Ludouica, *Thomae* Sabaudiae Ducis filia *a. 1653. Ferdinando Mariae Badenſi Marchioni* nupta gemmas *et iocalia* ad ſummam centum quinquaginta millium librarum accepit, prout tabulae habent dotales (m). *Et quant au ſurplus de ladite ſomme de ſix cents mil livres, les dits Sereniſſime Prince et Princeſſe de Carignan, promettent de payer la ſomme de cent cinquante mil livres au jour des Eſpouſailles en ameublements, bagues et joyaux et meubles precieux de pareille valeur, ſuivant les appretiations et inuentaires, qui en ſeront faits l'un desquels demeurera à ladite Dame Princeſſe Louyſe, au bas duquel ſera baillé quittance de la ſusdite ſomme de cent cinquante mil livres par ledit Sieur Ambaſſadeur ou autres, qui en auront pouvoir, au nom dudit Seigneur Prince Ferdinand futur Eſpoux. Et les cent cinquante mil livres ſeront payer à ladite Dame Princeſſe Louyſe, apres le decez des ditz Sereniſſimes Prince Thomas de Savoye, et Princeſſe de Carignan, de laquelle ſomme de ſix cents mil livres, il n'en ſera imputé de Donation à ladite Dame Sereniſſime Princeſſe de Carignan ſur ſes Biens et Conuentions que la ſomme de cent cinquante mil*

(m) Apud du MONT. T. VI. p. II. n. XV. p. 47.

Digitized by Google

mil livres; et le ſurplus ſera impuré ſur les Biens dudit Sereniſſime Principe Thomas.

§. XI.

Nec tamen ſaltim parentes *illuſtres*, ſed etiam *ſponſi* illuſtres ſponſae ſuae de veſtimentis, cleinodiis, iocalibus prouiderunt. *Ludouici*, Sabaudiae *ducis*, legati in tabulis dotalibus (n) cum *Carolotta*, regis Cypri filia, Antiochiae principe, initis a. 1458. promittunt: *de ſere bien et autement enioyeler, en cas qu'elle ne le fuſt, ladite Dame la Princeſſe ſelon qu'il appartient à ſon eſtat et à Fille de Roy; et en outre que tout ce que luy à eſté donné par feu Monſeigneur ſon Mary en quelque maniere que ce ſoit et pareillement par la Reyne ſa Mere; doye, demeurer pour elle et les ſiens, aprés elle cas aduenant demourer à mondit Seigneur de Geneve pleinement et entierement.*

§. XII.

Et, quod diximus, aliis exemplis ex collectoribus diplomatum et illuſtrium litterarum oſtendi et illuſtrari poteſt. *Emanuel Philibertus*, Sabaudiae dux, cum *Margaretha*, Franciſci I. Galliae regis filia, a. 1559. ſe deſponſans, in tabulis dotalibus (o) promittit: *Item ha ledit Seigneur Duc promis et promet enjoyaller ladite Dame jusques à la Valeur de trente mille éſcus.* Item: *et afin que ladite Dame puiſſe mieux, et plus aiſément, entretenir ſondit état ſelon le lieu et Maiſon dont elle eſt, luy à ledit Seigneur Duc, outre ce que Sa Majeſté luy delaiſſe; promis et promet bailler la ſomme de vint mille éſcus par chacun an, laquelle ſomme ledit Seigneur Duc lui ſera paier et bailler par chacun quar-*

(n) Apud GVICHENON *Preuves p. 386.*

(o) Extant apud GVICHENON *Preuves p. 532.* du MONT. *Tom. V. P. I. n. XXVIII. p. 80.*

quartier d'année pour eſtre employée à l'entretenement de ſa perſonne et maiſon, et autrement à ſon bon plaiſir et volonté.

§. XIII.

Carolus IX. Galliae rex, *Iſabellae*, Maximiliani II. Imp. filiae ſecundo genitae, per tabulas dotales (p) *Madriti* d. XIV. Ian. 1570 promittit: *Semblablement, ledit Seigneur Roi Tres-Chretien ſoit tenu de donner et donnera à ladite Dame Iſabeau, ſa future Epouſe, en joiaux jusque à la valeur de cinquante mille Ecus d'or, lesquels dits joiaux ſeront propres de ladite Sereniſſime Princeſſe, future Reine, et ſortiront nature d'Heritages, desquels elle pourra diſpoſer en cas de Diſſolution de Mariage, ſurvivant ladite Dame; mais en cas qu'elle ne ſurvecût, qu'elle mourût, plûtôt que ledit Seigneur Roi Tres-Chrétien, ſera gardé le contenu ci-aprés mis en autre Article.*

§. XIV.

In tabulis dotalibus inter Philippum II. regem Hiſpaniae atque Annam, Maximiliani II. filiam primo genitam a. 1570. definitur: (q) *Item dabit et donabit Catholica Maieſtas dictae Sereniſſimae Principi, eius futurae coniugi, Iocalia et monilia aſcendentia ad valorem quinquaginta millium Scutatorum auri; quae quidem erunt ſua propria, ac Ius et naturam proprii Matrimonii ſortientur, ut tanquam de talibus ipſamet Sereniſſima Princeps ad eius voluntatem diſponere poſſit.*

§. XV.

Henricus III. Poloniae primum, poſtea Francorum rex, in tabulis dotalibus cum *Ludouica* Lotharinga *Rhemis* d. XIV. Febr. 1575. confectis (r), promittit: *Plus ledit Seigneur Roi en faveur dudit Mariage donnera à ſadite future*

(p) Extant apud du MONT. *Tom. V. p. I. n. LXXXVI. p. 179.*

(q) Apud du MONT. *T. V. P. I. p. 177.*

(r) Apud du MONT. *T. V. p. I.* [illegible]

Digitized by Google

ture Epouſe la Valeur de cinquante mille Ecus en bagues et joiaux, leſquels demeureront propres, et ſortiront nature d'Heritage, et en pourra diſpoſer en cas de diſſolution de Mariage, à elle ſurvivante; mais en cas qu'elle mourût avant ledit Seigneur Roi, ils lui reviendront, ſans que les Heritiers de ladite future Epouſe y puiſſent rien pretendre en quelque ſorte que ſe ſoit.

§. XVI.

Henricus IV. rex Francorum, ponſae ſuae *Mariae Medicae*, in tabulis dotalibus *Florentiae* d. XXVI. Aprilis 1600. confectis (s) promittit: *Donnera auſſi ledit Seigneur Roy Tres-Chretien à ladite Sereniſſime Princeſſe bagues, et joyaux, ſelon qu'il convient à la Dignité d'une Reine de France, qui lui demeureront propres, pour en pouvoir diſpoſer par ladite Sereniſſime Princeſſe, comme de choſe a elle appartenant, en cas qu'elle ſurvive, et non autrement, comme il ſera dit cy-apres.*

§. XVII.

Victor *Amadeus*, tunc adhuc *Pedemontium* princeps, cum *Chriſtiana Henrici IV.* Galliorum regis filia ſecundo genita a. 1619. deſponſaturus, promittit: (t) n. III. *Lequel Sieur Prince de Piedmont donnera à madite Dame Chriſtienne en bagues et joiaux la valeur de quarante mil écus, leſquels avec ceux que portera ladite Dame lui demeureront propres pour elle, ſes hoirs, ſucceſſeurs et ayans cauſe. IV. Et donneront les dits Sieurs Duc de Savoie et Prince de Piedmont à madite Dame Chreſtienne entretenement pour Son Eſtat et Maiſon, tel qu' à ſa qualité et condition peut appartenir, et icelui, aſſigneront ſur de bonnes rentes et revenus aſſuré au contentement de ladite Dame, jusques à la ſomme de cent mil livres.*

(s) Extant apud du MONT. *Tom. V. P. II. n. 3. p. 4.*
(t) Extant tabulae apud du MONT. *T. V. P. II. n. CLXXXVI. p. 327.*

§. XVIII.

Guilielmus, Arauſionenſis princeps, ſponſae ſuae *Henricae Mariae*, Caroli I. Magnae Britanniae regis filiae a. 1640. promittit (u): *n. VI. On payera tous les ans et de trois mois en trois mois, par égale portion à laditte Princeſſe la ſommè de quinze cens livres ſterlings pour ſes menus plaiſirs, oiltre ſon entretien, habillement et gages des officiers et autres Domestiques.*

§. XIX.

Alphonſus VI. Luſitaniae rex per tabulas dotales *Pariſiis* d. XXIV. Febr. 1666. (x) ſponſae ſuae *Mariae Franciscae Eliſabethae Sabaudicae* promittit *n. XIV. Ledit Sereniſſime Roi de Portugall donnera en faveur de Mariage à ladite Sereniſſime Princeſſe Dame Marie Françoiſe Eliſabeth de Savoie la valeur de quarante mille Ecus de Bagues et Joyaux, qui ſeront eſtimez lors de la delivrance qui en ſera faite à ladite Sereniſſime Princeſſe, lesquels elle pourra emporter arrivant le prédeceds dudit Sereniſſime Roi de Portugal, avec ſa Dot et autres choſes à elle accordées par les preſens Articles.*

§. XX.

In tabulis dotalibus inter *Ludovicum*, Burgundiae ducem, *Delphini* primogenitum, et *Mariam Adelheidem Sabaudam* a. 1696. definitur: (y) *Sa Majeſté Tres-Chreſtienne donnera pour Monſeigneur le Duc de Bourgogne à ladite Dame Princeſſe Marie Adelaide de Savoye pour ſes Bagues et Joiaux la valeur de cinquante mil Ecus d' or ſol, lesquels et ſont autres qu' elle apportera avec ſoy, lui appartiendront ſans difficulté comme eſtans Biens de ſon Patrimoine propres à ladite Dame Princeſſe ſes Heritiers et Succeſſeurs ou à ceux qui auront ſon Droit et cauſe.*

§. XXI.

(u) Apud du MONT. *T. VI. P. I. n. CXV. p. 189.*
(x) Extant apud du MONT. *T. VI. P. III. n. XXXII. p. 103.*
(y) Extant apud du MONT. *T. VII. P. II. p. 371.*

Digitized by Google

§. XXI.

In tabulis dotalibus, inter Carolum Magnae Britanniae regem atque Henricam Mariam Henrici IV. regis Gallorum filiam Pariſiis d. VIII. Maii 1625. confectis (z), fuit determinatum: *Sa Majeſté de la Grande-Bretagne donnera à ma dite Dame en faveur du dit mariage pour cinquante mille ecus de bagues les quelles ſeront propres à elle et aux ſiens comme celles, qu'elle a dés maintenant et lui ſeront données ci-apres.*

§. XXII.

Ludovicus XIV. Gallorum rex in tabulis dotalibus, (a) cum *Maria Thereſia* Hiſpaniae Infante d. VII. Novembr. 1689. confectis, promittit: *Que ſa Majeſté Tres Chretienne donnera à la Sereniſſime Infante Dame Marie Thereſe, pour ſes Bagues et Joyaux, la valeur de cinquante mille Eſcus d'or ſol, lesquelles, et toutes autres qu'elle portera avec ſoy, luy appartiendront, ſans difficulté, comme eſtans Biens de ſon patrimoine, propres à ſon Alteſſe, et à ſes Heritiers et Succeſſeurs où à ceux, qui auront ſon droit et cauſe.*

§. XXIII.

Carolus II. rex Hiſpaniae, in tabulis dotalibus, cum *Maria Ludovica*, Philippi ducis Aurelianenſis filia, *Fontisbellaqui* d. XXX. Auguſti 1679. contractis (b), ſponſae promittit. *n. V. Plus à eſté promit par ledit Sieur Commiſſaire du Roi d'Eſpagne au nom de Sa Majeſté Catholique, de donner à ladite Sereniſſime Princeſſe des bagues et joiaux de la valeur de cinquante mille Ecus d'or ſol, qui ſortiront nature d'heritage à ladite Sereniſſime Princeſſe, comme ſeront auſſi toutes les autres bagues et joiaux qu'elle portera lesquels demeureront pour elle, ſes hoirs, Succeſſeurs et aians cauſe. n. VI. Que*

(z) Apud du MONT. *T. V. P. I. n. CCLXV. p. 477.*

(a) Extant *c. I.*

(b) Extant dans Recueil *T. IV. p. 440.*

Digitized by Google

Que ledit Roi Catholique donnera à ladite Sereniſſime Princeſſe entretenement pour ſon état et Maiſon, tel qu'à ſi grande Princeſſe, petite Fille, Niéce, Femme et Fille de ſi Puiſſans Rois appartient, et icelui aſſignera ſur bonnes rentes, avec ſeures et fermes aſſignations et ſuffiſantes hipotoques au contentement de ladite Sereniſſime Princeſſe.

§. XXIV.

In tabulis dotalibus *Ludovici* Delphini, cum *Maria Anna Chriſtina* Bavarica *Monachii* d. XXX. Decembr 1679. (c) promittit *Rex Chriſtianiſſimus: S. M. T. C. donnera pour Monſeigneur le Dauphin à la Sereniſſime Princeſſe Marie Anne Chriſtine, pour ſes bagues et joiaux la valeur de cinquante mil Ecus d'or ſol, les quels et tous autres qu'elle portera avec ſoi lui appartiendront ſans difficulté comme eſtans biens de ſon patrimoine, propres à ladite Princeſſe, ſes heritiers ou ſucceſſeurs, ou à ceux qui auront ſon droit et cauſe.*

§. XXV.

A *ſponſo* etiam *illuſtri* praeter iocalia, gemmas, vaſa argentea, aliamque ſuppellectilem, quandoque etiam *ad aulae ſuſtentationem certam ſummam annuam videmus conſtitutam.* In tabulis dotalibus inter *Galeacium Mariam*, ducem Mediolanienſem atque *Bonam Sabaudam* d. IX. Maii 1468. confectis (d) ſtatutum eſt: *Item conſenſit et promiſit ſupradictus D. Triſt. nomine Procuratorio ſaepe dicto, quod adueniente caſu ſaepe dicto mortis Illuſtr. D. Ducis, et dicta Illuſtr. Domic. ſuperuiuente omnia iocalia vsque ad ſummam L. millium Ducatorum, quae per dictum D. Ducem ſibi donata fuerint aut per aliam Perſonam, et communitatem contemplatione eiusdem D. Ducis, nec non veſtimenta, et bona paraſernalia, ac omnia eius cauſa parata quae tempore mortis ipſius illuſtriſſ. D. Ducis eius Mariti tunc habebit, eidem illuſtr. Domicellae Bonae plenarie et integraliter* re-

(c) Dans REQVEIL *T. IV. p. 469.*

(d) Extant apud du MONT. *T. III. P. I. n. CCLXXIIX. p. 382.*

remaneant, de quibus diſponere poterit ſine contradictione quacumque ad ſuae voluntatis arbitrium; Ita tamen, quod ſi praedicta illuſtr. Domic. Bona decedat ſine Filiis, ſupra dicta omnia et ſingula quae tempore mortis fuerint, in rerum natura ſpectabunt et peruenient ad haeredes dicti defuncti D. Ducis, reſeruato, quod dicta Illuſtr. D. Bona pro ſalute animae ſuae, vel quoad pias cauſas diſponere poterit ad ſummam decem millium ducatorum.

§. XXVI.

Dum in pace *Cambreſienſi* a. 1559. d. III. April. matrimonium inter *Philippum II.* Hiſpaniae regem atque *Eliſabetham*, Henrici II. Galliae regis primogenitam, concluderetur, (e) inter alia fuit definitum: *Et ſi ſera ladite Dame Eliſabet jouaillièe par ledit Seigneur Roi, ſon futur Mari, jusqu' à la ſomme de cinquante mille écus, qui ſortiront nature d' heritage, comme auſſi ſeront les autres bagues et joiaux, qu' elle portera, les quels demeureront pour elle, ſes Hairs, ſucceſſeurs, et aiants cauſe.* Sic etiam in contractu matrimoniali *Pariſiis* d. XX. Iun. 1559. (f) tali ratione definitur: *Item, Eſt accordé, que ledit Seigneur Roi Catolique donnera à ladite Dame Eliſabet entretenement pour ſon état tel qu' à Fille et Femme de ſi grands Rois apartient; et icelui aſſignera duement ſur Villes et Places, dont elle jouira par ſes mains; et pourvoira à tous offices et Benefices d'icelles Villes et Places, pourvû toutesfois que ce ſoit aux Naturels du Pais et conforme aux ordonnances et conſtitution d'icelui.*

§. XXVII.

Eadem ſumma fuit definita in tabulis matrimonialibus inter *Philippum II.* atque *Annam*, Maximiliani II. imp. filiam primogenitam in monaſterio ac oppido S. Ma-

(e) Extant apud du Mont. *T. V. P. I. n. XXIII. p. 38.*

(f) *C. l. p. 48.*

Digitized by Google

Mariae de Guadalupe d. III. Febr. 1570. confectis (g): *Item dabit et donabit Catholica Maieſtas dictae Sereniſſimae Principi, eius futurae coniugi, Iocalia et monilia aſcendentia ad valorem quinquaginta Millium Scutatorum auri, quae quidem erunt ſua propria, ac Ius et naturam proprii patrimonii ſortientur, vt tanquam de talibus ipſamet Sereniſſima Princeps ad eius voluntatem diſponere poſſit:* Adiectum etiam fuit: *Item, quod attinet ad ſumtus et alimenta, quae dictae Sereniſſimae Principi futurae Reginae praebenda ſunt, conſtante matrimonio, pro Domus, ſtatus et Dignitatis ſuae ſuſtentatione. Hoc ſane conſtituet et aſſignabit Catholica Maieſtas ad eam quantitatem et iis ſolutionibus et conſignationibus, quae Dignitati et ſplendori tantae Reginae, et Catholicae Maieſtatis amplitudini conuenient.*

§. XXVIII.

In tabulis dotalibus *Caroli IX.* Gallorum regis cum *Eliſabetha*, Maximiliani II. imp. filia ſecundogenita *Madriti* d. XIV. Ian. 1570. confectis, fuit decretum: (h) *Semblablement, ledit Seigneur Roi Tres-Chretien ſois tenu de donner, et donnera à ladite Dame Iſabeau, ſa future Epouſe, en joiaux, juſques à la Valeur de cinquante mille Ecus d'or: leſquels dits joiaux ſeront propres de ladite Sereniſſime Princeſſe future Reine, et ſortirons nature d'Heritages, deſquels elle pourra diſpoſer en cas de diſſolution de Mariage, ſurvivant ladite Dame; mais en cas qu'elle ne ſurvécût, qu'elle mourût plûtôt que ledit, Seigneur Roi Tres-Chrétien, ſera gardé le contenu ci-apres mis en autre Article. Item, En ce qui touche l'entretenement, et ſoûtenement de la Perſonne, Maiſon, et état de ladite Sereniſſime Princeſſe, future Reine de France durant Mariage, ledit Seigneur Roi Tres-Chretien lui aſſignera, et ordonnera ledit entretenement, en la quantité que la gran-*

(g) Apud du MONT. *T. V. P. I. n. LXXXV. p. 177.*
(h) Apud du MONT. *c. l. p. 178.*

grandeur de ſa Couronne, et qualité de telle Princeſſe et Reine, et à ce qui eſt de coûtume en la Maiſon de France, ſe doit et conuient aſſigner; de maniere qu' en cette partie elle ſera traitée et ſoûtenüe avec la largeſſe et magnificence, que telle Reine et Femme de tel Roi doit être. Laquelle aſſignation ſera ſur l' Epargne, ou Treſorerie generale dudit Seigneur Roi Tres-Chretien, qui lui ſera paiée de trois mois en trois mois, ſuivant l' ordre et façon qu'on garde en ladite Maiſon de France.

§. XXIX.

Philippus Hiſpaniae tunc *Infans*, poſtea ſub *Quarti* nomine notus *rex Hiſpaniarum* in tabulis dotalibus, Pariſiis d. 25. Auguſti 1612. cum *Eliſabetha*, Henrici IV. Galliae regis primogenita confectis, promittit: (i) *Plus a eſté promis par ledit Duc de Paſtrane et ledit Dom Inigo de Cardenas, Ambaſſadeur ſusdit, au nom dudit Roi d' Espagne et dudit Sieur Prince ſon fils, de donner à madite Dame Eliſabeth des bagues et joyaux de valeur de cinquante mil écus d' or ſol, qui ſortiront nature d' heritage à ladite Dame, comme ſeront auſſi toutes les autres bagues et joyaux qu' elle portera, lesquels demeureront par aprés pour elle, ſes Hoirs, Succeſſeurs et ayans cauſe. Que ledit Roi Catholique et ledit Prince d' Espagne ſon Fils donneront à madite Dame Eliſabeth entretenement pour ſon Eſtat et Maiſon tel qu' à Soeur, Fille et Femme de ſi Grands et ſi Puiſſans Rois appartiennent, et icelui aſſignera ſur bonnes rentes avec ſeures et fermes aſſignations et ſuffiſantes hypoteques au contentement de ladite Dame Eliſabeth.*

§. XXX.

Quandoque mater illuſtris gemmas atque vaſa argentea promittit, prout tractatus matrimonialis teſtatur in-

(i) Extant tabulae *l. l. p. 219.*

Digitized by Google

inter Mauritium Sabaudiae principem atque Ludouicam Mariam Sabaudam d. XVIII. Auguſti 1642. concluſus, in quo: (k) *Madame Royale voulant faire connoitre combien elle eſt ſatisfaite de cette Alliance, à declaré et declare par ces preſentes, qu' elle veut faire à la ſereniſſime Princeſſe, un don de quantité de Joyaux, desquels, ainſi que des autres choſes qui ſeront delivrées avec les bagues et le trouſſeau des Noces, on fera l' Inventaire et l' eſtimation, qui ſera inſerée au bas du preſent Contract. Madame Royale aſſignera en outre, et delivrera à ladite Sereniſſime Princeſſe, ainſi que elle à promis un trouſſeau et des bagues proportionnées à ſa qualité, dont ainſi que de la vaiſſelle d' argent qui lui ſera delivrée on fera un Inventaire à part pour l' inſerer, comme il à eté dit ci-deſſus, afin que ſi le cas ſ' y rencontre le tout ſoit rendu en l' etat et nature qu' il ſe trouvera.*

§. XXXI.

Interdum quoque de ſucceſſione in cleinodia, veſtes et vaſa argentea, a parentibus ſponſae illuſtri conceſſa, caſu, quo iſta ſine liberis fuerit defuncta, ſolet paciſci. Sic vt illa redeant ad parentes, diſponunt tabulae dotales inter Ludouicum Sabaudum et Carolum, principem Antiochiae confectae (l). *Item en cas que madite Dame la Princeſſe deffauldroit ſans Enfans (que Dieu ne vueille) devant le Roy ſon Pere, les ioyaux et vayſelles que le Roy ſon Pere luy auroit donné depuis la mort de la Reyne ſa Mere, doyent retourner audit Roy.*

§. XXXII.

Philippus Aurelianenſis dux in tabulis ſponſalibus, d. V. Nouembr. 1671. cum Eliſabetha Carolotta Palatina confectis, (m) Sereniſſimae ſponſae promittit: *Mondit Sei-*

(k) Apud du MONT. *T. VI. P. I. n. CLXII. p. 267.*
(l) Extant apud GVICHENON *dans le preuves p. 357.*
(m) Apud du MONT. *T. VII. p. 154.*

Digitized by Google

Seigneur Duc d'Orleans pour la ſingulière affection qu'il por-to à ladite Dame Princeſſe ſa future Epouſe lui donnera des pierreries, bagues et joiaux pour la ſomme de cent cinquante mil livres à la charge que arrivant le predeceds de ladite Dame Princeſſe ſans Enfans, leſdites pierreries bagues et joyaux lui feront reſtituez et appartiendront, ſans qu'ils puiſſent etre compris en ladite communauté, laquelle reſtitution aura auſſi lieu en faveur des heritiers, dudit ſeigneur Duc d'Orleans, en cas qui predecede ladite Dame, ſa future Epouſe ſans enfans apres toute-fois le deceds de ladite Dame Princeſſe qui en jouira ſa vie durant.

§. XXXIII.

Eodem facit libellus plurium actionum, quas *Ioannes* de *Hazemburg* contra *Ioannem Bielick* de *Korniez* a. 1478. inſtituit (n), in quo: *Ago et propono nomine meo proprio, quod olim illuſtris princeps ipſe Dominus Ioannem Opavien et Hlubczicen: dux promiſit, ſe daturum mihi mille florenos nomine dotis poſt vxorem meam, ſororem vero ſuam; non tamen tandem numerauit et vsque hodie mihi ſoluta non exiſtit. Vnde ago contra poſſeſſorem bonorum dicti Ducis, vt illud mihi mille floren. promiſſum numeret et perſoluat cum cenſibus inde creſcentibus, iuxta continentiam literarum, contractus noſtrorum ſponſaliorum et ad haec propono actionem ex ſtipulatu. Ago et propono, quod illuſtris olim duciſſa Domina Elizabeth, vxoris quondam meae genetrix multos ornatus muliebres habuit, dignos eminentia illuſtrium foeminarum, in margaritis, gemmis pretioſis, auro, argento et variis veſtium mutatoriis atque clenodiis, quae ſua propria erant parapharnalia in valore ac pretio trium millium floren. quae apud praefatum ducem definitiue ſingula remanſerunt, et in vſus eiuſdem proprios extent conuerſa et haec omnia vxori meae filiae praedictae Duciſſae Deuolutionis iure attinebant, et hodie mihi, ac filiis meis, nepotibus Du-*

(n) Extat apud LVDEWIG *Reliquiis MStorum T. VI. p. 75.*

Duciſſae praenominatae [illegible] atque debentur, unde ipſa omnia a poſſeſſore bonorum ſaepe dicti Ducis defuncti peto et exigo ac ſuper his ius et officium veſtrum implorare, deducendo in praeſenti iudicio quodcunque ius meum atque filiorum meorum competens et competiturum undecunque et qualitercunque ſaluo iure addendi, minuendi, mutandi, interpretandi, corrigendi et alterius petitionis quandocunque fiendae, non aſtringens me neque filios meos propterea ad probandum, niſi duntaxat illa, quae ad cauſam ſufficere videbuntur, praeſentis ſub mei oppreſſione ſigilli teſtimonio libelli.

SECTIO III.

DE

REGNIS ET PRINCIPATIBVS IVRE VXORIO ADQVISITIS.

§. I.

Feminae regnorum ditionumque poſſeſſores regna et prouincias ſuis maritis vel in dotem attulerunt, cum iisdemque honorem, dignitatem atque poteſtatem regiam communicarunt, iſtique vxorio iure regna adquiſiuerunt, vel imperium ſibi reſeruantes maritis ſuis nullum plane ius in regno reliquerunt, quam vt reginae mariti adpellarentur, ab iisdemque dependerent.

§. II.

Prioris exemplum praebet AENEAS, qui poſtquam in Italiam fuiſſet delatus, Latini regis gener atque ſucceſſor fuit delectus, de quo LIVIVS (o): *dextera data fidem futurae amicitiae ſanxiſſe. Inde foedus ictum inter exercitus ſalutationem factam. Aeneam apud Latinum fuiſſe in hoſpitio, ibi Latinum apud penates Deos domeſticum publico adiun-*

(o) *L. I. c. I.*

induiſſe foedus; filia Aeneae in matrimonium data, ea res vtique Troianis ſpem affirmat tandem ſtabili certaque ſede finiendi erroris. Oppidum condit Aeneas ab nomine vxoris Lauinium appellat. Breui ſtirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit; cui Aſcanium parentes dixere nomen. Plenius DIONYSIVS HALICARN (p): *Abſoluto Troianorum oppido, animos vtrinque cupido inceſſit demerendi ſocios mutuis officiis: et initium huius rei factum eſt a regibus, qui per connubium aequauerunt dignitatem exterorum atque ciuium; Latino Aeneae vxorem dante Lauinam filiam. Dein exemplo regum ceteris quoque animo ſuo morem gerentibus, breui admodum tempore collatis in vnum moribus, legibus, et deorum ceremoniis, communicato per connubia genere ac iure ciuitatis, commixta ex vtriſque reſpublica et appellatione a rege Aboriginum deſumpta, Latinos ſe vocarunt; pactiſque adeo ſteterunt firmiter, vt nullo vnquam tempore ab inuicem dirempti fuerint.*

§. III.

Apud Longobardos Theodelinda non quidem iure ſucceſſionis haereditariae, verum ex procerum conſenſu poſt Antharis mariti mortem Longobardorum regnum obtinuit, de quo PAVLVS DIACONVS (q), *Reginam vero Theudelindam, quae ſatis placebat Longobardis, permiſerunt in regia conſiſtere dignitate ſuadentes ei, vt ſibi quem voluiſſet ex omnibus Longobardis virum eligeret, talem ſcilicet, qui regnum regere vtiliter poſſet. Illa vero conſilium cum prudentibus habens, Agilulfum ducem Taurinatium, et ſibi virum, et Longobardorum genti regem elegit. Erat enim isdem vir ſtrenuus, et bellicoſus, et tam forma, quam animo ad regni gubernacula coaptatus. Quem ſtatim regina ad ſe venire mandauit ipſaque ei obuiam ad Laumellum oppidum properauit. Qui cum ad eam veniſſet, ipſa ſibi poſt aliquot verba vinum propinari* fe-

(p) *L. I. p. 48.*
(q) *De geſtis Longobard. L. III. fin.*

Digitized by Google

fecit. Quae cum prior bibiſſet, reſiduum Agilulfo ad bibendum tribuit. Is cum reginae accepto poculo manum honorabiliter oſculatus eſſet, regina cum rubore ſubridens non debere ſibi manum oſculari ait, quem oſculum ſibi ad os iungere oporteret. Moxque eum ad ſuum baſium erigens, ei de ſuis nuptiis, deque regni dignitate aperuit. Quid plura? Celebrantur cum magna laetitia nuptiae: ſuscepit Agilulfus, qui erat cognatus regis Anthari, incboante iam menſe Nouembris regiam dignitatem. Sed tamen congregatis in vnum Longobardis, poſtea menſe Maio, ab omnibus in regnum apud Mediolanum leuatus eſt. Poſt Agilolfi vero mortem dicta Theodelinda cum filio Adoloardo iterum regnant, de quo idem PAVLVS DIACONVS (r): *Igitur Agilulfus rex, qui et Ago eſt appellatus, poſtquam viginti et quinque annos regnauerat, diem clauſit extremum, relicto in regno filio ſuo Adaloaldo admodum puero cum Theudelinda matre. Sub his eccleſiae reſtauratae ſunt, et multae dationes per loca venerabilia largitae, ſed cum Adaloaldus euerſa mente inſaniret, poſtquam cum matre decem regnauerat annis, de regno eiectus eſt, et a Longobardis in eius loco Arioaldus ſubſtitutus eſt.*

§. IV.

Ex antiqua hiſtoria Antiochus M. Syriae rex Ptolomaei Philopatoris Aegypti regis filio Ptolomaeo Epiphani filiam Cleopatram cum multis prouinciis in dotem dedit, de quo IOSEPHVS (s): *Poſt haec amicitia Ptolomaeo coniunctus eſt et foedere, data in matrimonium Cleopatra filia et conceſſa dotis nomine Coele-Syria vna cum Phoenice Iudaeaque et Samaria diuiſisque inter vtrumque regem vectigalibus.* Idem dicit APPIANVS: (t) *miſit Ptolomaeus in Aegyptum Cleopatram Syram cognomine, in dotem addens Coele-Syriam, quam*

(r) *Lib. IV. c. XLIII.*
(s) *Antiquitat. Iudaic. l. XII. c. III.*
(t) *De Bello Syriaco c. LXXXVIII.*

Digitized by Google

quam ei prius ipſe ademerat, demulcens adoleſcentem, vt bello Romano quieſceret.

§. V.

In Hiſpaniae regno plura proſtant exempla, quae docent filiam ſimul cum genero reges fuiſſe. Pelagii ex Gothorum gente regis filia Ormiſinda Alphonſo Catholico nupta, ex patris declaratione vtrique imperauerunt, de quo IO. MARIANA (u): *Omnino Ormiſinda Pelagii filia Alfonſo nuptui data: eoque connubio amplius vtriusque Principis animi perpetuo foedere conciliati, vnde Hiſpaniae in poſterum regibus origo generis perpetuaque propago.* Et paulo poſt (x): *Fauila ſine prole defuncto Alfonſus et Ormiſinda, vt erat poſtremis teſtamenti tabulis a Pelagio mandatum, reges renunciati ſunt magna gentis laetitia optimo publico.*

§. VI.

Ramiri II. regis Arragoniae filia Petronella bimula adhuc Raymundo Berengario fuit collocata atque marito ſuo dotale regnum attulit, de quo MARIANA (y): *Auguſti die vndecimo, eodem ſalutis anno milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo, Raymundi Barcinonenſis et Petronillae infantis nuptiis pactis, Ramirus rex regni curam et adminiſtrationem abdicat. Oscae in D. Petri ſe abdit tranquillioris vitae ſtudio, retento tantum regio nomine, atque ſi quando vti vellet poteſtate. Qui arces et oppida praeſidiis toto regno obtinebant, iuſſi ſunt in Barcinonenſis verba nouo ſacramento iurare.* Qua ratione vero ille imperauerit, idem tradit MARIANA paullo poſt: *Raymundus Caeſar Auguſtam inuectus inter fauſtas populi voces patrem patriae et pacis ac felicitatis auctorem acclamantis, eius vrbis ac totius reipublicae ſtatum compoſuit tranquil-*

(u) *L. VII. cap. III.*

(x) *Lib. VII. cap. IV.*

(y) *Lib. X. cap. XVI.*

Digitized by Google

quiſitatem fundavit. Licet autem hic Raymundus a regis titulo abſtineret, rerum tamen ſummam tenuit, de quo iterum MARIANA (z): *Quibus rebus Raymundi nomen celebre in tota Hiſpania et apud exteras nationes eſſe coepit. Tametſi ipſe ingenii modeſtia, an quod Aragoniae regnum dotale eſſet, regis nomine per totam vitam abſtinuit, Principem modo Aragoniae ſe nominans eaque appellatione contentus, rerum ſummam bello paceque, ſolus adminiſtrabat. Omnino ex hoc tempore vetera regum Aragoniae inſignia Barcinonenſium Comitum mutata inſignibus ſunt.* Et plenius adhuc L. MARINEVS SICVLVS: (a) *Raimundus Berengarius, Comes Barcinonenſis, quemadmodum ſupra ſcripſimus, ratione matrimonii, propterea quod Petronillam Ramiri regis Aragonum filiam duxit vxorem, Ramiro regi ſuo ſocero in Aragoniae regno ſucceſſit: verum tamen non regis ipſe, ſed Principis Aragoniae nomen aſſumſit. Sic enim Ramirus eius ſocer inſtituerat, vt Raimundus ipſe Berengarius Aragoniae Princeps, et Barcinonae Comes appellaretur: ſucceſſores vero, reges Aragonum, et Barcinonae Comites dicerentur.* Et licet ex eodem et Petronella a. 1152. filius eſſet natus, iſte tamen ad mortem vsque a. 1162. inſecutam, regnum tenuit, idemque per teſtamentum demum filiae reliquit. Sic enim de filii natiuitate MARIANA (b): *Proximo milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo Guidixium quae Boeticae vrbs veteribus Acci fuit. Petronilla Aragoniae Regina filium edidit Raymundum patre ſuperſtite nominatum, Alfonſum eo defuncto. Sub ipſum partum Aprilis die quarto teſtamentum condidit, in quo ventri paternum regnum relinquebat, ſi maſcula proles nata eſſet: ſin foemina, memorabili exemplo Raymundum virum ſubſtituebat haeredem.* De Ramiri vero

(z) *Lib. XI. cap. II.*
(a) *Lib. XI. cap. II.*
(b) *L. XI. c. II.*

Digitized by Google

vero morte ſic ſcribit MARIANA (c): *In eo itinere oppido Sancti Dalmatii in ſubalpinis Italiae Raymundus Aragonius morbo tentatus oppreſſusque eſt, eius menſis die ſexto.* Pergit ille: *Defuncti corpus in patriam delatum in monaſterio Ripoliſi, ut ipſe moriens mandauerat, ſepultum eſt. Oſcae regni conuentus habiti, teſtamentumque Principis recitatum, quod ore tenus nuncuparat. Ex eo Raymundus Alfonſi deſumpto nomine paterni principatus haereditatem adiit.*

§. VII.

Alfonſus VII. Aragoniae rex, duxerat 1106. inuitis tamen regni ordinibus, in matrimonium Vrracam, Alfonſi VI. Caſtellae regis filiam (d). Haec vero, dum defuncto patre a. 1109. hereditario iure ſucceſſit in Caſtellae regnum (e); Alfonſus Aragonius in Caſtellae quoque regno imperauit, prout tradit MARIANA (f), dum ita ſcribit: *His rebus patratis, Alfonſus ſoceri exemplo ſe Hiſpaniae Imperatorem dicit, ſi amplitudinem ditionis conſideres, haud temere, cum regum potentiſſimus euaſiſſet, omnium qui poſt Hiſpaniae cladem extiterunt: imprudenter tamen cum ex alieni iuris diuiſione atque temporario imperio tantos ſpiritus ſumeret. Omnino in Caſtellam rebus domi compoſitis delatus, proximo anno comitate, morum atque benignitate, gentis voluntates promereri ſtudet.* De eodem dicit RODERICVS SANCTIVS (g): *Ferunt hiſtoriae, quosdam familiares Alfonſi ei ſuaſiſſe, vt Vrracam uxorem tantopere impudicam repudiaret. Ad quas ille probe et facete ait illud Marci Antonini Caeſaris. Cum enim uxorem de adulterio ſuſpectam haberet, ſuaderentque plurimi, vt eam re-*

(c) *L. XI. cap. IX.*
(d) *Hiſp. Chronic. ad A. 1111.*
(e) MARIANA *L. X. c. VIII.*
(f) *Idem d. L.*
(g) ROD. SANCTIVS *hiſt. Hiſpan. P. III. c. XXX.*

repudio daret, ille dixiſſe fertur: Si vxorem dimittimus, reddamus et dotem. Dos autem erat imperium. Attamen cum Caſtellanis parum acceptus eſſet Alfonſus, iſti praetexebant, Alfonſi matrimonium cum Vrraca, quae ipſum tertio proximitatis gradu attingeret, eſſe inceſtuoſum, ideoque eiusdem diſſolutionem a papali ſede petebant, qui etiam datis ad Compoſtellanum praeſulem Didacum Gelmirum litteris mandabat, vt vel a tanta praeſumtione deſiſtat, vel eccleſiae conſortio et ſaeculari poteſtate priuetur. Hinc Gallaeci metu depulſo, Henricum Portugallenſem comitem in partes trahunt, Alfonſum puerum Vrracae, ex primo marito Raymundo, Burgundiae comite filium, Compoſtellae regem ſalutant in templo maximo et ſacro oleo inungunt. Gelmirus praeſul caeremoniae antiſtes, Petrus, Travae comes, qui Alfonſi aetatem regebat, omnium conſiliorum auctor. Alfonſus Aragonius, eo nuncio perculſus, repudio facto, reginam Goria dimittit, in eius vrbis arce cuſtodiae rurſus mancipata erat, imperandi tamen dulcedine illectus, dotalem ditionem non deponit. Id iniquum eſſe omnibus videbatur. Vrbium et arcium praefecti, cum iurisiurandi gratiam non faceret, quod in eius verba conceperant, quaſi ſoluti religione, paſſim in reginae poteſtatem concedebant. Alfonſus puer, propenſa omnium ordinum voluntate, Caſtellae rex renunciatus eſt, regnum armis erat recuperandum tricipiti factione, atque ambitione conuulſum. Ex Alfonſi pueri inauguratione, non minor matri quam vitrico dolor erat. Cum eius incrementis ſuum ipſorum caſum implicatum fore, vates minime vani diuinabant. Vrraca filii iracundiam verita, et inter ſuorum odia deſtituta, Legionis ſe arce tenere conſtituit: loci munitione confiſa, in tanta quamuis alienatione prouincialium re-

giam

giam dignitatem tueri poſſe. Verum arcem obſidente filio, pax tandem ea lege facta eſt, vt reditibus, vnde vitam ſuſtentaret deſignatis, regnum ipſa filio cederet: quod populi et procerum eximia voluntate delatum erat (h). Sic igitur: et mater et pater, et hic quidem ob odium, quod ſibi ipſi conflauerat, iſta vero regno hereditario, hic vero regno dotali fuerunt deiecti. Licet Vrraca defuncta vel matrimonio diſſoluto regni ſucceſſionem petere non poſſet, de quo MARIANA: *in Caſtellam, quid iuris habere potuit legitimo haerede ex priori coniugio nato, poſteriori matrimonio vitioſo et legibus repugnantibus inualido?* Notanda quoque hic ſunt verba FRANCISCI TARAPHAE (i): *Alfonſus huius appellationis ſeptimus, rex Arragoniae, mortuo Alfonſo ſexto praetextu vxoris Vrracae Alfonſi filiae Caſtellae, Legionisque regnum obtinuit anno humanae ſalutis 1106. et principatibus regnisque coniunctis, Imperatoris nomine appellari voluit.* LVCIVS MARINEVS (k): *Quoniam Petrus, vt ſupra demonſtrauimus, nullos reliquit filios, ei ſucceſſit frater eius Alfonſus, cui nupſit Vrraca Alfonſi Caſtella regis filia, huius nuptiis et coniugio Caſtellae quoque regnum tenuit, et principatibus regnisque coniunctis Imperatoris nomen accepit.*

§. VIII.

Caſtellae Regnum Sanctius Maior, rex Vaſconum, per Eluiram vxorem obtinuit, de quo RODERICVS SANCTIVS (l): *Hunc propter vxorem Eluiram filiam Comitis Caſtellae aliqui primum regem Caſtellae intitularunt, vt ſupra dictum eſt: alii vero Ferdinandum filium eius propter matrem in Caſtella et Legione primum regem effectualiter dixerunt.* Ve-

(h) Haec omnia verbis plerumque MARIANAE ſcripſi *L. X. c. VIII.*
(i) Ad annum 1106
(k) *De rebus Hiſp. L. VIII. p. 368.*
(l) *Hiſtoria Hiſpan. P. III. c. 25.*

cunque sit Sanctius dici possit propter uxorem primus rex Caſtellae, quia (vt iura volunt) vir coruſcat honore et dignitate vxoris. Sed Ferdinandus filius eius ex ſucceſſione efficacius fuit rex Legionis et Caſtellae. De iure vxorio ibidem, licet paulo aliter, ſcribit IO. VASAEVS (m): *Mortuo Garſia Comite, Sanctius Maior rex Nauarrae, nomine vxoris ſuae Eluirae vel ſecundum alios Maioris, quae Sanctii Comitis filia erat, dominium Caſtellae accepit, ſeque non Caſtellae Comitem ſed Regem ſcripſit. Atque ex eo tempore non Comites, ſed Reges Caſtellae appellati ſunt.*

§. IX.

Henrico I. Caſtellae regi poſtquam 1217. per tegulae caſum fuiſſet extinctus, duae erant ſorores natu maiores, Blanca, quae Ludouico principi iuuentutis in Gallia, Philippi filio nupſerat, et Berengaria, ex Alfonſo Legionenſi rege coniugii tempore quatuor filiorum mater, Ferdinandi, Alfonſi, Conſtantiae et Berengariae. Blancam aetatis praerogatiua ſubleuabat, vt fraterni imperii heres eſſet, legesque Hiſpaniae, ſi iura regnandi leguleiorum modo tabulis continerentur, et non potius ſtudiis populi et principum dexteritate, virtute, feſtinatione, felicitate, quod in praeſenti accidit. Nam maturatis comitiis, Blanca praetermiſſa, procerum et populi conſenſu Berengariae regnum delatum eſt, quod externi imperium exhorrebant, et nouorum motuum materiam, ſi Galliae Hiſpania commiſſa eſſet, ſubtrahendum iudicabant. RODERICVS TOLETANVS Blancam Ludouico Gallo nuptam facit primogenitam, dum ita ſcribit (n): *Cum autem audiſſet regina priores Extremorum Dorii, et de vltra Serram Socobiae conuenire, miſit nuncios qui eis fidelitatis debitum ſuaderent. Cumque viri Extremorum Dorii hoc audiſſent, ve-*

(m) *Hiſp. Chron. ad. A. 1011.*
(n) *De rebus Hiſpanic. L. IX. c. V.*

venire ad reginam nobilem continuo conſenſerunt, et cum ad Vallem Oleti communiter conueniſſent, ibidem tam extremorum Dorii priores, qui pro omnibus venerant, quam etiam magnates et milites Caſtellani communi conſenſu regnum Caſtellae fidelitate debita Reginae nobili obtulerunt. Ipſi enim decedentibus filiis cum eſſet inter filias primogenita, regni ſucceſſio debebatur, et hoc ipſum patris priuilegio probabatur, quod in armario Burgenſis eccleſiae ſeruabatur, et etiam totum regnum, antequam rex haberet filium, his iuramentis et hominio hoc firmarat. Ipſa autem intra fines pudicitiae et modeſtiae ſupra omnes mundi dominas ſe extollens regnum ſibi noluit retinere. Sed extra portam Vallis Oleti educta multitudine extremorum Dorii et Caſtellae, vbi forum agitur, conuenerunt, eo quod tantam multitudinem domorum anguſtiae non ferebat, et ibidem filio regnum tradidit. Infans Fernandus, de quo diximus, omnibus approbantibus ad eccleſiam ſanctae Mariae ducitur, et ibidem ad regni ſalutem ſublimatur, anno aetatis ſuae decimo octauo, clero et populo decantantibus, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Et ibidem omnes ei fecerunt hominium, et fidelitatem regi debitam iurauerunt, et ſic honore regio ad regale palatium eſt reductus.

Legionis regnum (vxorio iure Ferdinandum Caſtellae principem cum Sanctia Veremundi III. ſorore atque herede vnita obtinuiſſe, docet nos IO. MARIANA (o). *Veremundus prole carebat et regni ſucceſſio legibus ad Sanctiam ſororem rediturā putabatur: quod ne ad exterum Principem per eam deuolueretur, ſumma cura prouidebatur. Votum id erat regis et procerum aliorum; [illegible] magni euadunt: vnaque et ea praecipua cauſſa bellandi eſt praua imperii et diuitiarum cupido. Itaque ex vtraque di-*

(o) *Lib. VIII. c. XII.*

tulit, de quo HIERONYMVS BLANCA (x): *Viuente adhuc Alfonſo fratre, Ann. Chriſt. 1419. Blancam Nouarrae reginam, Caroli filiam et heredem, vxorem duxerat eamque fuerat prius Martino Siciliae regi, Martini Aragonum regis filio ad Callarem mortuo, quemadmodum expoſuimus, ſupra. Ex qua filios habuit, Carolum, Blancam, et Eleonoram.* De eodem IO. MARIANA (y): *Ioannes aliquandiu in Sicilia reſtitit, rebus praefectus in Blancae Reginae locum, quem pater regni futurum heredem reuocauit in patriam. Viduae nuptiae certatim a Principibus ambiebantur, Ioannes Aragonius ob eximias virtutes, et ſpem fraterni regni, caeteris praelatus eſt. Dos dicta quadraginta et viginti florenorum millia, cautumque, vt Blanca ante virum defuncta, quamuis ſine prole, ille nihilominus reliquo vitae tempore, regnum Vaſconum poſt ſoceros obtineret.* Mortua Blanca, dum Ioannes pater ad ſecundas nuptias tranſiiſſet, Carolus equidem patrem a Nauarrae gubernaculo repellendum contendebat, patre contrario ad dictum pactum prouocante. Exinde magnae oriebantur contentiones, non niſi cum Caroli morte a. 1461 inſecuta, finitae, de quo HIERONYMVS BLANCA (z): *Etenim Ioannes iſte rex priori hac Blanca Nauarrae regina ipſius Caroli, ſororumque matre, orbatus vxore, cum ſecundam duxiſſet Ioannam, Frederici Almirantis Caſtellae filiam: Carolus patrem a Nauarrae regni gubernaculo repellendum contendebat, quod mater ſibi actionem illam hereditario iure integram reliquiſſet. Pater contra, ſibi ex ſoceri regis inſtituto conceſſum eſſe affirmabat, vt quamdiu Ioannes ipſe viueret, ſolus Nauarrenſis imperij clauum teneret. Ob id itaque vter potius Nauarram adminiſtraret, pater et filius inter ſe contendere coeperunt. Tandem Carolus in ea contentione deceſſit: Barcinonaeque*

(x) *Commentar. Aragon. Rerum p. 703.*
(y) *L. XX. c. X.*
(z) *Rerum Aragon. commentar. p. 703.*

quae obiit A. D. IX. kal. Oct. An. Chriſt. 1461. aetatis ſuae annum agens quadrageſimum. Cuius tempore apud Nauarros illae duae Agramontenſium, et Viamontenſium, quae adhuc in ore vigent, contrariae factiones, quarum altera filii, altera patris vicem ſequebatur, ortum habuerunt.

§. XIV.

Ioanne igitur defuncto, Nauarreni regni proceres iſtud Franciſco Phoebo Foxenſi comiti dictae Blancae abnepoti detulerunt. Iſta enim, vti dictum, tres reliquerat liberos, Carolum ante patrem defunctum, Blancam, Henrico IV. Caſtellae regi matrimonio iunctam, ſed ſterilem atque ab ipſo repudiatam, atque Eleonoram, quae ſola Nauarreni regni heres erat atque Gaſtoni Foxio comiti fuit nupta. Iſte quidem imperandi cupiditate, armis correptis, Nauarrae regnum adpetebat. Miſſis tamen ab vtraque parte legatis de compoſitione agi coeptum. Olim tandem facto foedere poſita arma ſunt. Regium nomen Aragonius retinuit, rerum adminiſtratio Foxenſi et vxori perpetuo eſt commendata. Hic tamen ante ſocerum fuit defunctus, de quo MARIANA (a): *Gaſtò Foxenſis comes res Hiſpaniae attingit, Eleonorae coniugis iure Vaſconum regni haeres futurus, ſi vita longior contigiſſet. In ſaltu is Vaſconum ad Roudam vallem hoc anno 1472. deceſſit, cum ex Gallia iret in Vaſcones. Iohanne A. 1479. defuncto, Aragonii abitu, vt erat neceſſe et vt teſtamento eius cautum erat, diuiſo imperio, Ferdinando Aragonii acceſſerunt, Eleonora princeps materno iure Vaſconum regnum obtinuit, annum iam ſeptimum viduata viro eoque continuis et maximis aerumnis obnoxia* (b). Sed Eleonorae regnum breuiſſimum, ne menſtruum quidem alio-

(a) *L. XXIII. c. XVII.*

(b) Teſte MARIANA *L. XXIV. c. XIX.*

uarrae (m), poſt dicti vero Iohannis mortem Philippus dictus Longus in regno Franciae, Ioanna vero Hutini filia in Nauarrae regno et Campaniae comitatu, prout antea conuentum erat, ſucceſſit, de quo P. DANIEL (n): *Il n'en etoit pas de la couronne de Navarre comme de la couronne de France. La premiere pouvoit tomber en quenouille et ainſi en cas, que la Reine n'accouchat pas d'une Princeſſe, la couronne de Navarre et le comté de Champagne regardoient la Princeſſe Ieanne, qui eſtoit heritiere du Roy ſon pere pour ces deux etats à l'excluſion de Philippe, qui n'eſtoit que frere du feu Roy.*

§. XVI.

Alfonſus III. Luſitaniae rex, Beatricem Alfonſi, Caſtellae regis filiam, ex impari prognatam matrimonio, duxit vxorem, dotis nomine oppida in ea Luſitaniae parte data, qua Anas influit in mare cum paulo ante Mauris erepta Caſtellae armis, ſed iuris cum Luſitanis controuerſi. Quo ex tempore nonnulli putant, reges Luſitaniae ad vetera inſignia arces circum clypei limbum addidiſſe. De Garſia Vaſconum rege MARIANA (o): *Vir inſigni animi magnitudine: qui aduerſus duorum praepotentum regum arma, non tantum imperium nouum tutatus eſt, ſed etiam ditionis fines proferebat. Margaritam Rotronis Perticarum Comitis filiam vxorem habuit: et cum ea dotis nomine Tudelae principatum.*

§. XVII.

Primus Luſitaniae rex Henricus Burgundus, ſiue prout alii Lotharingus, comes, Portum vrbem aliasque, e quibus poſtmodum Portugalliae regnum fuit enatum, vna cum Thereſia filia Alfonſi VI. Caſtellae atque Legionis re-

(m) Extat tractatus apud LEIBNITIVM *Cod. iur. gent. dipl. p. 70.*
(n) *T. II. p. 401.*
(o) *L. XI. c. XVI.*

Digitized by Google

regni dotis nomine accepit, de quo IO. MARIANA (p): *Portugalliae gentem, nomen, regnum, et linguam primi condiderunt Galli Henrico Lotaringo duce: cui Portus vrbs ad Durii oſtium, et vicina oppida ab Alfonſo Caſtellae rege eo nomine Sexto, dotis nomine data ſunt.* Idem dicit RODERICVS SANTIVS (q): *Alfonſus ex quadam concubina genuit Theraſiam, quae nupſit Henrico Comiti Lotaringiae, et dedit eis in ducem partem Galleciae, quae nunc Portugalia vocatur: ex quibus deſcendunt Portugaliae reges.* Exinde ſucceſſionis foemininae poſt Caroli II. Hiſpaniae R. mortem fundamenta ſumebantur (r).

§. XVIII.

Carolus VIII. rex Gallorum cum Anna Britanniae minoris duce hunc ducatum in dotem accepit et a. 1532. Galliae regno inſeruit, de quo BACO de VERVLAMIO (s): *Secuta eſt paulo poſt Nuptiarum Solemnizatio, inter Carolum et Annam Britanniae Duciſſam, cum qua Carolus Ducatum Britanniae, nomine dotis, accepit;* Idem dicit IO. MARIANA (t), qui dum Eleonorae Nauarrae reginae filias recenſeret, addit: *Franciſco Britanniae duci, Margaritha filiam enixa eſt, Annam appellatione, quae dotis nomine paternum principatum in Franciam regiam intulit, Caroli Octaui et Ludouici Duodecimi vxor.*

§. XIX.

Apud Britannos olim muliebre regnum minime erat ignotum, de quo TACITVS (u): *His atque talibus inuicem inſtincti, Voadica generis regii femina duce, neque enim ſexum in imperiis diſcernunt, ſumpſere uniuerſi bellum.* Apud An-

(p) *L. I. c. IV.*
(q) *P. III. c. XXIX. Hiſt. Hiſpan.*
(r) VLRIC. OBRECHTI Excerpta ad A. 1378.
(s) *Hiſtoria Henr. VII. p. 160.*
(t) *De rebus Hiſp. L. XXIV. c. XIX.*
(u) *Vita Agricolae c. XVI.*

Digitized by Google

Anglos in regno Merciae ſucceſſit Edelfleda, de qua Henricus HVNTINDONENSIS (x): *Eduardi regis Anno 18 mortuus eſt Etheled, dominus Merciae, pater Edelfled, qui fuerat diu infirmus et dedit terram ſuam filiae ſuae, quia nullum filium habebat.* Inde feminae in Britanniae regno ſuccedentes maritos ſuos vel regni conſortes vel reginae maritos fecerunt.

§. XX.

Poſt Henrici I. mortem A. 1135. ſucceſſio competebat Mathildi eiusdem filiae, quam tamen ipſi praeripiebat Stephanus Bleſenſis Adelae filius, quae vna erat ex Guilielmi conquaeſtoris filiabus. Hoc tamen cum Mathildis iniuria fuiſſe factum, ſcriptores teſtantur. Priori matrimonio iſta nupta fuerat Henrico V. imp. atque hoc defuncto Godofredo Plantagenetae Andegauenſi comiti. Illi vero poſt mortem Wilhelmi fratres praepropera ſuccedendi ius competiiſſe, docet nos Guilielmus MALMESBVRIENSIS, dum ita loquitur (y): *Anno 27. regni ſui rex Henricus Angliam venit menſe Septembri adducens ſecum filiam ſuam. Primo vero natali conuocato apud Londoniam magno cleri et optimatum numero, uxori ſuae, filiae ducis Louanienſis, quam poſt obitum Mathildis duxerat, comitatum Salopesberiae dedit. Quam videlicet foeminam dolens non concipere, dum et perpetuo ſterilem fore timeret, de ſucceſſore regni merito anxius cogitabat. De qua re antea multum diuque deliberato concilio, tunc in eodem Concilio omnes totius Angliae optimates, Epiſcopos etiam et Abbates ſacramento adegit, et obſtrinxit: vt ſi ipſe ſine haerede maſculo decederet, Mathildem filiam ſuam quondam imperatricem incunctanter et ſine ulla retractione dominam reciperent: praefatus quanto damno patriae fortuna Willielmum filium ſuum ſibi ſurripuiſſet, cui iure regnum competeret: nunc ſupereſſe filiam, cui ſoli legitima de-*

bea-

(x) *Hiſtor. Lib. V. p. 353.*
(y) *Hiſt. nouellae lib. I. ineunte.*

hereditarie ſucceſſiſſe, ab auo, auunculo, et patre regibus et a materno genere multis retro ſeculis. Siquidem ab Egbirtho Weſt-ſaxonum rege, qui primus caeteros inſulae reges expulit, vel ſubegit anno Dominicae incarnationis octingeſimo ſub quatuordecim regibus vsque ad eiuſdem incarnationis annum milleſimum quadrageſimum tertium, quo rex Edwardus, qui apud Weſtmonaſterium iacet, in regnum ſublimatus eſt. Nec vnquam eiuſdem regalis ſanguinis linea defecit, nec in ſucceſſione regni claudicauit. Porro Edwardus illius progeniei vltimus, idemque et praeclariſſimus, proneptem ſuam Margaritam ex fratre Edmundo Irenſide, Malcolmi regis Scottorum nuptiis copulauit: quorum filia Mathildis, huius Imperatricis mater extitit. Iurauerunt ergo cuncti, quicunque in eodem Concilio alicuius videbantur eſſe momenti: primo Willelmus Cantuariae Archiepiſcopus, mox caeteri Epiſcopi, nec minus Abbates. Laicorum primus iurauit Dauid rex Scotiae, eiuſdem imperatricis auunculus: tunc Stephanus Moritonii Comes et Bononiae, nepos Henrici regis, ex ſorore Adala: mox Robertus filius regis, quem ante regnum ſusceperat, et Comitem Gloceſtriae fecerat. Notabile fuit, ut ferunt, certamen inter Robertum et Stephanum, dum aemula laude virtutum inter ſe contenderent, quis eorum prior iuraret: illo priuilegium filii, iſto dignitatem nepotis ſpectante. Ita obſtrictis omnibus fide et ſacramento, tunc quidem a quoque in ſua diſceſſum eſt. poſt Pentecoſten vero miſit rex filiam ſuam in Normanniam, iubens eam per Rotomagenſem Archiepiſcopum deſponſari filio praedicti Fulconis, adoleſcenti magnae nobilitatis, et praedicandi roboris. Nec diſtulit quin ipſe quoque Normanniam nauigaret, eoſque matrimonio coniungeret. Quo facto quodam vaticinio omnes praedicabant, vt poſt mortem eius a ſacramento decederent. Ego Rogerium Saresberienſem Epiſcopum ſaepe audiui dicentem, ſolutum ſe a ſacramento, quod imperatrici fecerat. Eo enim pacto ſe iuraſſe, ne rex praeter conſilium ſuum et caeterorum procerum filiam cuiquam

nuptum

nuptum daret extra regnum eius matrimonii nullum auctorem, nullum fuiſſe conſcium: niſi Robertum comitem Gloceſtriae, et Brianum filium Comitis, et Epiſcopum Lexovienſem.

§. [illegible]

De Henrico VII. antea Richmondiae comite teſtatur hiſtoria, ipſum in Angliae regnum iure vxorio Eliſabethae Eduardi IV. filiae vltimae heredis Eboracenſis ſucceſſiſſe, licet alia iura acceſſerint, de quo BACO DE VERVLAMIO (z): *Euenit, vt in eius perſona tres tituli diuerſi, quibus regnum ſibi vindicare poſſet, concurrerent. Primus erat titulus reginae ſuae Eliſabethae; Cui etiam acceſſerat pactum illud, quo ſe Proceribus, quorum auxiliis regnum adeptus eſt, obſtrinxerat, de nuptiis cum illa contrahendis, quod illum in iure eius regnaturum, haud obſcure ſubinnuebat. Secundus, vetus ille, et tam iure quam Armis diſceptatus Titulus, inter Familias Lancaſtriae et Eboraci. Quarum alteri, Lancaſtriae ſcilicet ipſe ſe pro Haerede gerebat. Poſtremus erat Titulus Gladii et Armorum, quod Victoria ſibi aditum feciſſet, et quod rex, qui in poſſeſſione regni fuit, in pugna fuiſſet occiſus. Horum Titulorum Primus, maxime erat fauorabilis, quique animos ſubditorum ſibi potiſſimum conciliare poſſet; qui per ſpatium viginti duorum Annorum, quibus Edwardus Quartus regnarat, opinionem penitus imbiberant de Iure Roſae Albae ſiue Familiae Eboracenſis; atque in eam ſtirpem, propter benignum et gratioſum eiusdem Edwardi, praecipue poſterioribus vitae ſuae Annis, regimen, propendebant. Attamen obuerſabatur ei ante oculos cogitatio illa, quod ſi huic Titulo inniteretur, precario fere rex futurus fuiſſet, atque Matrimoniali potius Iure, quam vere regio imperaturus; Iure videlicet in Perſona reginae ſuae permanente; quae ſi deceſſiſſet, vel prole relicta, vel ſine Liberis, neceſſe illi fuiſſet regno cedere et in Fortunam priuatam redigi. Et licet magna ſpes ſubeſſet*

quod

(z) *Hiſtoria Henrici VII. p. 9.* Adde LARREY *T. I. p. 34.*

Digitized by Google

quod Comitiorum ſuffragiis, regnum in Perſona ſua, durante Vita ſua, continuare, et ſtabilire poſſet: Attamen reputabat ſecum rex prudentiſſimus, haud parum intereſſe, ſi quis Actorum Ciuilium Auctoritate, in regnum aſcitus eſſet, et ſi quis regnum iure naturali, et iure ſanguinis, obtineret. Neque defuerunt, eo tempore, rumores et ſuſurri ſecreti (qui poſtea vires nacti ſunt validas, et magnas perturbationes pepererunt) quod ſcilicet, duo illi Edwardi Quarti Filii, (aut ſaltem eorum alter) qui in Turri Londinenſi dicebantur eſſe ſublati, reuera Mortui non eſſent, ſed clanculum e Cuſtodia emiſſi, et adhuc viuerent. Quod ſi verum fuiſſet, actum eſſet de Titulo Vxoris ſuae Elizabethae. Ex altera parte, ſi iuri proprio, et in perſona ſua inhaerenti, tanquam Haerede Familiae Lancaſtrenſis, inſiſteret, ſatis ſciebat Titulum illum a Comitiis Parliamentariis, iampridem damnatum fuiſſe, et totius Populi praeiudicio excluſum: Quodque haec res ad Exhaeredationem familiae Eboracenſis, nunc pro indubitatis regni Haeredibus habitae manifeſto tendebat: Animoque prouidebat fore, vt ſi nullos ex Elizabetha Liberos progigneret, in quibus iura vtriusque Familiae coaleſcerent, tunc veteres illae Diſcordiarum et Bellorum inteſtinorum Flammae, et Incendia, iterum redire, et rediuiuae factae per omnia graſſari poſſent. Quatenus verò ad ius Victoriae et Armorum, quamuis Guilielmus Stanleius, poſt Militium in praelio Acclamationes, Coronam (non imperialem illam, ſed quam Ornamenti et Ominis cauſſa, Richardus ſecum in bellum attulerat) tunc forte inter ſpolia repertam, Capiti HENRICI *impoſuiſſet, ac ſi iure Belli regno potitus eſſet; haud tamen oblitus erat, ſe quibus Pactis et Legibus ad Imperium vocatus eſſet; Quodque ſi iure Armorum regnare ſe praedicaſſet, non minus ſuae Factionis Homines, quam alios omnes, in magnos metus coniecturus fuiſſet. Vtpote quod ei poteſtatem feciſſet, Leges, pro libitu ſuo, abrogandi, et de Fortunis ac Opibus omnium ſtatuendi, et caeterarum rerum quae abſoluti ſunt Imperii: Quae*

res ſatis aſperae et odioſae viſae ſunt ipſi Guilielmo Normanno Angliae regi (quem vulgo vocant Conqueſtorem) vt licet Victoris Iura reipſa exercuerit, ad Normannos ſcilicet ſuos remunerandos, verbo tamen abſtinuerit: Neque hoc iure ſe regnum tenere vnquam profeſſus ſit, ſed illum tituli quodam Praetextu velauerit, in Teſtamento, et Deſignatione Edwardi Confeſſoris fundato. Verum rex, pro Animi ſui Magnitudine, Aleam ſtatim iecit; Et incommodis, ſe ex omni parte prodeuntibus recte appenſis, et ſatis gnarus, vetare regnum aut Tituli Suſpenſionem Leges regni non permittere; Siue Amori ergo Familiam ſuam poſt habens; Siue Titulum illum praeoptans, qui ſeſe ſiſteret maxime liberum, et independentem; Quin et Natura, atque Animi Conſtitutione, minime in longum proſpicere ſolitus, ſed veluti Fortunam vt apud ſe per diem mereretur conducere: Titulo Lancaſtriae tanquam Principali vti decreuit; Reliquis autem duobus, (videlicet Nuptiarum et Armorum) pro Adminiculis tantummodo vti: Priore, ad ſecretam Inuidiam leniendam; Poſteriore, ad Murmura et Contradictiones apertas compeſcendas: Minime oblitus, ipſum illum Titulum Lancaſtriae, per tres continuas regum Succeſſiones valuiſſe, atque plane perpetuari potuiſſe, niſi per Iudicii Debilitatem, in Principe poſtremo regnante, defeciſſet. Vnde ipſo Praelii Die, qui fuit Auguſti viceſimus ſecundus, ſuo nomine, nulla facta Vxoris mentione regnum aſſumpſit. In quo conſilio, ad extremum vſque perſtitit, quod multarum ei Seditionum et Turbarum telam quandam texuit.

§. XXIII.

In Poloniae regno Ludouici regis filia Hedwigis ex procerum conſenſu Iagelloni Lithuano Poloniae regnum in dotem attulit, ita tamen, vt vtrique regnarent. De quo MARTINVS CROMERVS et ALEXANDER GVAGNINVS (a): *Poloni itaque Ludouici regis morte audita, conſilium clandeſtinum inierunt, vt Sigismundo relicto, pro haerede regni Ludouici re-*

(a) GVAGNINI *rerum Polon. T. I. p. 105.*

regis filiam ad ſe reciperent: eamque in matrimonium tali principi, qui rempubl. recte gubernaret, ab hoſtibusque vindicaret, locarent. Regina itaque Hungariae, Ludouici relictam, filiam Heduigim in Poloniam miſit, quae honorificentiſſime a Polonis proceribus accepta, ſacro diademate ſolenniter Cracouiae ex more coronata eſt. Pergit ille anno a Chriſto nato 1386. *Iagielo magnus Dux Lituaniae, cuius genealogia in Lituaniae deſcriptione latius patet, cum fratribus ſuis Boriſſo Suidrigielone, et Vitoldo, Cracouiam ſatis ſplendide 12 Februarii venit: vbi ab omnibus ingenti cum laetitia acceptus et in arcem honorifice deductus eſt. Itaque 14. die Februarii, cum fratribus in fide Chriſtiana inſtructus, ſacro baptiſmi fonte abluitur, et Vladislaus appellatur. Eadem die baptiſmo abſoluto matrimonium cum regina Helluigi contraxit, magnumque Ducatum Lituaniae, Samogitiae, Ruſſiae, ſicut promiſerat, regno Poloniae incorporauit, vniuit, diplomatibusque ſe iureiurando confirmauit. Tandem hebdomada elapſa, in regem Poloniae ſolenniter conſtituitur, et ſacro diademate coronatur.* Eadem habet MARTINVS CROMERVS (b): *mox matrimonium cum regina ſolenni ritu contraxit: Lithuaniamque omnem cum Samogitia et ea parte Ruſſiae, quae in ditione eius erat, Poloniae iure ſempiterno adiunxit et in vnum corpus redegit iureiurando interpoſito. Ad haec Vitouidus cum Michaele duce Zaslauienſi et Lubarto, pro ipſo his ipſis de rebus reginae et proceribus Polonis fidem ſuam obſtrinxere et obſidum loco fuere. Quarto autem die poſt, vnctus ab Archiepiſcopo, diadema regium nouum ſuſcepit. Nam vetus in Vngariam a Ludouico aſportatum nondum ad eam diem reportatum erat. Sequenti die in vrbem ſolenni pompa deductus et in foro poſito ſolio collocatus, iusiurandum a Cracouienſibus et aliis oppidanis de more accepit. Lithuani quoque et Ruſſi duces atque proceres, qui tunc aderant, in verba regis et reginae iurarunt.*

 §. XXIV.

(b) *Rerum Polon. L. XIV. ineunte.*

Digitized by Google

§. XXIIII.

De Micislao II. Poloniae rege dicit MARTINVS CROMERVS (c): *Praeclara quidem certe eo praelio Pomeranico virtus atque opera Belae enituit. Itaque generum eum ſibi rex filiae matrimonio adoptauit. Pomeraniam ipſi in dotem dedit.*

§. XXV.

Alia vero eſt ratio regni dotalis, alia reginae mariti. In hanc maritus vel nulla vel exigua gaudet poteſtate nec ſemper regis titulo vtitur: in hoc vero regia dignitas atque poteſtas eſt penes ipſum maritum idemque eſt regni dominus ciuibus. Sic Libuſſa Bohemiae princeps (d) Primislaum maritum ſuum cum procerum conſenſu fecit regem, de quo AENEAS SYLVIVS (e): *Libuſſa autem velut vna ex Sybillis habita, poſt obitum patris, fauente populo pluribus annis prouinciam gubernauit: et priusquam Praga aedificaretur arcem Viſſegradenſem communiuit; fuitque ſuum imperium patribus plebique iuxta gratum. Poſtremo non crudelitate aliqua, non tyrannide aut ſecordia vſa, ſed rectum iudicium faciens, popularem fauorem amiſit. Contendebant coram ea duo ex optimatibus de poſſeſſione agrorum. Sententia ex bono et aequo dicta, potentior humiliori damnatur. Ille tanquam iniuria eſſet potentiorem in iudicio ſuccumbere, populares appellans, indecorum eſſe indignumque ait tantum populum, tot proceres, tantum imperium vnius faeminae ſubeſſe arbitrio. Ad cuius vocem excitata multitudo muliebre regimen accuſare, vicinarum gentium mores in medium adducere virum qui ſibi dominetur expetere. Libuſſa inducto ſilentio, deſiderium ſe populi ani-*

(c) *L. III. exeunte.*

(d) IOANNES ABBAS *in Chronic. Aulae reg. P. II. c. XXIX.* AENEAS SYLVIVS *L. I. fin.*

(e) *Hiſt. Bohem. c. V. VI.* adde DVBRAVIVM *Hiſt. Bohem. L. II. ab initio.*

animaduertiſſa dicit neque ſe illos eo fruſtraturam: imperium ſubditis, non ſibi poſt patris obitum tenuiſſe. Iubet ad Diem poſterum redeant. Obtemperatum eſt, itum atque reuentum. Libuſſa in concione vbi adeſſe multitudinem vidit. Ego vobis, inquit, Bohemi in hanc vsque diem placide molliterque vt mulieribus mos eſt, imperaui nulli quod ſuum eſſet eripui, nullum laeſi: matrem experti eſtis non dominam. Ad vobis meum regimen ingratum, more humani ingenii mecum agitis: nihil diu placet homini: pium iuſtumque principem deſiderant populi magis quam ferunt. Eſtote ergo iudicatu mea liberi: virum qui nobis praeſit quique ſuo arbitratu capita veſtra iudicet ſicut optaſtis dabo. Ite equum meum albicantem ſternite, atque in campos late patentes adducite liberum effrenemque ibi dimittite, ſequentes eum quocumque gerit. Curret equus aliquandiu: denique ante virum ſubſiſtet in menſa ferrea comedentem. Ille mihi coniunxerit, vobis princeps. Gratus ſermo concioni fuit. Emiſſus equus decem millia paſſuum percurrit. Poſtremo ad flumen Bieli ante aratorem conſtitit, nomine Primislaum. Sequuti proceres popularesque, poſtquam ſtantem equum et aratori blandientem adulantemque viderunt, accedentes propius, Salve, inquiunt, bone vir, quem nobis ſuperi dederunt principem. Salue, relinque boues, atque aſcenſo equo nobiſcum venito: Libuſſa te virum, Bohemia ducem poſcit. Agrum colere, gregem paſcere, nauim regere, texere, ſuere, aedificare, multi ſe ignorare fatentur: magiſtratum in vrbibus agere, regem gerere, gentibus ac nationibus imperare, quod eſt difficillimum, nemo ſibi a natura, negatum dicit: et ſi plerique ſine laboris otio ſiue ocii amore oblatis regnis abſtinuere. Primislaus quamuis agreſtis, nuncios benigne excipit, facturumque poſtulata reſpondit, tanta eſt mortalibus regnandi cupido nemo ſe regno indignum putat. Solutos boues (vt fabuloſa eſt omnis antiquitas) eleuatos in aera ferunt, et in altiſſimam praeſciſſa rupis ſpeluncam delituiſſe, nunquam poſtea viſos. Stimulum vero quo boues vrge-

Digitized by Google

gebantur, terrae defixum, mox frondviſſe ac tres corili ramos emiſiſſe: ex quibus duo ſtatim exaruerunt, tertium in arborem eiusdem generis proceram excreuiſſe. Non recipio ad me veri iſtius periculum: apud authores iſta quaerantur. Vidi tamen inter priuilegia regni literas Caroli quarti Romanorum Imperatoris, diui Sigismundi patris, in quibus haec tanquam vera continentur. Villaeque illius incolae in qua haec geſta creduntur, libertate donantur: nec plus tributi pendere jubentur, quam nucum illius arboris exiguam menſuram. Sed nec mihi Carolus fidem facit: nam reges plerumque creduli ſunt, nec quicquam non verum putant, quod generis ſui claritatem aſtruit. Primislaus igitur audita legatione, inuerſo vomere, pane, caſeoque appoſito, viam quaſi grandem facturus cibum ſumpſit. Ea res Bohemorum animos confortauit, menſam ferream, de qua Libuſſa vaticinata fuerat, in vomere cognoſcentes. Stupentes edentem circumſtant, ſaturum equo imponunt iubentque feſtinare. Inter eundum quid ſibi vult ſtimulus frondens, interrogant? et cur duo rami mox aruerunt? Ille qui diuinandi peritiam calleret, treis ſibi liberos noſciturôs ait, ex quibus duo funere immaturo deficiant, tertium nobiles fructus editurum. Quod ſi ager totus exaruiſſet ante vocationem, genus eius maſculinum perpetuo regnaturum fuiſſe, quum ante tempus accerſitus ſit, eam ſpem ademptam. Interrogatus, quosnam calceos, querno robore factos ſecum afferet, ſeruandos in arte Viſſegradenſi reſpondit, oſtendendosque poſteris, vt ſcirent omnes, primum qui principatum inter Bohemos accepiſſet, ex agro fuiſſe vocatum: neque inſoleſcendum eſſe, qui ex humili fortuna ſolium aſcenderint. Seruati calcei diu apud Bohemos religioſe habiti ac per ſacerdotes templi Viſſegradenſis ante reges delati, dum pompa coronationis educitur. Quum Viſſegradum appuliſſet, Primislaus ingenti fauore plebis atque honore exceptus eſt, Libuſſamque ſibi matrimonio iunxit. COSMVS

PRA-

PRAGENSIS (f) Libuſſae Legatos mandata ſua tali modo expoſuiſſe tradit: *Domina noſtra Libuſſa, et plebs vniuerſa mandat, vt cito venias et tibi ac tuis fatale regnum accipias.*

§. XXVI.

Quandoque etiam certi principatus in caſum, ſi maſculi deficerent, in dotem fuerunt promiſſi, prout patet ex contractu dotali Ferdinandum inter Neapolitani regis nepotem, et Iſabellam Ferdinandi filiam, de quo IO. MARIANA (g): *Iisdem diebus omnino quarto Nonas Maii coniugium Ferdinandum inter Neapolitanum, regis nepotem, et Iſabellam Ferdinandi filiam pactum eſt. In cultum puellae ducenta aureorum millia a Neapolitano promiſſa, tantumdem quarta minus parte a patre, ſi alia proles maſcula in ſpem regni eſſet ſuſcepta, alioqui ampliſſimi regni ſpes dos eſſet. Foederis maturandi occaſio praecipua, ingens mutuae pecuniae vis oblata Ferdinando magnum rebus momentum in rarum rerum difficultate.* Idem factum circa matrimonium Friderici, qui Ferdinandi I. de Aragonia regis Neapolitani erat filius, cum Anna, Amadei IX. Ducis Sabaudiae, filia A. 1428 de quo MARIANA (h): *Quo tempore in Gallia ad Laudum in Cadurcis tertio Idus Septembris coniugium eſt inſtitutum per oratores Fridericum inter alterum Neapolitani regis filium, et Annam Amadei Sabaudi Ducis filiam. Nuptae, quoniam ſorore Galli regis erat nata, ab auunculo dos dicta, amplius in Gallia principatus. Dum redderetur, eo usque auri pondus, de quo lis erat, ab Aragonio eſſet repraeſentatum, pignoris loco Ruſcinonenſes et Ceretani.* Qua ratione Theodorus Palaeologus filiae ſuae Violandae Aymoni Sabaudiae comiti nuptae A. 1330. in caſum deficientis ſtirpis maſculae marchionatum Mon-

(f) *L. I. Chron. Bohem. p. 1.*

(g) *Rer. Hiſp. L. XXIV. c. XI.*

(h) *L. c. L. XXIV. c. XVIII.*

Digitized by Google

Montisferratenſem in augmentum dotis promiſerit, docent ipſa verba diplomatis (i): *Item conuenit, et promiſit dictus dominus Marchio praedicto D. Comiti, quod ſi contingeret dictum dominum Marchionem, vel eius liberos maſculos ex legitimo matrimonio procreatos decedere, quoque tempore, abſque liberis maſculis, ex ſuis corporibus, et legitimis matrimoniis procreatis, quod in illo caſu Marchionatus Montisferrati cum ipſius hominibus vaſallis, iuriſdictionibus, meris, mixtis imperiis, et vniuerſaliter cum ipſius iuribus, ſint, et eſſe debeant pleno iure dictae dominae Violandae, et ſucceſſorum ſuorum in augmentum, et ex cauſa dotis dictae D. Violandae, expreſſim hoc pacto appoſito, Quodſi aliquae filiae remanerent et extarent ex dicto domino Marchione et filiis ſuis legitimis matrimoniis procreatis, quod eis prouideatur ſecundum dignitatem Marchionatus per dictam D. Violandam, heredes, et ſucceſſores eius de congrua, et ſufficienti dote, pro matrimoniis copulandis, vel per aliam viam caſtitatis, ſeu religionis ſi ipſas magis eligerent.* Imo etiam Henricus Caſtellae rex filiae ſuae illegitimae Ioannae terras in dotem dedit, prout IO. CARAM. LOBKOWITZ (k) tradit de Petro Luſitaniae rege: *Ex Pulcheria Angnete ſuſcepit tertio Dionyſium de Portugall. Huic nupſit Iohanna filia illegitima Henrici Caſtellae regis, cuius dos Alba de Tornes Eſcalona et Ciſuentes.* Tale etiam eſt pactum matrimonii inter D. Guidonem de Montefort et comitiſſam Bigorrae A. 1216 coram epiſcopis et abbatibus confecti, in quo continetur (l): *Porro ipſa die diſpenſationis, antequam in facie eccleſiae deuenirent, coram nobis praeſcripta comitiſſa conſtituit praedicto nobili, cui nupta erat, totum comitatum Bigorrae, et vicecomitatum de Marzan in*

(i) Apud ANT. FABRVM *conſult. de Marchion. Montiſfer. p. 13.*

(k) *Philippo prudente p. 142.*

(l) MARTENE *theſ. anec T. I. p. 855.*

in dotem, et vniuerſa iura et pertinentias ſuas vbilibet conſtitutas; vt proles quam munere coeleſti ab ipſo ſuscipiet, tanquam legitimus haeres, vel haeredes legitimi eiusdem comitiſſae omnia in integrum iure haereditario poſſideant pleno iure. Item quoque GVIDO, de aſſenſu patris ſui, haereditatem, quam ei pater ſuus aſſignabit, eidem comitiſſae ita contulit, vt proles quam ab ipſo ſuſciperet tamquam legitimus haeres, vel haeredes legitimi eiusdem GVIDONIS, eam in integrum iure haereditario poſſideant pleno iure. Simile exemplum occurrit in pacto matrimonii inter Othonem filium Comitis Burgundiae, et BLANCHAM filiam Comitis Campaniae, de anno 1225. (m) in quo: EGO ODO, *Meraciae dux, comes Burgundiae palatinus, et ego* BEATRIX *vxor eius, notum facimus vniuerſis tam praeſentibus quam futuris, tales conuentiones eſſe inter nos, ex vna parte et nobilem virum* THEOBALDVM, *Campaniae et Briae comitem palatinum ex altera, ſuper maritagio faciendo inter* OTHONEM *filium noſtrum, et* BLANCHAM *filiam ipſius* TH. *Comitis Campaniae. Videlicet quod nos donauimus, et conceſſimus* OTHONI *filio noſtro, quando duxerit in vxorem* BLANCHAM *filiam* TH. *comitis Campaniae, totum comitatum Burgundiae integre, in domaniis, in feodis, et dominiis, ſaluo, quod nos poſſimus dare, noſtro, trecentas libratas terrae in terra plana; et vnam fortem domum, quae non ſit nimium fortis. Illa die, qua celebrabuntur ſponſalia inter dictum* OTHONEM *filium noſtrum et dictam* BLANCHAM *filiam dicti* TH. *comitis Campaniae, idem Otho filius noſter ſaiſietur plenarie de terra ſuperius nominata. Matrimonium vero debet celebrari quando* OTHO *filius noſter habebit quatuordecim annos completos,* TH *vero Comes Campaniae debet adducere* BLANCHAM *filiam ſuam apud Borbonam et eam tradet nobis, vt ibidem ſponſalia celebrentur.* TH. *comes Campaniae dona filiae ſuae quingentas libratas terrae in terra pla-*

(m) Extant apud MARTENE *T. I. p.* 927.

Digitized by Google

plana, et tria millia marcharum argenti. De Iacobo I. Aragoniae rege dicit IO. MARIANA (n): *Iſabella regis Aragonii filia natu minima Philippo Galliae regis maiori filio pacta: et cum ea dotis nomine Carcaſo, et Blaterae patre concedente ad Gallorum ditionem ſubiunctae ſunt.* De eodem dicit BERNARD GOMESIVS (o): *Eo etiam tempore Conſtantia Manfredi regis filia in eandem Prouinciam deuecta fuit et comitantibus Bonifatio Anglano, Montalbani comite, Manfredi auunculo, cum aliis Siculis, et Neapolitanis proceribus, ipſisque Santio, et Forrellia, Montpellerium ingreſſa. Cui Iacobus Princeps patris nomine, dotem dixit, Comitatum Ruscinonenſem cum Ceretania, Confluente, et Vallespitia, ac etiam Beſalunenſi et Brulenſi, Comitatibus: cumque Caldis, et Lagoſtera oppidis; tametſi earundem ditionum donatio, paulo ante a rege facta fuerat eidem Iacobo, qui retenta poſſeſſione, tamen obligata omnia pro dote eſſe voluit.* Illuſtre etiam exemplum extat in pacto matrimonii inter Carolum, regem Aragoniae et Margaretham, filiam Caroli II. regis Siciliae A. 1296. (p) in quo: *quod nos praedictam filiam noſtram dicto Carolo regi Aragonum in vxorem dabimus, mediante diſpenſatione ſedis apoſtolicae iam obtenta, et praefatus dominus rex Franciae procurare tenetur, quod idem Carolus rex Aragonum eamdem filiam noſtram accipiet in vxorem. Item, quod nos dabimus eidem Carolo cum ipſa Margarita comitatus Andegauiae et Cenomaniae, totamque terram quam habemus in Andegauia et Cenomania, et locis inhaerentibus, ſeu vicinis, adiectis pactis et conuentionibus, quae ſequuntur; videlicet quod ſi inter iam dictas partes pacificari contingat, et idem Carolus ius quod habet in Aragoniae Valentiaeque regnis, ac comitatu Barchinoniae, ex deputatione facta auctoritate dictae ſedis quit-*

(n) *L. XIII. c. XI.*
(o) *L. XVI. p. 525.*
(p) Extat apud MARTENE *T. I. p. 1236.*

Digitized by Google

quittauerit, quod ad requiſitionem noſtram, vel heredis noſtri, accedente ad haec conſenſu Romanae Eccleſiae facere, pace interueniente, tenetur, habebit extunc ipſe, et etiam poſteritas poſt eum, ſiue ex dicta nata noſtra, ſiue ex alia coniuge legitima deſcenderit, in propriam hereditatem, tamquam ſi ei a ſuis parentibus obueniſſet, comitatum totamque terram Andegauiae et Cenomaniae, vt eſt dictum: ſi tamen idem Carolus praemoriatur filiae noſtrae, prole non extante de matrimonio eorundem, dicta Marguarita, quamdiu vixerit, totam terram ipſam tenebit: ſed ea de medio ſublata, etiamſi prolem ex alio viro ſuſceperit, praedicti comitatus, ſeu terra cum ſuis pertinentiis libere et integre deuenient ad praedictum dominum regem Franciae, vel heredem ſuum ſimiliter regem Franciae, et ſi proles extans de corpore dicti Caroli deficeret, ad ipſum dominum regem Franciae vel heredem ſuum ſimiliter regem deuenirent. Item, expreſſe conuentum eſt, quod ſi pax huiusmodi non fuerit, procedente matrimonio praedicto, et ipſo Carolo ius ſuum in dictis Aragoniae, Valentiaeque regnis, et Barchinonenſi comitatu retinente, vel illud ſine noſtrae, vel heredis noſtri requiſitione quittauerit, comitatus, ſeu terram Andegauiae et Cenomaniae cum pertinentiis ſuis, vt praedicta nihilominus aſſignabimus ipſi Carolo in maritagium cum dicta filia noſtra, tali conditione appoſita, quod ſi prolem ex dicto matrimonio reliquerit, ipſa proles, ſaluo dictae filiae iure balli, ſecundum locorum conſuetudinem, in ipſis comitatibus, ſeu terris ſuccedat; ſed ipſo Carolo ſine prole ex eodem matrimonio decedente (quod abſit) ſuperuiuente dicta filia noſtra, comitatus Cenomaniae eidem filiae noſtrae ad vitam ſuam remanebit, et comitatus Andegauiae ad nos, vel principalem heredem noſtrum, ſtatim poſt obitum dicti Caroli, libere reuertetur. Verum tamen ſi ipſe comitatus Cenomaniae a dotalitio dominae et matris noſtrae Marguaritae reginae Ieruſalem et Siciliae, nondum fuerit liberatus, habebit ipſa filia noſtra ſuper comitatu Andegauiae tria millia librarum

Andegauenſis monetae, dicto dotalitio ſolummodo durante; eodem vero dotalitio deficiente, ceſſabit perceptio ipſarum trium millium librarum Andegauenſium. Conuentum eſt etiam, vt quocumque modo, ſiue in hereditatem, ſiue in maritagium, dicta terra, ſeu comitatus ipſi Carolo fuerint aſſignati, dicta filia noſtra ſi eidem Carolo, prole de eorum matrimonio extante, ſuperuiuat, iure balli ſecundum locorum conſuetudinem ſibi ſaluo, habebit etiam poſt ballum finitum cum dotalitio illo quod in propria terra dicti Caroli percipit, quod ad tria millia librarum Turonenſium annui reditus per dictas conuentiones eſt ſtatutum: et tenebit atque expectabit, quamdiu ipſa vixerit, totum comitatum Cenomanenſem, de quo nihil alienare poterit, quum ad prolem eorum, ſi extet, vel ad dominum regem Franciae, ſeu ad heredem ſuum regem Franciae, ſi ipſa proles defecerit; pace interueniente, vt dictum eſt, plene et libere cum ſuis pertinentiis deuenient poſt obitum praedictae Marguaritae.

§. XXVII.

De Garſia, Vaſconum rege, ſic ſcribit MARIANA (q): *Vir inſigni animi magnitudine, qui aduerſus duorum praepotentium regum arma, non tantum imperium nouum tutatus eſt, ſed etiam ditionis fines proferebat. Margaritam Rottonis Perticarum Comitis filiam vxorem habuit, et cum ea dotis nomine Tudelae principatum.*

§. XXVIII.

Tale etiam exemplum, dum Ramirus rex Aragoniae filiam ſuam Petronillam Raimundo Berengario Barcinonenſi Comiti in matrimonium daret et cum Aragoniae regno dotaret, tabulae dotales (r) docent: *Ego Ramirus, Sanctii regis filius, rex Aragonenſium, dono tibi Raimundo Comiti Barcinonenſi cum filia mea meum regnum Aragonis ab integro totum, ſic vt diuiſit ipſum Sanctius rex maior, meus pa-*

tris

(q) *L. X. c. XVI.*

(r) Extant apud LVCIVM MARINEVM. *L. VIII. p. 369.*

Digitized by Google

tris mei, et ſicut diuiſi ego cum rege Nauarorum Garſia Ramirez in Pampilona. Excepto illas tenencias, quas dedit Sanctius ſupra dictus, regi Ramiro avo meo in Nauarra. Ex parte de Caſtella, dono tibi de Hariza vsque Ferrera, de Ferrera vsque Tarrazona, de Tarrazona vsque Tutelam villas et caſtella. Tutelam vero acquiſiuit et cepit frater meus rex Alphonſus, et dedit eam Comiti de Perges: pro bonore ipſe autem dedit eam Garſiae Ramirez cum filia ſua. De hoc ſicut melius poteris facere, facias, vel cum eo conuenias. Caeſar augustam vero dedi Imperatori de Caſtella cum ſuis appendiciis in vita ſua tantum, et fecit mihi homenage de ea, vt reddatur mihi vel ſucceſſori meo poſt obitum ſuum. Quicquid enim mihi debebat facere, volo et mando, vt tibi faciat. Hoc ex parte de Caſtella. Ex parte vero de Nauarra dono tibi de ſancta Gratia de Portu quam pater meus Sanctius bonae memoriae dedit ſancto Saluatori ſuo monaſterio, vsque Brocal, cum toto Ronchali, qui eſt honor de Roſca de Broxal, ſicut vadit aqua de Saraſaxa, et cadit in Ita, inde vero ad pontem ſancti Martini. Et de ponte ſancti Martini ſicut currit aqua. De Gallipienzo autem, ſicut currit fluuius Aragonis, et iungit ſe cum Arga, et cadit in Ibero flumine magno. Inde vero ſicut currit Iber vsque iam dictam Tutelam. De Ronchali namque et Alaſves, et Quadreyta et Valterra, ſic dico tibi, quia dedi eas regi Nauarrorum Garſiae Ramirez tantum in vita ſua et fecit mihi homenage, quod poſt obitum ſuum reddatur mihi vel ſucceſſori meo. Quicquid enim mihi debebat facere, volo et mando, vt tibi faciat. Hoc dono tibi et concedo filiis filiorum tuorum, qui fuerint de generatione de mea filia in ſaecula ſaeculorum. Tu vero conuenis mihi in verbo veritatis, et mittis manus tuas inter manus meas, vt non alienes, neque facias alienare regnum iſtud, quod ego dono tibi a generatione filiorum filiae noſtrae. Nec poſt obitum regis Garſiae Ramirez dimittas filio ſua, Rouchal, et Alaſues, et Quadreyta, et Valterra. Et vt in tota vita mea

teneas me ſicut patrem et dominum. Tamen retineo mihi regale dominium ſuper omnes eccleſias regni mei. Super monaſterium ſcilicet ſancti Saluatoris Ligerenſis, cui dono illam meam medietatem de illo oliuare de Anaſcuas, propter enſem quem ibi acceperam, qui fuit de Lopis Ioan. Et ſuper monaſterium ſancti Ioannis de Pinna. Et ſuper monaſterium ſancti Victoriani. Et ſuper omnes eccleſias parochiales et proprie proprium ſuper ſanctum Petrum de Cereſa cum ſuis appendiciis ſeu pertinentis, et Pertuſa et ſancti Vrbix, et ſancta Caecilia. Licet regnum tibi tradam, tamen dignitatem meam non amitto, et caet. Veruntamen non regis ipſe, ſed Principis Aragonii nomen aſſumpſit. Sic enim Ramirus eius ſocer inſtituerat, vt Raimundus Aragoniae Princeps et Barcinoniae Comes appellaretur; ſucceſſores vero reges Aragonum, Barcinonum Comites dicerentur (s):

§. XXIX.

De Ludouico X. dicto Hutino, Gallorum rege, ſic ſcribit P. DANIEL (t): *le Roy pour gagner le Duc de Bourgogne, dont il apprehendoit les intrigues, luy fit epouſer Ieanne de France ſa fille aînée à la quelle il donna en dot le Comté de Bourgogne. Par la Eudes devint poſſeſſeur des deux Bourgognes.*

§. XXX.

Burgundiae comitatus quoque Philippo Longo Philippi IV. Gallorum regis filio in dotem fuit datus, prout ex chartis regis tali ratione tradit RENATVS CHOPPINVS (u) ita ſcribens: *Otho enim Burgundiae Comes Philippo IV. pollicetur, ſe filiam nuptui daturum vni ex regiis Philippi liberis, Sequanarum Comitatu dotatam: cum ea cautione, vt qui ex iis nuptiis naſcerentur liberi, in Comitatum ſuccederent.*

(s) MARINEVS *l. IX. ineunt.*
(t) *Hiſtoire de France T. II. p. 407.*
(u) *De Domaniis R. Fr. L. III. Tit. III. §.*

Digitized by Google

rent. Sin minus, regiae Franciae addiceretur Comitatus Anno 1294. Impleta fides ſponſionis, Longo filia coniunx tradita, ſecundo nato Philippi IV. Ob idque Robertus et Blanca Ottonis liberi, donationem comprobarunt, an. 1314. Iuxta haec, Iana Longi filia et Ianae Sequanae, Comitatum inuexit ad Odonem maritum Burgundiae Ducem. Eo modo ſic confuſus eſt vtriusque dominatus Burgundiae, vt Comitatus, qui Ducum beneficiarius extiterat, in proximam regis clientelam conceſſerit, vna cum Ducatu cui erat adiunctus. Dehinc autem extincto Eudonis Philippo nepote, Ianus rex Philippi agnatus proximus vtramque adiit haereditariam Burgundiam. Patet hoc eo magis ex Ottonis comitis Burgundiae inſtrumento, menſe Martio 1295. deſuper confecto, (x) in quo: *Verum, quoniam reges Franciae, vt frequentius, non conſueuerunt filias ſuas maritare, niſi cum iidem filii cum vxoribus ſuis magnas Baronias et magnos reditus in dotem recipiunt, nos conſiderantes, quod aliter de dicta filia noſtra cum praefato Domino rege cum altero de praedictis duobus primogenitis filiis ſuis huiusmodi ſponſalia, contrahere minime poteramus, totum Comitatum noſtrum, totam Baroniam et terram noſtram, caſtra, poſſeſſiones, homagia, feoda, et omnia iura noſtra perſonalia et realia, vbicumque et in quibuscumque conſiſtant, ex nunc dicto Domino regi, recipienti, legitimo adminiſtratorio nomine filii ſui, futuri mariti praedictae filiae noſtrae, cum eadem filia noſtra damus et irreuocabiliter aſſignamus in dotem. Promittentes eidem Domino regi ſolemniter ſtipulanti dictam filiam nomine ſponſalium huiusmodi, et ob cauſam eorum in domum et poteſtatem ipſius Domini regis ex nunc transducere, et ipſi Domino regi tradere et deliberare ex nunc, totum Comitatum, Baroniam, terram, caſtra, iura, homagia, et feoda praedicta, libera et immunia ab omni obligatione debitorum et ipſum Dominum regem vel mandatum ſuum ex nunc inducere in poſſeſſionem et quaſi*

(x) Extat apud du MONT. *T. I. P. I. p. 291.*

quaſi poſſeſſionem omnium et ſingulorum praedictorum, et facere ex nunc ipſi Domino regi vel alii pro ipſo ad haec recipienda ab ipſo conſtituto praeſtari et fieri, omnia et ſingula homagia ſupradicta. Volentes, quod idem Dominus rex pro oneribus quae pro dicta filia noſtra et futuro eius marito ſuſtinebit, omnium praedictorum ex nunc faciat fructus ſuos. Promiſimus etiam dicto Domino noſtro regi ſolemniter ſtipulandi nomine quo ſupra, in contractu ſponſalium huiusmodi, quod ſi matrimonium inter dictum filium ſuum eligendum ab eo, et dictam filiam noſtram, vt praemittitur celebrandum, diſſolui contigerit, extantibus liberis vno vel pluribus, de ipſo matrimonio dicta filia noſtra ſuperſtite, nihilominus praedicta omnia a nobis data in dotem praedictam penes dictos liberos, et heredes eorum in perpetuum remaneant, ad nos vel dictam filiam noſtram nullo tempore reuerſura.

CAPVT II.

DE DONATIONE PROPTER NVPTIAS ET MORGENGABA.

SECTIO I.

DE MORGENGABA ET DONATIONE PROPTER NVPTIAS EXHIBENS IVRIS PRINCIPIA.

§. I.

Morgengabae definitio et requiſita.

§. II.

Gundlingii definitio improbatur et monſtratur morgengabam ad conciliandum amorem et ſuſtentandam vitam vxori concedi.

§. III.

Viduae debetur morgengaba.

§. IV.

Fruſtra Icti Saxonici duplicem fin-

fingunt morgengabam, quam non niſi promiſſa debeatur.

§. V.

Diuerſimode morgengaba denominatur; et conuenit cum morganatico.

§. VI.

Vnde deſcendat vox morgengaba et quo tempore data morgengaba?

§. VII.

Illa apud pleraſque obtinuit gentes.

§. VIII.

Multa tamen iura morgengabae ex Romanorum inſtitutis ſunt petenda.

§. IX.

Morgengaba an cum dote Germanica ſit vnum idemque, et diuerſa Gundlingii et Ludewigii argumenta recenſentur.

§. X.

Antiquiori tempore quaſdam apud gentes dotem G. et morgengabam vnum idemque fuiſſe monſtratur.

§. XI.

Noſtris temporibus morgengaba a dote ſeu dotalitio differt.

§. XII.

Vxor dominium morgengabae ac liberam de illa diſponendi facultatem accipit, quidue ſibi velit formula Zu Morgengabs-Recht.

§. XIII.

Quod vberius exemplis probatur.

§. XIV.

Quaenam res in morgengabam dari poſſint?

§. XV.

Si pecuniae ſumma data, quomodo ſeruetur.

§. XVI.

Quinam conſtituant morgengabam?

§. XVII.

Morgengabae pecuniariae additur ein Fürſtlich Kleinod.

§. XVIII.

Aliquando morgengaba non ſoluitur, ſed ſolum vſurae ex ſtipul. praeſtantur.

§. XIX.

An ob morgengabam non ſolutam tacita competat hypotheca.

§. XX.

Nulla determinata quantitate promiſſa morgengabam heredes non praeſtant.

§. XXI.

Morgengaba non niſi legitime conſcenſo thalamo ſoluitur.

§. XXII.

Feudum dari nequit in morgengabam.

§. XXIII.

Donatio propter nuptias quid ſit?

§. XXIV.

Donatio propter nuptias apud antiquos Germanos obtinuit, et a ICtis confuſa cum dote Germanica.

Digitized by Google

§. XXV.

Natura don. p. n. illuſtrium exponitur monſtraturque quid ſit dos Germanica.

§. XXVI.

Aſt donatio p. n. illuſtrium multa participauit ex natura d. p. n. Romanorum.

§. XXVII.

Principia don. p. n. prout ex iure Latii et patriae conflata obtinent.

§. XXVIII.

Vxor non accipit dominium don. p. n. ideoque illa ex collectis non praeſtatur.

§. XXIX.

Donatio propter n. non ſoluitur ſed ex praediis reditus loco vſurarum adſignantur.

SECTIO II.
DE
SPONSALITIA LARGITATE ET MORGENGABA.

§. I.

Sponſalitia largitas, quae ſit?

§. II.

Antiquiori tempore vxores coemebantur.

§. III.

Exinde dona quae deſponſatae mariti dari ſolent orta videntur, vt de Germanis antiquis Tacitus teſtatur.

§. IV.

Apud Francos vxores per ſolidum et denarium coemebantur.

§. V.

Coemtio vxorum apud Saxones quoque, Burgundiones et Viſigothos obtinuit.

§. VI.

Inter illuſtres quoque locum habuiſſe teſtatur exemplum Clodouaei.

§. VII.

Potiſſimum donabatur annulus.

§. VIII.

Sponſalitia largitas obſeruatur in contractu matrimoniali inter Philippum Pulchrum G. R. atque Ottonem Burgundiae comitem f.

§. IX.

Item in tabulis matr. Guilielmi, Com. Geneuenſis filii cum Agnete com. Sabaudiae filia.

§. X.

Recentiori aetate exemplum ſponſalitiae largitatis exhibent tabulae inter Ferdinandum Bauariae principem Maximiliani I. electoris filium atque Adelheidam Sabaudiae ducis filiam.

§. XI.

Ab hac ſponſalitia largitate differt morgengaba, donatio propter nuptias, licet ſubinde confundantur.

§. XII.

Digitized by Google

§. XII. et XIII.

Morgengaba quid ſit, exemplis illuſtratur et etymologia notatur.

§. XIV.

Morgengaba diuerſimode in legibus denominatur.

§. XV.

Vocatur etiam morganaticum, donum antelucanum, pretium in mane, augmentum dotis.

§. XVI.

Quaenam inter Morgengabam, ſponſalitiam largitatem, donationem propter nuptias, dotem et dotalitium ſit differentia.

§. XVII.

Apud Francos quaenam fuerit morgengaba Chilperici exempl. illuſtratur.

§. XVIII.

Ab antiquisſimis temporibus origo morgengabae petenda eſt, quod probant leges Alemannorum Burgundionum, Ripuariorum, Longobardorumque, quae eam non ignorant.

§. XIX.

De eius vſu inter Suecos et Saxones.

§. XX.

In Luſitaniae et Hiſpaniae prouinciis imo et in Neapolitano et Siciliae regnis morgengaba, licet ſub aliis occurrit nominibus.

§. XXI.

Quantitas morgengabae interdum legibus definitur, prout in LL. Longobardorum.

§. XXII.

Apud Saxones et Suecos quid obtineat.

§. XXIII.

Bauariae regnorum Caſtellae et Luſitaniae iuribus quae obtineant et quae de morgengaba inter Henricum Seniorem Brunſuicenſem et Vdalricum Wurtebergenſem ſit conuentum, docetur.

§. XXIV.

Morgengaba non niſi promiſſa debetur.

§. XXV.

Morgengaba pleno iure ad uxorem pertinet.

§. XXVI.

Aſt terrae, in morgengabam conceſſae, redeunt ad heredes mariti.

§. XXVII.

Apud reges rariora morgengabae exempla afferuntur tamen Michaelis Poloniae regis tabulae cum Eleonora Auſtriaca factae.

§. XXVIII.

Simile obſeruamus in tabulis Chriſtiani II. R. Danorum cum Eliſabetha Auſtriaca et Vladislai IV. pactis dotalibus cum Ludouica Maria Gonzaga confectis.

§. XXIX.

Aſt frequentiora obſeruamus exempla inter Germaniae principes, qualia duo ex domo Bauarica afferuntur.

§. XXX.

Tria quoque ex domo Saxonica ſiſtuntur exempla.

§. XXXI.

Exempla ſereniſſimae domus Brandeburgicae.

§. XXXII.

Domus Palatinae.

§. XXXIII.

Marchionum Badenſium.

§. XXXIV.

Ex Mecklenburgenſibus notatur morgengaba quam Adolphus Fridericus Iohannae principi Saxo-Gothanae conceſſit.

§. XXXV.

Quae fuerit Ioannis Naſſouii morgengaba data Eliſabethae Haſſiacae.

§. XXXVI.

Antonius Guntherus Schwarzburgicus comes morgengabam millium thaler. dedit Auguſtae Dorotheae Brunſuicenſi ducissae.

§. XXXVII.

Caroli Friderici ducis Munſterbergenſis morgengaba Annae Sophiae Saxonicae data.

§. XXXVIII.

Ex adductis exemplis quantitas morgengabae inter principes conſueta colligitur.

§. XXXIX.

De morgengaba comitum imperii et in ſpecie de illa, quam Magnus comes de Caſtell dedit coniugi Suſannae Iohanni.

§. XL.

Georgius C. Erbacenſis nomine filii Ioannae Comitiſſae de Oettingen morgengabam promittit.

§. XLI.

Quam morgengabam Crato C. Hohenloicus [illegible] dederit Annae coniugi.

§. XLII.

Morgengaba, quam Eua Chriſtina Hohenloica a marito Wolffgango Friderico Hohenloico [illegible] acceperit.

§. XLIII.

Eberhardus C. de Loewenſtein ſponſae Sophiae Ludov. Hohenloicae morgengabam conſtituit.

§. XLIV.

In tabulis dotalibus Henrici Iun. Rutheni Miſnenſis burggrauii atque Annae Pomeranicae viduae Anhaltinae de morgengaba conuenit.

§. XLV.

Hanc quoque promittit Sibyllae Iulianae Schwarzb. Henricus ſenior Ruthenus.

§. XLVI.

De morgengaba, quam Wilhelmus Saynenſis Annae Ottiliae Naſſouicae promiſit.

§. XLVII.

Otto Henricus Schwarzenbergicus ſponſae Catharinae de Freundsberg 1571. morgengabam promiſit.

§. XLVIII.

Poſt nuptias Philippi Solmenſis cum Anna Tecklenburgica quae morgengaba?

§. XLIX.

Morgengaba Annae Koenigſt. C. ac-

accepta a Bodone C. Stolberg.

§. L.

Henricus Truchſes in Waldb. M. ſter. promittit coniugi.

§. LI.

Antonius Lalber. D. Annae Iuliacenſi morgeng. ſecundum domus ſuae conſuetudinem promiſit.

§. LII.

Nonnunquam morgengaba dicitur donatio nuptiale.

§. LIII.

Separatum de morgengaba conficı ſolet inſtrumentum eine Morgengabs-Verſchreibung, quod exemplo ducis Munſterbergenſis Caroli Friderici et

§. LIV.

Wolffgangi Dieterici comitis in Caſtell probatur.

§. LV.

Quid ſignificet formula nach Morgengabs-Recht.

SECTIO III.

DE DONATIONE PROPTER NVPTIAS.

§. I.

Diuerſa ſunt donatio propter nuptias ſponſ. largit. et morgengaba. At interdum confunduntur.

§. II.

Donatio propter nuptias dicitur augmentum dotis, Antipherna, contrados etc. ac confunditur cum dotalitio.

§. III.

D. P. N. in ſecuritatem et compenſationem dotis conſtituitur.

§. IV.

Simile quiddam donationi propter nuptias habuere Galli.

§. V.

D. P. N. apud Romanos frequens inter Maritos non ceſſat.

§. VI.

Plerumque quidem D. P. N. aequalis doti interdum tamen maior conſtituitur ſumma, quod exemplo Azonis VI. M. Ateſtini et

§. VII.

Exemplo Chriſtiani Waldeccenſis comitis probatur.

§. VIII.

P. N. D. in redditibus aſſignatur quod docet exempl. Maximiliani R. ſibi Annam Vladislai filiam pro vno ex nepotibus deſponſantis.

§. IX.

Villas caſtra etc. Petrus Aragoniae R. nomine filii Alphonſi Eleonorae Eduardi A. R. filiae aſſignat in donat. p. n.

§. X.

Eduardus I. A. R. nomine filii Henrici Iſabellae Nauarreiae donat M. Marc. argenti annuis reditus.

§. XI.

Quaenam a Philippo II. A. R. data

Digitized by Google

data ſit donatio p. n. Iſabellae Gallicae.

§. XII.

Quamnam idem dederit Annae Maximil. II. imp. filiae.

§. XIII.

Ludouici Vngariae R. donatio propter nuptias facta Mariae Caroli V. ſorori.

§. XIV.

De donatione p. n. a Michaele Poloniae R. data Eleonorae Ferdin. III. imp. filiae.

§. XV.

Qualem donat. p. n. Chriſtiernus II. Dan. R. adſignauerit Eliſabethae Auſtriacae.

§. XVI.

Leopoldus Auſtriacus Catharinae Sabaudicae dedit donationem pr. n.

§. XVII.

Donatio p. n. in tab. dotal. Alberti Bauariae ducis et Mariae Caroli V. filiae.

§. XVIII.

Maximilianus I. Bauar. elector, quamnam donationem p. n. dederit S. Mariae Annae Auſtr.

§. XIX.

[illegible] filius Ferdinandus I. Adelheidi Sabaudae don. p. n. dati aequalem dedit.

§. XX.

Wilhelmus III. Saxoniae dux Annae Auſtriacae donationem propter nuptias dati aequalem conſtituit.

§. XXI.

Idem fecit Dorotheae Suſannae Palatinae Wilhelmus dux Saxon.

§. XXII.

In tabulis dotalibus Friderici Wilhelmi Sax. Altenb. cum Sophia Wurtenbergica concluſis, quid de don. p. n. ſit conuentum.

§. XXIII.

Qualis fuerit donatio p. n. a Ruperto Sen. comite Palat. Rheni nomine Ruperti Iunioris Caroli R. filiae ſit promiſſa.

§. XXIV.

Rupertus Rom. imp. nomine Ludouici filii Blanchiae Anglicae donat. p. n. IV. millium redituum concedit.

§. XXV.

Quid de ea inter Philippum Ludouicum Palatin. et Annam Iuliacenſem conuenerit, quae etiam occurrunt in tabulis Philippi Badenſis cum Sibylla Iuliacenſi.

§. XXVI.

Wilhelmus Anhaltinus cum Sophia Auguſta Naſſouia de donat. p. n. paciſcitur.

§. XXVII.

De donatione p. n. quam Antonius Guntherus Schwarzb. Auguſtae Doroth. Brunſuicenſ. fecit.

§. XXVIII.

Qualem Carolus Fridericus Munſterbergenſis Annae Sophiae Saxonicae ordinauerit.

§. XXIX.

Digitized by Google

§. XXIX.

Singulare eſt exemplum Ateſtini Hiſpaniſ[illegible] Ponſae Iſabellae loco donationis p. n. donationem inter viuos conſtituens.

§. XXX.

Iacobus Sobieski, princeps R. Polon. coniugi Eliſabethae Palatinae donationem p. n. promittit.

§. XXXI.

De donatione p. n. quam Bonifacius IV. M. Montisfer. dedit Margarethae Sabaudicae.

§. XXXII.

Filius eius Guilielmus IV. Iſabellae Glocestriae locum Chiroſi dedit in donationem p. n.

§. XXXIII.

Guido de Monteforte comitiſſae Bigorriae qualem p. n. donationem dederit.

§. XXXIV.

Quid litterae Roberti Trecenſis Ep. de donat. p. n. Theobaldi comitis Campaniae et Margarethae Borbonicae habeant.

§. XXXV.

Inter comites Fridericus M. coniugi Suſannae conſtituit donationem p. n.

§. XXXVI.

Wernerus Com. de Falkenſtein coniugi Mechtildae Comitiam in Wetterauia dedit tanquam donationem p. n.

§. XXXVII.

Quid de ea definiatur in tabulis Wolfgangi Friderici Hohenlohii et Euae Chriſtinae.

§. XXXVIII.

Inter Henricum ſeu Ruthenum et Sibyllam Iulianam comitiſſam Schwarzburgicam quid conuenerit.

§. XXXVIIII.

Quid Wilhelmus Saynenſis coniugi Annae Ottiliae promiſerit in don. p. n.

§. XL.

Donatio p. n. inter Ottonem Henr. Schwarzenburgicum et Catharinam Freundsbergiam.

§. XLI.

An confirmatio imperatoria, ſi caſtra et arces donabantur ſit adhibita.

§. XLII.

Interdum ius Romanum illuſtres pro norma acceperunt in cauſis donationis p. n.

§. XLIII.

Donatio propter nuptias locum non niſi conſenſu thoro habet.

§. XLIV.

Ex diſpoſitione LL. Gallicarum donationes inter coniuges loco poſt nuptias anno ſunt permiſſae.

Digitized by Google

SECTIO I.

DE MORGENGABA ET DONATIONE PROPTER NVPTIAS EXHIBENS IVRIS PRINCIPIA.

§. I.

Morgengaba eſt donatio a viro, vel nomine eius ab alio, vxori, conſcenſo thalamo, ad firmandum amorem et meliorem vxoris ſuſtentationem facta. Inde morgengaba 1) eſt donatio. 2) fit a viro vel ſaltim eius nomine ab alio 3) fit vxori 4) conſcenſo thalamo 5) ad firmandum amorem et meliorem vxoris ſuſtentationem.

§. II.

In ea quidem NIC. HIER. GVNDLING (y) eſt ſententia, qua morgengabam a marito in ſignum conſcenſi thalami vxori credit traditam, at non eſt, quod illi accedamus, ſi enim in ſolum conſcenſi thalami ſignum morgengaba inuenta, vix eſſet, cur tam magnam pecuniae ſummam, ſolius ſymboli cauſſa in donum maiores noſtri dediſſent matutinum. Apud Longobardos maximam ſaepe opum partem morgengabam conſtituiſſe exinde patet, quod lege opus fuerit (z) qua caueretur, ne vltra quartam bonorum ſubſtantiam morgengaba daretur. Imo non deſunt exempla, quibus omnia bona (a) in morgengabam conceſſa legimus. Quisnam vero omnem bonorum ſubſtantiam vel maximam eorum partem ſolius ſymboli cauſa

(y) *Diſſ. de emtione vxorum, dote et morgengaba C. III.*

(z) *Leges Luitprandi l. II. C. I.*

(a) *Sic* IVSTVS FONTANINVS *vindic. veter. diplom.* chartam exhibet, qua Fulco ſponſae ſuae Gerlint dedit omnia bona et quicquid ad dominatum ſuum pertinere queat. vide infr. § *XIV.*

Digitized by Google

ſa datam et in alterius dominium tranſlatam ſibi perſuadebit. Nobis potius exinde patere videtur, quod morgengaba ad firmandum magis amorem, et meliorem vitae ſuſtentationem nouae data ſit coniugi. Inde quoque in litteris dotalibus plerumque coniunguntur: *Bemorgengaben und verſorgen wollen.* Sic Albertus Fridericus, Boruſſiae dux, Mariae Eleonorae Cliuenſi promittit, (b) *Daſs wir Albrecht Friedrich dieſelbe unſer zukünftig Gemahl Fräul.* Maria Lenora *nach Fürſtl. Herkommen - - bemorgengaben und verſorgen wollen.* Simili modo Fridericus Saxoniae electoralis princeps Sibyllae Cliuenſi promittit: (c) *Daſs wir Iohannes Churfürſt, durch unſern Sohn dieſelbige ſeiner Lbd. Gemahl - - - bemorgengaben und verſorgen wollen.* Itidem ratione morgengabae inter Antonium Lotharingiae ducem et Annam Iuliacenſem conuenit (§ 54.): *Wir Herzog Antoni Dieſelbe Sr. Lbde Gemahl - - bemorgengaben und verſorgen wollen.* Sic quoque *bemorgengaben und bewiddenen* pro ſynonymis haberi, ideoque coniungi ſolent, vt in tabulis dotalibus inter Iohannem Naſſouium et Eliſabetham Haſſiacam conuenit (d): *Der benant Iohann Grave zu Naſſau - - ſol auch die vorgenant Eliſabetha unſer liebe Tochter bewiddemen und bemorgengaben mit 800. Gülden Morgengabe.*

§. III.

Alii morgengabam definiunt, quod ſit donum matutinale a nouo marito illuſtri coniugi nouiter nuptae, in catena, iocalibus aut ſimili re pretioſa, adiecta certa pecuniae ſumma, poſt primum concubitum in virginitatis ereptae ſolutaeque zonae virgineae vel etiam pudicitiae con-

(b) *Sect. II. §. XXXIV.*
(c) *Sect. II. §. XXXIII.*
(d) *Sect. II. §. XXXVIII.*

Digitized by Google

coniugalis praemium et propter officium ea nocte praeſtitum, collatum (e). Hi rationem morgengabae conſtituendae hanc adſignant; quod, cum viri maxime expetant, vt ſponſae virginitatem ſibi adferant illibatam, inconueniens haud eſſe, nec iniquum, vt pro erepta lecti ſodalitia virginitate nouae nuptae munus quoddam tradatur, vt quodammodo compenſatio fiat et praemium adſit defloratae puellae, quae virginitate nil maius habet aut pretioſius, ideoque doctores morgengabam vocant operae nocturnae pretium (f). Aſt haecce minus placet ratio GVNDLINGIO (g), de LVDEWIG (h) doctiſſimo ENGAVIO (i) aliisque, quibus et nos accedimus. Dum enim morgengaba ad conciliandum amorem et vxoris commodiorem detur ſuſtentationem, (§. 2.) vtraque vero ratio etiam viduae poſſit applicari; morgengaba non virgini ſolum tanquam virginitatis pretium, ſed quoque viduae offertur, prout exempla probant. Sic Rainaldus Gedriae comes Mariae Harcurtiae viduae morgengabam dediſſe Pontanus docet (k). Henricus iunior Ruthenus Miſnenſis Burggrauius Annae Pommeranicae, viduae Anhaltinae, A. 1566. morgengabam dedit (l).

§. IV.

(e) MYLERI *Gamologia C. XV. §. VI.*

(f) COVARRVVIAS *de ſponſal. et matrim. P. II. C. III. §. 7. n. 12.* COLER I. *Semeſtr. c. XXXII.* HARTM. PISTORIS *l. I. qu. 44.*

(g) *Diſſert. de emtione vxorum C. IV. §. XXVI.*

(h) *Diſſ. de differ. I. R. et G. in dote mariti etc. §. XII. p. 10.*

(i) *Elem. iur. German. l. I. §. CCCLXVII.*

(k) *Hiſt. Gelr. l. VIII. p. 363.*

(l) Vide AVTOREM *Sect. II. §. XLIV.*

Digitized by Google

§. IV.

Plerique ex Saxonum ICtis (m) duplicem ſibi fingunt morgengabam, *legalem* nempe et *conuentionalem.* Per *conuentionalem* intelligunt illud munus, quod ſponſus ſponſae poſt primam noctem offerre ſolet, hancque in rem afferunt textum iuris prouincialis: (n) *Nun vernehmet, was ein jeglicher Mann von Ritters-Art, mög ſeinen Weib zur Morgengab geben, des Morgens als er mit ihr zu Tiſche gehet vor Eſſens ohne der Erben Urlaub. Er mag ihr geben einen Knecht oder Magd, die bey ihren Iahren ſeynd, gezeunet, Zimmer und Feld geng Viehe.* Legalem vero morgengabam hiſce iuris prouincialis verbis contineri credunt: (o) *Nachdem Heer Gewet ſoll das Weib nemen ihre Morgengabe. Da gehören zu alle Feld Pferde, Rinder, Ziegen und Schweine, die vor den Hirten gehen, und gezeunet Zimmer* (p) Inter vtramque, legalem nempe et conuentionalem morgengabam, hancce ſtatuunt differentiam, quod illa absque conuentione ex ſola legis diſpoſitione, haec vero non niſi conuentione interueniente debeatur. Deinde quod illa defuncto demum marito, haec vero ſtatim in vxoris transeat dominium. Aſt ſi ipſa curatius intuemur iuris Saxonici prouincialis loca, hancce minime fundatam obſeruabimus diſtinctionem. Vtraque enim conuentionalem loquuntur morgengabam, et praeſertim textus: *Nach dem Heer Gewet ſol das Weib nehmen ihre Morgengab*, ea ſub conditione eſt intelligendus, quatenus conuentione talis ſit conſtituta. Sicuti et in vtroque

 tex-

(m) MOLLER *conſtit. Elector. P. III. c. XXXIII. n. 7.* BARTH. *von der Gerade C. VI. n. 3. § 3.*

(n) *L. I. Art. XX. pr. gloſſa zum Lehn-Recht c. XXXI. gl. in Weichbild Art. 22. pr.*

(o) *L. I. Art. 24. ibique gl.*

(p) *De interpretatione horum textuum non conueniunt ICti.*

Digitized by Google

textu eaedem recenſentur ſpecies et in priori res, quae morgengaba dari queunt, determinantur; poſteriori vero, quo ordine in morgengabam, conuentione definitam, ſuccedatur, eſt conſtitutum. Si demum poſterior textus de legali intelligendus eſſet morgengaba, fruſtranea foret diſpoſitio prioris, quo non diuerſae, ſed eaedem res conuentione in morgengabam dari permittuntur, quae iam legali inſunt dono matutino.

§. V.

Diuerſimode autem morgengabam et nominari et ſcribi, obſeruauit autor (q). Quibus addimus, illam quoque matutiuale donum, (r) et donationem propter nuptias (s) appellari et interdum cum ſponſalitia largitate confundi (t). Ceterum a morgengaba deſcendere morganaticum obſeruat GVNDLING, (u) idque ex Leopoldi Auſtriaci, quem ambitioſum appellitauerunt, pacto dotali, cum Catharina Sabaudica A. 1310. inito, probatur, ibi enim: *Praeterea ſaepe dictae Catharinae Morganaticum adſignare debemus ad noſtrum arbitrium et prout nobis videbitur, de quo morganatico ordinare et diſponere poterit.* Inde quoque matrimonia morganatica illa ſunt, quibus coniux nec dignitatem mariti nec dotalitium, ſed ſolam morgengabam accipit, vt exinde vitam cum liberis ſuſtentet.

§. VI.

(q) *Sect. II. §. XIII. XIV. XV.*

(r) *Sect. II. §.*

(s) *Sect. II. §. 31.*

(t) *Sect. II. §. 10.*

(u) *Noua bibliotheca P. XVIII. et in diſſert. de emtione vxorum Cap. III. §. 13. p. 69. contrarium tamen variis defendit argumentis* PFEFFINGER *ad Vitrarium L. III. et XVII. p. 312.*

Digitized by Google

§. VI.

Dicitur morgengaba a Germanico *Morgen* et *Gabe*, quia dabatur peracto concubitu mane, antequam iterum menſae accederent conuiuae (x). Confirmat haec EPKO (y); *Nun vernehmet was ein jeglicher Mann von Ritters-Art mag ſeinem Weib zu Morgengab geben, des Morgens als er mit ihr zu Tiſche gehet vor Eſſen.* Inde in charta Fulconis dicitur (z), *pretium in mane quando ſurrexit de lecto.* Vocatur quoque *donum matutinale* (a). Dabatur vero morgengaba altera nuptiarum die, a ſponſo, qui ſero e lecto egreſſus, mox ad maiorum noſtrorum delicias, pocula nempe et cibos acceſſurus, amicis parentibusque praeſentibus, nouae vxori matutinale offerebat donum (b). Inde errant, qui putant, datam eſſe morgengabam vel ante nuptias, vel ſaltim prima nuptiarum die. Cum tamen morgengaba ad meliorem vxoris ſuſtentationem dari ſoleat; facile patet, illam quoque poſt nuptias adhuc conſtitui poſſe peractas.

§. VII.

Moribus vero apud pleraſque gentes fuit receptum, vt peracto concubitu altera nuptiarum die maritus vxori quaedam offerret dona. De Hebraeis ex Seldeno GVNDLINGIVS (c): *Ipſi Ebraei poſteaquam velamen detraxiſſent nouae nuptae, quod ſubiectionis ſuetum ſignum erat, eaque conſpiciendam ſe viro amicisque praebuiſſet, thalami conſors facta,* mu-

(x) Errant qui etymologiam huius vocis ducunt a *margine, marca, agrorum iugeribus, Acker-Morgen,* quaſi huius doni conuentio in publicis fieri debuiſſet campis de COCCEII *de D. Morgan. Sect II. §. 89.*

(y) *Iur. prou. Sax. Lib. I. c. 20.*

(z) *Sect. II. § 15.*

(a) *Sect. II. §. 12.*

(b) Quod patet ex charta *Sect. II. §. 13.* adducta.

(c) *Diſſ. de empt. vxorum Cap. III. §. IV.*

Digitized by Google

munera ei ferebant, inque primis nouus maritus id agebat, ut quod ei dotis libello pollicitus, quodammodo effectu daret. Apud Graecos habemus, quae huc faciunt, ἀνακαλυπτήρια, ἐπαύλια, θεωρήτρα, ὀπτήρια, de quibus SCIPIO GENTILIS (d): Analogon quoddam morgengabae apud Romanos obtinuiſſe colligi poteſt ex APVLEIO (e), qui ait: *Quod Vulcanus Veneri currum dono dederit, pro munere nuptiali poſt primum amplexum maritalem. Sic etiam caritas ſponſus in primi complexus ſeu noctis remunerationem ac pudicitiae et virginitatis interfectae mane munuſcula quaedam offerebat.* Inde IVVENALIS (f):

nec illud
Quod prima nocte datur, cum lance beata
Dacicus et ſumpto radiat, Germanicus auro

Deſcribitur igitur donum, quod dabatur a Carito nouae nuptae pro prima nocte et quidem aurea et argentea vaſa vel auro ornata, quibus imperatorum imagines erant inſcriptae, veluti Domitiani et Traiani, qui Dacicus fuit dictus et Germanicus (g). Huc facere videntur notiſſima Sophaniſtae verba, quae dum Muſiniſſae, Numidiae rege viuo adhuc Syphace nupſiſſet; iſte vero ipſi ne in Romanorum manus veniret, venenum miſiſſet, nuntio reſpondit (h): *Accipe nuptiale munus, nec ingratum ſi nihil maius vir vxori praeſtare poterit. Hoc tamen nuntia melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem.* Similitudinem morgengabae habent quoque Romanorum RE-

PO-

(d) *L. II. de donat. inter V. et V. c. 23. p. 237.* GVNDLING. *diſſ. C. III. §. 5. 6. ſeqq.*

(e) *Variorum l. VI.*

(f) *Satyr. VI. v. 203.*

(g) PAVLVS CYPRAEVS *de nuptiis c. XIII. f. 507.* SCIPIO GENTILIS *de donat. inter V. et V. l. I. c. I l. II. c. 25.*

(h) Apud LIVIVM *L. XXX. c. XV.*

Digitized by Google

POTIA, quibus poſtridie nuptiarum apud nouum coenabatur maritum ſimulque dona ſponſae a patre mariti aliisque propinquis adferebantur, de quibus HOTTOMANNVS (i) et BRISSONIVS (k) habent plura.

§. VIII.

Licet autem quoddam morgengabae analogon apud Romanos obſeruemus, minime tamen iura, quae circa Germanorum obtinent morgengabam, ex iure Romanorum ſunt petenda. Illa enim ſingularem propriamque habet naturam, non ex peregrinis legibus ſed potius iuris patrii principiis explicandam. Interim tamen haud deſunt, qui, ſicuti nil rectum penſumque habent niſi quod in Romanorum iure legerunt, ita quoque morgengabae iura ex Iuſtinianeo repetenda corpore ſibi perſuadent (l). Quidam morgengabam et propter nuptias donationem vnum idemque eſſe tradunt, quaeue de donatione propter nuptias in iure Romano occurrunt, morgengabae adplicant. Alii differentiam quidem donationis p. n. et morgengabae ſatis perſpiciunt, aſt neſciunt, quomodo iure ſubſiſtere poſſint matutina haecce dona, quippe quae tanquam donationes inter V. et V. nullius valoris eſſe putant, illa tamen cum vſu valere obſeruant, ad legem 40. D. *de donat inter V. et V.* confugiunt, et ex ea morgengabae valorem repetentes, illam inſtar donationis, quae fit honoris cauſa, ſubſiſtere credunt. (m) Quemadmodum vero fruſtraneus ſit labor in Latio quaerere, quae ſolis Germanorum introductae ſunt moribus patriisque

(i) *De ritu nuptiarum c. XIV. p. 277.*

(k) *De ritu nuptiarum fine p. 95.*

(l) MYNSINGER *reſp. 43. n. 24. dec. 8.* RVDINGER *L. III. obſ. 67.*

(m) PISTORIS *L. I. qu. 44.*

Digitized by Google

quae iam ſatis determinata legibus; ita quoque operam perderemus, ſi cum Romaniſtis hic anxie ſimus ſolliciti, an morgengaba cum donatione propter nuptias conueniat, aut potius tanquam donatio honoris cauſa facta valeat.

§. IX.

Morgengaba et dos illa Germanica, quae ſucceſſu temporis dotalitii nomine venit, in eo conueniunt, quod dentur a marito vxori ad meliorem vitae ſuſtentationem. Inde iureconſulti quidam in eam inciderunt ſententiam, qua morgengabam fuiſſe illam Germanorum dotem a Tacito deſcriptam ſibi perſuadent. Eam ſane defendit B. de LVDEWIG (n), cui tamen acriter contradicere contrariamque ſtabilire opinionem conatur NIC. HIER. GVNDLING. (o) Argumenta GVNDLINGII haec ſunt: primo GREGORIVM TVRONENSEM (p), cui tanquam ſcriptori illius aetatis magis quam ceteris fidendum, de Chilperici R. Sueſſionenſis et Gaileſwindae nuptiis verba facientem dotem et matutinale donum curate diſtinguere. Deinde conſimilem diſtinctionem dotis et morgengabae in lege *Ripuaria* Dagoberti occurrere. (q) Imo *Longobardos* diſtinxiſſe dotem et morgengabam ex charta, quam *Baluzius in appendice actorum veterum* Agobardo ſubiunxerit, probari, *Alemannorum* quoque tam antiquas (r) quam recentiores (s) leges diſtinxiſſe dotem et morgengabam, cum his

(n) *Diſſ. de diff. iur. Rom. et Germ. in dote mariti, morgengaba et dotalitio diff. I. §. 5. p. 7.*

(o) *De emptione vxorum c. III. §. 16.*

(p) *L. IX. c. XX. coll. cum L. IV. c. XXVIII. addatur autor noſter §. 17.*

(q) *C. XXVII. n. 1. 2.*

(r) *Tit. XIV. l. I. II. lex. Alem.*

(s) *Specul. Suev. l. I. c. 296.*

Digitized by Google

his vero ius conſpirare Saxonicum (t), quippe quo dos et dotalitium hodiernum plane diuerſa haberentur. Tandem et effectus longe alios eſſe morgengabae ac dotis, dum huius ius a momento demum mortis mariti, illius vero ſtatim a conſcenſo incipiat thalamo. Contra haec argumenta B. de LVDEWIG hiſce vtitur (u): Primo prouocat ad chartam A. 1048. conceptam, qua dotem et morgengabam pro vno eodemque haberi tradit. (x) Deinde ſuae conuenire ſententiae glosſaria, glosſarium Saxonicum Aelrici, morgengibam per dotem interpretari. Papiam in ſuo vocabulario: Morgincap eſt quarta bonorum pars in L. Longobardorum. Libellum morgengabae eſſe libellum dotis, vti ex tabulario Caſauinenſi deſcripſerit GALLANDVS de *franco allodio p. 323.* et BALVZIVS *in appendice ad capit.* Adducit porro leges Ca-

(t) *L. I. art. 21. iur. prouinc. aſt diſtinctius L. III. art. 15. iur. feud.*

(u) *In differentiis iur. Rom. et Germ. in dote mariti.*

(x) Ex LVCAE ACHERII *ſpicileg. T. XII. n. 36. p. 155. ad A. 1048. Ego Vdebrandus Longobardus per hoc ſcriptum* MORGINCAP *dono et trado tibi,* INGAE, *dilectae coniugi meae, integram* QVARTAM MEAM *portionem de omnibus rebus proprietatis meae et de mobilia mea, quantum modo habeo, et in antea conquirere potuero infra territorium Pinnenſe, de caſis et caſarmis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, cum ripis, aquis, et riuis aquarum, cultis et incultis etc.* SECVNDVM RITVM GENTIS NOSTRAE LONGOBARDORVM. *Et hanc paginam ante parentes et amicos noſtros oſtendas, et ſcriptum, a teſtibus roboratum. Vt dicant: quia, ecce,* quod CONIVGI MEAE MORGINCAP *dedi, et in futurum pro hac cauſa percurrat. Quam vero, a ſupra ſcripto rogatus, ſcripſi ego* ATO, *notarius et iudex ab incarnatione* Dn. IESV CHRIST A. 1048. *indict. I.* actum in Pinno feliciter. PETRVS et IOANNES *teſtes.*

Canuti Angliae R. (y). Legem Burgund. (z). Legem Alemann. (a). Legem Ripuariorum (b), leges Longobard. (c). Locum GREGORII *Turonenſis*, a Gundlingio adductum, intelligendum putat de dote, ab vxore marito allata. Speculum Saxonicum et Sueuicum ſic interpretatur, vt ſub morgengaba intelligat dotem, absque reſpectu dotis muliebris ad ſuſtinendam mortuo marito vitam vxori, conſtitutam, *Leibgeding* vero putat, dotem eſſe reſpectu dotis muliebris conſtitutam.

§. X.

In diſſenſu tantorum virorum noſtra afferre dubitaremus, niſi in ſcientiarum regno liberum cuilibet et ſentiendi et ſuffragandi ius ſit. Nobis igitur antiquiora a recentioribus temporibus ſeiungenda videntur. Antiquiori tempore quasdam apud gentes morgengabam et dotem Germanicam vnum idemque fuiſſe, vix poteſt negari. Clare de eo teſtantur Longobardorum inſtituta. Apud hos enim maxima ſaepe bonorum pars in morgengabam dabatur. Inde legibus effrenae donandi licentiae certi ponendi fuerunt limites (d), cauendumque, ne cui vltra quartam bonorum partem in morgengabam tradere ius ſit. Quidquod exempla extant, quae probant omnem interdum bonorum ſubſtantiam in morgen-

(y) Apud IO. BROMTON *in chron. p. 930.* ibi: *ſi vidua intra vnius anni ſpatium ſecundo marito ſe ligauerit, perdat morgagifam (morgengabam) ſuam et omnem pecuniam, quam ex priori marito habuit.*

(z) *Lex XLII.*

(a) *Lib. LVI.*

(b) *L. XXXVII. §. 2.*

(c) *L. I. tit. 9. §. 12. L. II. tit. 1. §. 4. et 8. tit. 4. §. 1. tit. 12. §. 1. tit. 14. §. 15.*

(d) *Leges Longob. Luitprandi L. II. c. I.*

Digitized by Google

gengabam eſſe conceſſam (e). Quomodo autem fieri potuit, vt vel omnibus bonis vel ſaltim maxima eorum parte in morgengabam data, marito adhuc aliquid ſuperfuerit, quod in dotem vxori dare potuiſſet? Hinc morgengabam ſimul dotem continuiſſe maritalem neceſſe eſt. Deinde dotis quantitatem aut morgengabam exceſſiſſe, aut morgengabae quantitatem illa dotis maiorem fuiſſe tibi fingis. Prius fieri haud potuit. Longobardi enim, qui vel omnem vel maximam bonorum partem in morgengabam dederunt, dotem morgengaba maiorem conſtituere haud potuerunt. Poſterius vix locum habere potuit, dum dos ad ſuſtentationem vitae, morgengaba vero ad conciliandum amorem, in ſymbolum contracti matrimonii, ex ſententia Gundlingii ſit data, maius vero fuiſſe donum ſymboli ſolum cauſa datum, illo, quod vxori ad commodiorem vitae ſuſtentationem oblatum, vix ſibi quidam perſuaderi patietur. Simile lege obtinet Ripuaria (f), Gundlingio (g) licet contrarium defendente: Verba legis haec ſunt: *ſi qui mulierem deſponſarit, quicquid ei per tabularum ſeu chartarum inſtrumenta conſcripſerit, perpetualiter inconuulſum permaneat. Si autem per ſeriem ſcripturarum ei nihil contulerit, ſi virum ſuperuixerit, quinquaginta ſolidorum in dotem recipiat et tertiam partem de omni re quam ſimul conlaberauerant, ſibi ſtudeat euindicare, vel quicquid ei in morgengabam traditum fuerit, ſimiliter faciat.* Diſtinguunt legis verba dotem conuentionalem ſeu morgengabam, et legalem De hac dicunt, ſi vxor virum ſuperuixerit (nulla per conuentionem dote determinata) quinquaginta ſolidos in dotem recipiat et tertiam partem de omni re quam ſimul conlaberauerint, ſibi ſtudeat euindicare, de illa vero

 con-

(e) Quo ſpectat exemplum Falconis *Sect. II.* §. *XV.* adductum.
(f) *C XXXVII. n. 12.*
(g) *Diſſ. de empt. vxor. C. III.* §. *18.*

Digitized by Google

conuentionali nempe dote ſeu morgengaba dixit, vel quicquid ei in morgengabam fuerit, ſimiliter faciat. Porro quoque IO. OTTO STIERNHOECK (h) obſeruat: Suecos morgengabam et dotem pro vno eodemque habuiſſe. Ex quibus forſan clarum eſt, Germanos MORGINGEBA nominaſſe, quod Tacitus latine ſcribens dotem dixit. Aſt apud alias gentes dos a morgengaba fuit diſtincta, prout in lege Alemannorum videmus (i): *ſi autem proximus mari viri defuncti contradicere ipſam dotem illi mulieri voluerit quod lex non eſt, illa ſequatur cum ſacramento, cum nominatis quinque aut cum ſpata tracta pugna duorum. Si autem ipſa femina dixerit, maritus meus dedit mihi* MORGANGEBA, *computet, quantum valet, aut in auro aut in argento aut in mancipiis aut in equo pecuniam duodecim ſolidos valentem.*

§. XI.

Recentiori tempore inter illuſtres praeſertim, dos illa Germanica ſeu hodiernum dotalitium a morgengaba omnino ſe diſtinguit. Quae enim vxori a marito ad commodiorem vitae ſuſtentationem conceduntur, illa aut in proprietatem, aut ſolum in vſumfructum vel ſtatim vel in euentum mortis mariti vxori traduntur. Priori caſu morgengaba; poſteriori dos ſeu dotalitium enaſcitur. (k). Orta vero haec diſtinctio exinde; quod antiquiori tempore raro vxori aliquid in proprietatem traderetur. Maritus enim nec feuda nec allodia auita inuitis heredibus alienandi ius habebat, et dum allodia adquiſita parui eſſent momenti, vix aliquid ſupererat, quod vxori ad commodiorem eius ſuſtentationem in dominium concedere potuerit. Poſtquam vero liberior de allodiis diſponendi facultas cum iure Romano introduceretur, ſicque do-

(h) *De iure Sueconum et Gothorum L. II. c. 1. p. 184.*
(i) *L LVI. n. 1. 2.*
(k) Ill. BOEHMER. *de ſecundis nuptiis illuſtr. perſon. c. 4. §. 8.*

Digitized by Google

doria vxori in proprietatem data alicuius momenti eſſe cepiſſent, bona in vſumfructum ſolum vxori relicta, ab iis, quae in proprietatem tradita, diſtingui ceperunt, quorum haec morgengaba, illa vero dotis ſeu dotalitii nomen obtinuit.

§. XII.

Res, in morgengabam vxori data, tranſit in eius proprietatem (§. XI.). Vxori proinde libera de morgengaba tam inter viuos quam mortis cauſſa diſponendi, illam alienandi, oppignorandi, donandi, vendendique competit facultas. Sic enim REPKOVIVS (l): *Die Frau erbet die Morgengab auf ihre Erben, und mag darnach thun und laſſen was ſie will.* Eadem non inter priuatos ſolum, ſed inter illuſtres quoque locum habent, prout frequens dotalium tabularum docet numerus. Quae fere omnes proprietatem vxori tribuunt, ſecundum ius morgengabae receptum, *nach Morgengabs-Recht und Gewohnheit.* Sic Fridericus Guilielmus, dux Saxo-Altenburgenſis, ſponſae Sophiae Wurtenbergenſi promittit; (m) *Daſs ſie ſich ſolcher Morgengabe ſonſten zu gebrauchen Macht oder Gewalt habe, die zu verſchaffen und zu vergeben, wohin Ihro Liebden nach Morgengabs-Freyheit und Recht wollen.* Philippus Ludouicus comes Pal. ſponſae ſuae Annae Iuliacenſi morgengabam conſtituit eique concedit (n): *Damit zu handeln, zu thun und zu laſſen nach derſelben bloſen Gefallen, und wie Morgengab Recht und Gewohnheit iſt, Und nach dem Gebrauch, Herkommen etc.* Inter Philippum Badenſem et Sibyllam Iuliacenſem conuenit (o): *Soll Herr Marggraf Philippus ſeine Gemahlin mit einer Fürſtlichen Morgengab, als nem-*

O 3

(l) *L. I. Art.* 20. 21.
(m) Vide tabb. dotales ab autore *Sect. II.* §. 30. adductas.
(n) *ibid.* §. 32.
(o) *ibid.* §. 33.

nemlich 6000 Gülden - - verſehen, und begaben, damit ſie thun, handeln und laſſen mag nach ihren beſten Gefallen, und wie Morgengabs-Recht und Gewohnheit iſt, und nach dem gebräuchlichen Herkommen. ' Simili modo Adolphus Fridericus, dux Megapolitanus Ioannae principi Saxo-Gothanae morgengabam dedit: (p) *Damit Ihro Libdn mit ſolchen Gelde (davon ſie das Capital nach Dero Gefallen entweder ſtehen zu laſſen, oder aufzukündigen jederzeit Macht hat) gleich ihren proper Guth, nach Morgengabs-Recht und Gewohnheit frey zu handeln und zu walten habe.* Ex hiſce ſimul patet, quid ſibi velit conſueta in illuſtrium pactis dotalibus formula *zu Morgengab-Recht, nach Morgengabs-Recht und Gewohnheit*, qua formula intelligitur, morgengabam in liberum vxoris tranſire dominium.

§. XIII.

Hancce vero de morgengaba libere diſponendi facultatem inter illuſtres ſtatim conſcenſo thalamo vxor accipit, ſicque libere tam viuo quam mortuo marito, niſi aliter pactis conuentum, de illa diſponit, illam alienat, deque ea teſtatur. Probant hoc exempla. Sic Io. Wilhelmus S. D. in tabulis dotalibus, ſponſam Dorotheam Suſannam Palatinam ducens, promittit: (q) *mit einem ſtatlichen Kleinod und darüber mit 40. Gülden Müntz, 21. gr. vor 1. Gülden gerechnet, jährlicher Zinſs uud Morgengab, die bey unſern Leben alsbald angeben und Ihro Liebden jährlich folgen ſollen, bemorgengaben wollen.* Simili modo Adolphus Fridericus, dux Megapolitanus, Ioannae Gothanae (r) concedit: *ſogleich nach geſchehenen Fürſtlichen Beylager mit*

300.

(p) Auctor exhibet tabulas *Sect. II.* §. *34.* plura exempla addere ſuperfluum eſſet. Interim qui plura cupit, videat chartas apud autorem *Sect. II.* §. *XL. XLII. XLV. XLVI.* adductas.

(q) Tabulas vide apud autorem *Sect. II.* §. *30.*

(r) *ibid.* §. *34.*

Digitized by Google

300. Rthl. als 5. pro cento zu verzinſsen, zur Morgengab überreichen zu laſſen, damit Ihro Libd. mit ſolchen Gelde, davon ſie das Capital nach Dero Gefallen entweder ſtehen zu laſſen, oder aufzukündigen jederzeit freye Macht hat, gleich ihr proper Gut, nach Morgengabs-Recht zu ſchalten und zu walten. Idem quoque leges probant. Lex Alemannorum, cuius verba autor infra adduxit (s) Confirmat quoque ius Sueuicum prouinciale (t), *und iſt, daſs ein Mann ſeines Weibes Morgengab verkauffen will, oder verſetzt, oder wie er es erwürbt, es ſey mit ihren Willen, oder ohne ihren Willen, dieweil der Mann lebt, und ſie darauf klaget, man ſoll ihr um ihr Morgengab-Recht thun. Will ſie auf ihre zwey Brüſte und auf zween Zöpf ſchweren, ob ſie die hat, daſs es ihr Wille nie würde, der Richter ſoll ihr ihre Morgengab wieder antworten. Und will ſie ſein nicht entbehren, muſs man ihr allen Nutzen wieder geben, den das Guth golten hat.* Interim quia maritus vxoris tutor eſt legitimus, facile patet, illam inuito marito ſicut in genere de propriis ſuis bonis ſic quoque de morgengaba diſponere non poſſe. Aliud tamen illuſtrium ſuadere videtur conditio.

§. XIV.

Quod ad res in morgengabam dandas attinet, dari poſſunt omnes res, quae ad magis firmandum amorem et ſuſtentationem feminae meliorem facere poſſunt. Saxonico iure, quae inter priuatos dari poſſint, ſpeculator definit SAXO (u) verbis: *Nun vernehmet, was ein jeglicher Mann von Ritters-Art mög ſeinen Weib zu Morgengab geben, des Morgens, als er mit ihr zu Tiſche gehet vor Eſſens, ohne der Erben Urlaub. Er mag ihr geben einen Knecht oder eine Magd,*

(s) *Sect. II. §. 18.*
(t) *P. I. C. 298.*
(u) I. P. SAX. *l. I. c. XXIV.*

Digitized by Google

Magd, die bey ihren Iahren ſey, gezeunet Zimmer (x) und Feld gäng Vieh. Wo der Frauen der Grund und Boden oder das Guth nicht bliebe, mit dem Gebäu zu ihren Leib, wann ihr Mann ſtirbt, ſo ſoll ſie binnen ſechs Wochen, nach den Dreiſſigſten mit dem Gebäu, daſs ihr zu Morgengab gehöret, räumen, alſo daſs ſie die Erden nicht umwenden, Erbeut ſie ſich aber das zulaſſen, nach der Bauren Chör, jenen des die Stadt iſt, und will er es nicht von ihr löſen, ſo mag ſie es wohl ausgraben, alſo doch daſs ſie die Erde wieder zu eben. Bleibt ſie aber bey den Kindern oder bey des Mannes Erben lang oder kurtz ungezweyet mit ihrem Guth, wann ſie ſich dann von ihnen ſcheidet, ſo nimt ſie alles ihr Recht an dem Guth das da iſt, als ſie es hätte nehmen ſollen, da ihr Mann ſtarb: Bleibt ſie aber Wittbe, und wohnet nach ihres Mannes Tod mit ihren Kindern in dem Guth, das nicht ihr iſt, oder mit ihren ungeſchiednen Guth, ſo dann ihr Sohn bey ihrem Leben ein Weib nehme, und darnach verſtürbe, deſſen Weib nimt mit mehrem Recht Morgengab, Muſstheil und Gerad an ihres Mannes Guth, dann ſeine Mutter, ob ſie ihres Mannes und ihr ſelbſt unbeſcholdene Gewehr und Eigenthum daran gezeugen mag. Stirbet aber der Sohn in der Mutter Guth, ſo iſt dieſes alles die Mut-

(x) GVNDLING. *de emptione vxorum Cap. III. §. 33.* ita legendum putat: *Knecht, Magd, die bey ihren Iahren ſeyn, gezeunet Zimmer und Feld, Gänge Vieh.* Ceterum quid ſibi velit *gezeunet Zimmer*, valde eſt dubium. ICti Saxonici plerique verba tali modo interpretantur, mulieris morgengabam ex lege conſiſtere in ſeruo impubere et famula iuuene et lignis et aedificiis non penitus perfectis ſed affectis omnique materia lignea, praediis exſtruendis apta eumque in finem comparata atque pecudibus femellis cuiuſcunque generis. GVNDLINGIVS vero l. c. ſub verbis *gezeunet Zimmer*, intelligit *aedificium cum adpertinentibus praediis*, eamque in rem affert formulam Marculphi, quae ſimilis cum iure prouinciali eſt ſententiae.

Digitized by Google

Mutter näher zu behalten, mit Zeugen, dann ihres Sohnes erlaſſene Witthe. Morgengab behält das Weib auf den Heiligen, die Gewehr aber des Guts, da die Morgengab aufgelobet was, mit Gezeugen. Alſo behält auch ihre Niftel ihre Gerade nach ihren Tod, ob ſie eher ſtirbet dann ihr Mann, billicher dann des Mannes Mutter, dann die Mutter iſt ein Gaſt in des Sohns Hauſs oder Gewehren, und der Sohn in der Mutter, darum nimt die Mutter kein Morgengab, Muſstheil noch Gerad in ſeinem Hauſe. Alle die von Ritters-Art nicht ſeyn, mögen ihren Weibern nicht mehr geben zu Morgengab, dann das beſte Pferd oder Viehe das ſie haben. Morgengab mag ein Weib auf den Heiligen behalten ohne Zeugnis, ob ſie des nicht haben möchte. Simile factum in iure Alemannico, cuius verba, vt plerumque ſic in morgengabae quoque diſpoſitione conueniunt (y). Inter illuſtres integrae interdum prouinciae in morgengabam ſunt datae, prout factum a Tancredo Ateſtino, vxori Getae certa praedia aſſignante (z). Plerumque tamen certa pecuniae ſumma vxori morgengabae nomine ſoluitur. Huiusmodi ſumma pactis determinari ſolet dotalibus, interdum vero certi nil definitur, ſed ſolummodo talis promittitur morgengaba, quae ex conſuetudine moreque familiae ſit dari ſolita. Sic Fridericus Saxoniae princeps electoralis, dum ſponſae Sibyllae Cliuenſi morgengabam promitteret, ſumma praeſtanda haud exprimitur, ſed ſolum pactis dotalibus definitur (a): *Sie zu bemorgengaben, wie das Herkommen des Hauſes zu Sachſen iſt*, Albertus Fridericus Boruſſiae dux in tabulis dotalibus (b) cum Maria Anna

(y) *verba vide Sect. II. §. 19.*
(z) *vide Aut. Sect. II. §. 26.*
(a) *vide Aut. Sect. II. §. 30.*
(b) *L. C. §. 31.*

Anna Cliuenſi initiis nil certi, ſed ſolum definit: *Dieſelbe unſer künftig Gemahl nach Fürſtlichen Herkommen und Stamme zu bemorgengaben.* Antonius dux Lotharingiae eiusdemque filius Franciſcus Annae Iuliacenſi promittunt (c): *Sie, wie das Herkommen des Hauſes Lothringen iſt, bemorgengaben und verſorgen wollen, wie ſolche zu unſern Frl. Ehren und Gefallen geſtellt iſt.*

§. XV.

Promiſſa vero pecuniae ſumma, vel ſtatim ſoluitur vel eius differtur ſolutio ac interim certae promittuntur vſurae. Sic in pactis doralibus inter Henricum ſeniorem Ruthenum et Sibyllam Iulianam Schwarzburgicam initis, conuenit (d): *Haben Herrn Reuſſens Hochherrl. Gnaden dem Fräulein verſprochen, dieſelbe mit ein tauſend Gülden zu bemorgengaben, dergeſtalt, daſs ſie ſolche entweder alſobald auf dem Beylager mit baaren Gelde würckl. auszahlen oder jährlich mit 50. Gülden verzinſen wollen.* Vſurae autem, quae promittuntur, ſunt vel ſimplices, quinque aut ſex pro centenis, vel duplicatae, decem ſeu duodecim pro centenis. Vtriusque exempla proſtant plura. Huiusmodi vſurae ſtatim a momento conſcenſi thalami currere incipiunt. ab hoc enim tempore vxor ſortis adquirit proprietatem, et inde recte quoque vſuras exigit. (e) Aſt interdum aliter pacto conuenit, vt nempe mortuo demum marito morgengabae fructus vſurasque vxor accipiat, et loco earum viuo marito ſub nomine *derer Spiel- und Hand-Gelder* certa pecuniae ſoluatur quantitas. Obſeruamus hoc in pactis dotalibus Philippi Palatini et Annae Iuliacenſis (f) ibi: *Auch iſt abgered, daſs allererſt, da Ihre Liebden un-*

(c) *v. Sect. II. §. 51.*
(d) *v. Sect. II. §. 45.*
(e) LVDOLF *de iure fem. ill. p. 108.*
(f) *Vide infra Sect. II. §. 32.*

Digitized by Google

unſern Fall erlebet, welches zu Gott dem allmächtigen ſtebet, die Verzinſung der Morgengabe, nemlich 200. Gülden folgen ſoll, ſo wollen wir ihre Liebden gleichwol nach dem Beylager järlich 400. Rthl. und dato alle Quartal 100. Rthl. zu täglichen Hand-Geld heben, reichen und geben laſſen. Simile quid factum in nuptiis Philippi Badenſis et Sibyllae Iuliacenſis (g): *und nach dem gebräuchlichen Herkommen auch betheidinget iſt, daſs allererſt die hochernannte Fräulein Sibylle ihres verſprochenen Ehe-Gemahls fäll erlebet — die Verzinſung der Morgengabe, nemlich 200. Gülden, angeregter Wehrung jährlichs folgen, auch aus den Herrſchaft Lahr- und Mahlberg verſichret und verzinſet werden ſoll, ſo wird Herr Philippe Marggraf hochgedachter Fürſtin ſeiner künftigen Gemahlin gleich nach dem Beylager mit einem anſehnlichen Cammer-Geld zu täglichen Hand-Geld habend, zu gebrauchen aller Gebühr zu extragen wiſſen.* Idem obſeruamus *in der Morgengabs-Verſchreibung*, quam Carolus Fridericus dux Munſterbergenſis dedit Annae Sophiae Saxoniae verbis (h): *Es ſoll aber, wie vorgemelt, die Verzinſung ſolcher Morgengabe erſt auf den Witthenthums fall angehen, und mittelſt deſſen unſerer geliebten Gemahlin järlich 300. Gülden vorgeſezte Wehrung zu täglichen Hand-Geld auf die quartale gegen ziemliche Quittung gereichet und bezahlet werden.*

§. XVI.

Morgengaba datur ad firmandum magis amorem melioremque vxoris ſuſtentationem. Conſtituit igitur morgengabam is, cui incumbit vxoris ſuſtentationi proſpicere, et ſic illa a marito proprie eſt danda. Interdum tamen a patre ſponſi, ſi hic forſan nondum habeat, vnde conſtituere poſſit, ſponſae offertur morgengaba, prout varia docent exempla. Sic Iohannes Saxoniae Ele-

(g) *Sect. II. §. 33.*
(h) *Sect. II. §. 53.*

Digitized by Google

elector nomine filii Io. Friderici Sibyllae Cliuenſi promittit (i): *Daſs wir Herzog Iohannes Churfürſt durch unſern Sohn dieſelbige Sr. Liebden Gemahlin, wie das Herkommen des Hauſes zu Sachſen iſt, bemorgengaben laſſen wollen.* Georgius Erbacenſis comes nomine filii Friderici Magni Iohannae comitiſſae Oettingenſi aſſignat Morgengabam (k): *Daſs wir an ſtatt und wegen unſeres Sohnes Graf Magnuſſen, wohlermeldt Fräulein Iohanna ſein Ehel. Gemahlin, nach dem Ehel. Beyſchlaff mit 1000. Gülden - - bemorgengaben - - wollen.* Bernhardus comes Solmenſis filii ſui coniugi Annae Tecklenburgicae ad morgengabam praeſtandam ſe obligat (l): *Dargegen ſollen Graf Bernhard, als der Vater ihres Sohnes Graf Philippſen Gemahl auch nach ſeinen Ehren bemorgengaben.*

§. XVII.

Morgengaba ſaepe in pecuniae quantitate conſiſtit, plerumque tamen addi ſolet, *ein Fürſtl. Kleinod.* Exemplo ſint tabulae (m): *Hingegen wollen wir Herzog Engelbert alſobald nach dem ehel. Beylager unſere zukünftige Gemahlin Fräulein Engeltrudis mit einem Kleinod, wie bey Fürſten Herkommens iſt, und dann mit 4000. Gülden Haupt-Summe bemorgengaben;* et aliae ducis Munſterbergenſis Caroli Friderici, qui Annae Sophiae ducisſae Saxonicae promittit (n): *Wollen wir Herzog Carl Friedrich - bemeltes Fräulein A. H. H. z. S. mit einer Morgengab, wie ſolches Herkommens, als nemlich - - ein Halsband von 3000. Gülden und dann 3000. Gülden Haupt-Geldes.*

§. XVIII.

Morgengaba promiſſa non ſemper ſtatim ſoluitur, ſed eius

(i) Vide Aut. *Sect. II.* §. 30.
(k) *Sect. II.* §. 40.
(l) *Sect. II.* §. 48.
(m) MYLER. *Gamol. C. XVII.* §. 5.
(n) *Vide Sect. II.* §. 37.

Digitized by Google

citus ſolum vſurae vxori praeſtantur. Solent enim interdum ipſae ſponſae ſibi ſtipulari, ne promiſſa pecuniae quantitas ſoluatur, prout praebet exemplum Magni comitis de Caſtell ſponſa Suſanna Iohanna, quae ſibi ſtipulationibus cauebat (o): *Es ſollen aber ihre Liebden, ſo lange ſie im Leben und in unverrückl. Wittib-Stand ſind, ſolche Morgengabs-Gelder wider ihren guten freyen Willen nicht abgelöſet, ſondern erſt verſtandener maſen verzinſet, nach ihren Tod oder anderweiten Verheyrathung aber länger wider unſern Graf Friedrich Magni oder unſerer Erben Willen unabgelöſet nicht behalten werden* Aliquando per morgengabam ſponſa dotem auget, vt eo lautius conſequatur dotalitium, quo caſu morgengaba per duplices abſorbetur vſuras.

§. XIX.

Si vero morgengaba vxori a marito haud ſoluitur, quaeſtio oritur, an vxori ob morgengabam promiſſam quidem, ſed non ſolutam in bonis mariti tacita competat hypotheca? Et putarem eam omnino competere. Tranſit enim morgengaba in vxoris proprietatem eamque maritus retinens tanquam rem ab vxore illatam poſſidet. Ratione illatorum vero vxori tacita competit hypotheca a die illationis in bonis mariti; Ergo quoque vxor intuitu morgengabae tacita gaudet hypotheca in bonis mariti, modo tempore conſtitutae morgengabae maritus et alienandi et donandi facultatem habuerit (p). Si morgengaba in ſpecie quadam tradita conſiſtit, vxor non indiget hypotheca. Habet enim morgengabae dominium. Affert in hanc rem caſum in facto propoſitum MOLLERVS: vir nobilis in Saxonia propriam non habens catenam a ſorore commodatam vxori donauit. Haec mariti precibus

 mota

(o) *v. Sect. II. §. 39.*
(p) GVNDLING *diſſ. de emptione vxoris C. IV. §. 13.*

mota reddit dictam catenam reſtituendam dominae, hoc eſt, ſorori commodatarii: qui interea pollicitus eſt, ſe daturum aliam. Sed non dedit, eaque ratione exceſſit vita. Quaeſitum, an ab heredibus mariti aut aeſtimatio ſit praeſtanda, aut catena? Faciebat pro heredibus, redditam catenam, eoque ius morgengabae proprium amiſſum. Ad petitionem mulieris aequiſſimam cenſuit MOLLERVS *in ſemeſtribus L. I. c. 32.* heredes ex promiſſo defuncti teneri adfirmans. Verum tamen magis dubium an ſi nihil ſpeciatim promiſiſſet maritus recipiens catenam, ius eſſet petendi mulieri. Et putem, nihilominus obligari heredes. Neque enim iuri ſuo priuilegiario renunciauit ſigillatim; ſed eo fine reſtituiſſe eſt credenda, vt haberet. Praeſumtio pro reſtituente eſt: cui reuera, non autem dicis cauſa eſt donatum, nec interea obligatio ad dandum remiſſa.

§. XX.

Quoad quantitatem ab arbitrio pendet ſponſi, quid quantumue velit in morgengabam dare. Et licet Longobardorum leges quartam ſolum bonorum partem vxori in morgengabam offerre permittant, inter illuſtres tamen certa quantitas haud eſt determinata. Ex quibus ſimul patet, quod nulla debeatur morgengaba, ſi maritus deceſſit, pactoque dotali certa non promiſſa dotis quantitate. Ab arbitrio enim heredis penderet, vel minimam dare quantitatem ſicque eluſoriam reddere morgengabam. Secus tamen res ſe haberet, ſi in pactis dotalibus talis promiſſa morgengaba, qualis in familia dari conſueta, quo caſu omnino quantitas, in familia dari ſueta, ab heredibus quoque erit praeſtanda.

§. XXI.

Morgengaba datur vxori conſcenſo thalamo. Ergo non debetur, ſi maritus moriatur, antequam lectum cum ſponſa ſit ingreſſus, imo ne lecto quidem conſcenſo de-

be-

Digitized by Google

betur, ſi conſcenſio benedictione ſacerdotali haud facta ſit praecedente (q).

§. XXII.

Vxor morgengabae conſequitur proprietatem. Hinc cum feuda abſque conſenſu domini alienari non liceat, illa quoque in morgengabam dari non poſſunt domino inuito. Imo ne conſentiente quidem domino directo feudum loco morgengabae dari poteſt. Eſt enim feudum in dominio diuiſo cuius proprietas domino aeque ac vaſallo competit, et hinc domino licet conſentiente, plenam tamen coniux proprietatem accipere nequit.

§. XXIII.

DONATIO PROPTER NVPTIAS, quae Romanis ſuam debet originem, eſt *donatio a ſponſo vel marito in ſecuritatem dotis vxori facta* (r). Fit igitur donatio propter nuptias in ſecuritatem dotis, et inde per illam nec dominium, nec vſusfructus, ſed tantum ius pignoris ad vxorem transfertur (s). Hinc illa quoque dotem ſemper praeponit conſtitutam, et doti quoad quantitatem aequalis ſit, neceſſe eſt. (t)

§. XXIV.

Apud Germanos nullam vxor marito dotem attulit, potius maritus vxori illam conſtituit. Non igitur dotis ſecuritate apud Germanos vxor indigebat, et ſic quoque nullus donationum propter nuptias vſus. Poſteaquam vero recepto Romanorum iure Germani ſuos in Latii mores formare ceperunt, dotem illam Germanicam in donationem propter nuptias, maioribus noſtris penitus incognitam, commutarunt, ſummaque imis immiſcue-

(q) GVNDLING *de emptione vxorum Cap. IV. §. 9. et 10.*

(r) *L. vlt. C. de donat. ant. nupt. §. 3. Inſt. de don.*

(s) *L. 29. C. de iur. dot. Nov. LXI. c. 2.*

(t) *L. vlt. C. de iur. dot. N. XCVII.*

Digitized by Google

ſcuerunt. Hinc dote in donationem propter nuptias verſa, iura, quae circa dotes Germanorum obtinuerunt, inter priuatos ab vſu receſſerunt; aſt inter illuſtres, qui iurium ſuorum fuere tenaciores, quaedam adhuc reliqua manſere veſtigia. Inter eos enim non ſolius ſecuritatis cauſa, ſed potius ad meliorem vxoris ſuſtentationem propter nuptias conſtituitur donatio, ex qua non viuo, ſed mortuo demum marito vxor fructus et vſuras percipit. Hoc vero non ex iuris Romani ſed patrii principiis profluit, claro argumento, quod in donatione propter nuptias inter illuſtres veſtigia dotis ſuperſint Germanicae, eamque proinde ex natura patriae dotis eſſe explicandam. (u)

§. XXV.

Donatio propter nuptias inter illuſtres dos eſt Germanica, ex erronea ICtorum Romanorum opinione hoc nomine appellata. (§. 24.) Quemadmodum vero dos Germanica a marito vxori in euentum, quo vidua facta, ad meliorem vitae ſuſtentationem ſit conſtituta, ita quoque donatio propter nuptias inter illuſtres non alio conceditur fine, quam vt vxor mortuo marito ex eius fructibus vitam poſſit tueri. Probant haec exempla plura in ſectione II. adducta. Deinde, cum antiquiori tempore non ipſum dotis dominium in vxorem transferretur, ſed illi ſolum fructus ex feudo vel allodio mariti aſſignarentur, facile patet, cur etiam inter illuſtres vxor non dominium donationis propter nuptias, ſed ſolum fructus ex praedio ſeu vſuras pecuniae, in donationem propter nuptias datae, conſequatur. Porro dos Germ. mortua ceſſat vxore, ergo quoque illuſtrium donatio propter nuptias non ad vxoris tranſit heredes, ſed penes maritum, ſeu eo mortuo, penes eius heredes manet.

§. XXVI.

(u) HEINECCII *elem. iur. Germ. T. I. §. 252.*

Digitized by Google

§. XXVI.

Licet vero de conſeruandis patriae conſuetudinibus illuſtres admodum fuerint ſolliciti, fieri tamen vix potuit, quin ſubinde illis Romana obtruderentur dogmata. Erant enim in aulis illuſtrium ICti non patrii, ſed Romanorum iuris principiis imbuti, qui partim ex ignorantia patriarum legum, partim ex nimio, quo Romanos colebant amore, illuſtrium quoque iura ex Romanis principiis aeſtumabant. Idem etiam circa dotem factum eſt illuſtrium. Hac enim ſemel cum donatione propter nuptias confuſa, illuſtrium quoque dotem ex donationis propter nuptias explicuerunt natura. Inde factum, vt dotem, quam donationem propter nuptias vocabant, conſtitui haud poſſe crederent, niſi ab vxore illata ſit dos; deinde quoque illam doti muliebri aequalem eſſe oportere nouo excogitarunt figmento. Aſt cum viderent, dotem Germanicam, quae nomine donationis propter nuptias illis veniebat, ad ſuſtentandam viduam ſimul dari, fructus vero doti muliebri proportionatos ad hunc finem obtinendum haud ſufficere, duplicandas vſuras, iisque ſimul duplices dotis addendas cenſuerunt, ex quibus quadruplicatis fructibus poſtea dotalitii genus, quo hodie illuſtres vtuntur, eſt enatum. (x)

§. XXVII.

Inde inter illuſtres donatio propter nuptias diuerſam plane ab illa, quae apud Romanos obtinuit, habet naturam, eiusque iuris principia, prout ex patriae et Latii moribus confuſis ſunt orta, ad haecce redeunt capita: Conſtituit donationem propter nuptias 1) maritus vxori 2) conſtituit illam doti plerumque aequalem 3) dotemque prae-

(x) Probant hoc pacta illuſtrium *S. III.* adducta, ex quibus prae ceteris *conf.* §. 30.

Digitized by Google

praeponit illatam, aſt vxor 4) nec dominium nec pignoris ius, ſed 5) vſuras ſolum accipit, easque quadruplicatas 6) eo euentu, vt inde vidua facta, vitam pro dignitate durante viduitate ſuſtentet. Tandem 7) ceſſante ſtatu viduitatis, dum vxor aut moritur, aut ad ſecundas conuolat nuptias, niſi aliter conuentum (y), ceſſat donatio propter nuptias.

§. XXVIII.

Pacta dant legem. Hinc ſi pacto inter coniuges conuentum, vt melioris ſecuritatis cauſa vxor dominium propter nuptias donationis conſequeretur, illud tranſire, minime poterit dubitari. Aſt regulariter dominium in vxorem non transfertur, nec promiſſa ſoluitur quantitas. Inde quoque principes ad conſtituendam propter nuptias donationem a ſubditis collectas exigere nequeunt (z).

§. XXIX.

Donatio propter nuptias non ſecuritatis ſolum cauſa, ſed quoque ad meliorem vxoris ſuſtentationem praeſtatur. Vt igitur promiſſae huius donationis vſurae eo certius praeſtentur, plerumque certa praedia adſignantur, ex quibus reditus (a) vſurarum quanto proportionati vxori in caſu viduitatis ſoluuntur. Aſt ceſſant hi reditus, moto de bonis mariti concurſu, antequam vxor dotalitium acceptauit. (b)

SECT.

(y) Hoc factum in tabulis dotalibus Io. Sobieski regii Polonorum principis et Eliſabethae Palatinae art. III. §. 50.

(z) LVDOLFF *de iure feminar. illuſtr. p. 104.*

(a) Qui determinantur *nach Morgabe derer Erbverzeichniſſe nach mittlern Ertrag Sect. III. §. 21.*

(b) LVDOLFF *de iure feminar. illuſtr. P. II. [illegible]*

SECTIO II.

SPONSALITIAE LARGITATIS ET MORGENGABAE EXEMPLA.

§. I.

Obtinuit inter illuſtres aeque ac priuatos ſponſalitia largitas, morgengaba, donatio propter nuptias et dotalitium. *Sponſalitia largitas ſiue donatio ante nuptias*, eſt, quam ſponſus ſponſae ad amorem conciliandum ante nuptias offerre ſolet, quae vulgo conſiſtit in iocalibus, aliisque pretioſis, eademque eſt arbitraria. Haec diuerſis venit nominibus. Theodoricus rex (c) eam vocat *ſponſalem munificentiam*; Theodoſius imp. (d) *ante nuptias donationem* (e); Iuſtinianus imp. (f) *arras ſponſalitias et proxeneticas*, et *ſponſalitiam largitatem* (g). Idem vero imp. *donationem ante nuptias et propter nuptias* pro vno eodemque habet (h). Nobis dicitur *der Mahlſchatz*.

§. II.

Haec ſponſalitia largitas antiquiſſimi eſt inſtituti. Teſtatur de eo S. ſcriptura: Abrahami enim nuntius, Iſaaco vxorem quaeſiturus, ſecum attulit armillas, et inaures, quas Rebeccae donauit (i). Apud Aſiae non ſolum populos, ſed etiam Graecos atque Romanos vſu venit, vt vxores coemerentur. De Aſſyriis potiſſimum dicit AELIANVS: (k) *Aſſyrii virgines coniugio maturas in ciuitatem*

 ali-

(c) *Art. CLIII.*
(d) *Nov. CXXVII. c. III.*
(e) *L. V. Tit. I. Codicis.*
(f) *L. III. c. Tit. I.*
(g) *Nov. CXIX. c. I.*
(h) *Lib. V. Tit. III. et Nov. CXXVII. c. III.*
(i) *Gen. XXIV. v. 22.*
(k) *L. IV. c. I.*

Digitized by Google

aliquam conducunt, earumque mercatum palam denunciant. Et quam quisque emerit, ſponſam abducit (l). Idem de Getis dicit POMPONIVS MELA (m): *virgines non a parentibus viris traduntur, ſed publice aut locantur ducendae, aut veniunt. Probae famoſaeque in pretio ſunt; caeteras qui habeant, mercede quaeruntur.*

§. III.

Ex tali coemptione vero dona ſuborta fuiſſe videntur deſponſandis conceſſa, quae apud occidentales potiſſimum inualuerunt. De Germanorum hominum militarium muneribus, docet nos TACITVS, (n) ita ſcribens: *Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offert. Interſunt parentes et propinqui ac munera probant: munera non ad delicias muliebres quaeſita, nec quibus noua nupta comatur: ſed boues et frenatum equum, et ſcutum cum framea gladioque. In haec munera vxor accipitur, atque inuicem ipſa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana ſacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes, extraque bellorum cauſas putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe laborum periculorumque ſociam, idem in pace, idem in praelio paſſuram auſuramque. hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic viuendum, ſic pereundum, accipere ſe quae liberis inuiolata ac digna reddat, quae nurus accipiant, rurſusque ad nepotes referant.*

§. IV.

Talis ſpecies erat apud Francos, dum vxores per ſolidum et denarium, ſiue per traditionem certorum bono-

no-

(l) Vberius hanc materiam expoſitam videmus in NICOL. HIER. GVNDLINGII *de emptione vxorum, dote et Morgengabe Halae* 1722. 4. C. I. II.

(m) *L. II. c. I.*

(n) *De Mor. Germ. c. XVIII.*

Digitized by Google

norum quaſi coemerentur. Videmus eiusmodi Formulam inter FORMVLAS BIGNONIANAS (o): *Dum dominus ab initio conceſſit in veteri Teſtamento et praecepit vt relinquat homo patrem et matrem et adhaereat ſuae vxori, vt ſint duo in carne vna, et quod dominus coniunxit homo non ſeparet. Ego enim in Dei nomine ille, dulciſſimae coniugi meae illi. Dum et ego te per ſolidum et denarium ſecundum legem Salicam viſus fui ſponſare, ideo in ipſa amoris dulcedine dabo ergo tibi a die praeſente, quod in perpetuum volo eſſe manſurum, rem pro portione mea in loco nuncupante illo, qui eſt in pago illo, quae de parte parentum meorum, ad me legibus obuenit, hoc eſt; in ipſa portione; manſis ad commanendum, cum caſticiis, ſupra poſitis, terris arabilibus, et mancipiis, vel quicquid in ipſa portione eſt adſpectum, tibi dico eſſe donatum atque firmatum; vt quando die feliciſſimo nuptiarum inſimul nos Deus coniunxerit, iſta omnia ſuperius conſcripta in tua permaneant dominatione ad poſſidendum.* Licet haec verba vltima potius donationem propter nuptias concernant, vt idcirco, inter coemptionem vxorum et donationem propter nuptias ſit differentia. In dicta formula occurrit *cum caſticiis*, quod ſepem notat, *was umzaumt iſt*, prout etiam FALCETVS (p) interpretatur. In ſynodo Sueſſionenſi decernitur, *ne cui in caſticiis et ſiluis cuſtoditis venari liceret.* In epiſtola epiſcoporum Rhemenſium et Rothomagenſium apud Falcetum (q): *Iudices vt aedificent villas moderatis caſticiis.* Et in veteri inſtrumento S. Galli (r) caſa dominicata, *caſticiis, terris, campis, pratis, paſcuis:* Similis etiam

 For-

(o) *Form. V. Similis occurrit in Appendice* MARCVLPHI *n. XXXVII. Et in Formulis* LINDENBROGII *n. LXXV.*

(p) *Antiquitat. l. IX. c. XIII.*

(q) *L. X. c. XV.*

(r) Apud GOLDASTVM *Antiquitat.* ALEMANN. *Tom. II. P. I. c. LXVIII.*

Digitized by Google

formula de caſticia ſuper poſita, occurrit infra inter FORMVLAS BIGNONIANAS (s). Hunc autem morem coemendi vxores per ſolidum et denarium Françorum legis ſalicae fuiſſe, docet antiqua formula apud FRANCISCVM PETHOEVM (t): *N. filius N. puellam ingenuam nomine N. illius filiam* per ſolidum et denarium ſecundum legem ſalicam et antiquam conſuetudinem *deſponſauit.* Licet autem in lege Salica de virginum nuptiis nihil fuerit cautum, de viduarum tamen matrimonio decernitur (u): *Ille qui viduam accipere vult, cum tribus teſtibus qui adprobare debent, tres ſolidos, aeque penſantes, et denarium habere debet. Et hoc facto, ſi eis conuenit, viduam accipiat.* Et paullo poſt: *Si autem, de quo ſuperius diximus, omnia ſecundum legem impleuerit*, et tres ſolidos et denarium ille, cui Reiphe debetur, *acceperit, tunc eam legitime acceperit.*

§. V.

Eadem vxorum coemptio obtinuit etiam apud Saxones, quorum lege ſtatutum (x): *vxorem ducturus trecentos ſolidos det parentibus ejus.* Et LEGIBVS BVRGVNDIONVM (y): *Si quis vxorem ſuam ſine cauſa dimiſerit, inferat ei alterum tantum, quantum pro pretio ipſius dederat.* Hic vero ſolidus et Denarius parentibus dabantur, ſponſae bona immobilia concedebantur. In VISIGOTHORVM LEGIBVS fuit definitum: *ſi inter ſponſum et ſponſae parentes, aut cum ipſa forſitan muliere, quae in ſuo conſiſtit arbitrio, dato pretio, ſicut conſuetudo eſt, et ante teſtes facto placito de futuro coniugio facta fuerit definitio* (z).

§. VI.

(s) *Form. IV.*

(t) HIER. BIGNONIVS *notis ad Form. Bignonian. p. 250.*

(u) *Tit. XLVIII.*

(x) *C. XXXVIII.*

(y) *Tit. XXXIV.*

(z) Apud reliquos Germaniae populos idem moris fuiſſe abunde explicatum videmus in dicta *Diſſertatione Gundlingiana C. II.*

Digitized by Google

§. VI.

Neque tamen inter priuatos ſolum hoc obtinebat, quin etiam inter illuſtres locum habuit. Clodoueus, rex Francorum, *Clothildem* Burgundionum regis filiam per Aurelianum legatum petens vxorem, ipſi annulum miſit et ſponſalia ornamenta, de quo *Geſta regum Francorum* (a) teſtantur: *dum Aurelianus Chlotildem ita adloquitur; Dominus meus Chlodoueus rex Francorum miſit me ad te, vult te ſibi aſſociare in reginam. Ecce annulus eius, et reliqua ornamenta ſponſalia.* Sic etiam RORICO MONACHVS: (b) *Et educens e ſportella ſponſalia ornamenta* obtulit puellae, dicens: *Haec mittat Dominus meus rex Chlodoueus, vt ſi ei praebueris tuae voluntatis aſſenſum, abſque dilatione te recipiet in vxorem. Tantam induſtriam viri miratur puella, et cum nimia mentis alacritate donaria regis amplexatur, et cetera ſibi recondens annulum ſolum in theſauros auunculi ſui repoſuit.* Haec munera ſponſalia, ſiue ſponſalitiae largitas erant ſponſae oblata. Hanc vero a Gundebaldo coemebat, de quo GREGORIVS TVRONENSIS: (c) *Quod cum Chlodoueo vtilitas et conſilium Chrotechildis placuiſſet, legatos ad Gundobaldum dirigit, petens, vt Chrotechildem neptem ſuam ei in coniugium ſociandam traderet. Quod ille denegare metuens, et ſperans amicitiam cum Chlodoueo inire, eam ſe daturum ſpondit.* Legati offerentes ſolidum et denarium, vt mos erat Francorum, *eam partibus Chlodouei ſponſant, placitum ad praeſens petentes, vt ipſam ad coniugium traderet Chlodoueo.*

§. VII.

Inter haec munera potiſſimum erat annulus, prout hic inter dona Chlotildi oblata praecipue occurrit. Exinde annulus pronubus fuit enatus, quo mediante ſponſus at-

(a) *Cap. XI.*
(b) *Hiſt. Franc. Epitom. c. XVIII.*
(c) *Apud* du CHESNE *T. I. p. 285.*

Digitized by Google

atque ſponſa ſeſe inuicem ſolent ſubarrhare (d). Patet hoc etiam ex tabulis dotalibus (e) Friderici II. imp. cum Eliſabetha Anglicana, Ioannis ſine terra filia, in quibus *conſenſit in eundem Imperatorem, velut in virum ſuum, ſimiliter per verba de praeſenti, praefato Magiſtro Petro ut dictum eſt, ad hoc ante fati Caeſaris ſpeciali et legitimo Procuratore ſtatuto; et recepit in praeſenti ipſum dominum imperatorem in Virum ſuum*, recipiens annulum, *nomine imperatoris praefati, et* remittens *eidem per eundem Procuratorem* ſuum annulum *ſponſionis*.

§. VIII.

Sponſalitiam largitatem videmus in contractu matrimoniali (f) inter Philippum Pulchrum, Gallorum regem, atque Ottonem, Burgundiae comitem, a. 1295. contracto, de vno ex regis filiis cum Ioanna filia Ottonis, vnica matrimonio iungenda, in quo dicitur: *Confitemur etiam, nos comes praefatus a praedicto Domino rege, pro arris ſponſalium huiusmodi habuiſſe et recepiſſe centum millia librarum Turonenſium paruorum, in pecunia numerata, quas arras eidem Domino regi ſolemniter ſtipulanti, ex certa ſcientia certiorati, ex iure legum et canonum de hac materia tractantium, promittimus in quadruplum ſoluere, ſi per nos vel per dictam filiam noſtram ſteterit, quo minus dictum matrimonium contrahatur.*

§. IX.

In tabulis matrimonialibus (g) Guilielmi Amadei, comitis Geneuenſis filii, cum Agnete, comitis Sabaudiae filia, d. vlt. Auguſti 1297. dicitur: *dictusque Dominus comes Geneuenſis, ante contractum matrimonium*, donauerit dicto do-

(d) Videri poteſt PETRI MVLLERI *Diſſ. de Annulo pronubo*.
(e) Extant apud LVNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. T. I. p. 371.*
(f) Apud du MONT. *T. I. P. I. n. 529. p. 292.*
(g) Apud du MONT. *T. I. P. I. n. 540. p. 300.*

Digitized by Google

domino comiti Sabaudiae, nomine dictae dominae Agneſiae, ex cauſa dotalitii ſiue ex ſponſalitia largitate *quatuor millia librarum de dote promiſſa ſoluere.*

§. X.

Neque tamen antiquiori ſaltim tempore ſponſalitia haec largitas inter illuſtres fuit vſitata, quin etiam recentiori adhuc aetate vſu veniat. In contractu matrimoniali (h) inter Ferdinandum, Bauariae principem, Maximiliani I. electoris filium, atque Adelheidam, victoris Amadei Sabaudiae ducis filiam a. 1650. decernitur: *Quod vero ad* ſponſalitiam largitatem *attinet, pollicetur Sereniſſimus Bauariae Elector Sereniſſimae Principi Adelhaidi ad liberalitatem erga Sereniſſimam primogeniti ſui filii Ferdinandi Mariae futuram coniugem conteſtandam* titulo et nomine dictae ſponſalitiae largitatis ſeu morganaticae *tantum ſummam, quae tertiae numeratae et ſuis terminis numerandae dotis parti reſpondeat, nimirum ſexagies ſexies mille ſexcentos ſexaginta ſex coronatos Italicos et vnius coronati trientem, ita tamen, vt ſi Deo diſponente eueniat, ſereniſſimum Principem Ferdinandum Mariam mori ante Sereniſſimam ſuam coniugem, exiſtentibus liberis, Sereniſſima vidua liberam facultatem habeat de tota ſumma* morganaticae ſeu ſponſalitiae largitatis *diſponendi inter liberos; ſin vero nulli extent liberi, tunc dimidiam tantum eiusdem morganaticae pleno iure lucretur. Altera vero dimidia Haeredibus Sereniſſimi Principis Ferdinandi Mariae pleno pariter iure proprietatis cedat. Idem obſeruetur, ſi ex diſpoſitione diuina, conſummato matrimonio, Sereniſſima Domina Adelhaidis praemoriatur, vt nimirum inter liberos, ſi qui extant, ius habeat libere diſponendi de proprietate totius ſummae morganaticae ſeu ſponſalitiae largitatis, liberis vero non exiſtentibus tantum de ſe-*

(h) *C. I. T. VI. P. I. n. 284. p. 568.*

ſemiſſe ſeu media eius parte, altero ſemiſſe apud ſuperſtitem Sereniſſimum maritum permanente.

§. XI.

Ab hac vero ſponſalitia largitate, quae ad conciliandum fit amorem, probe adhuc ſunt diſtinguenda morgengaba, donatio propter nuptias et dotalitium, licet ſubinde ſoleant confundi. In litteris Rudolphi comitis Palatini de a. 1313. notanter, diſtinguuntur *Widerlegung*, *Widum* et morgengab, verbis: (i) *Es ſtehet auch an uns Herzog Rudolfen, wa wir unſerer lieben Haus-Frauen, oder unſers lieben Bruders Haus-Frauen, Morgengab geben, es ſei ze Beiern oder an dem Rin, und in ſwelchen Vitzthum-Amt es ſeie, in Beiern oder an dem Rin, wir unſer lieben Haus-Frauen geben in Widerlegung, Widem und Morgengab, daſelben ſollen wir auch unſers lieben Bruders Haus-Frauen geben in Widerlegung, Widem und Morgengab.* Eadem confirmat iisdem verbis Rudolphi vxor Mechtildis (k). In tabulis dotalibus Alberti Bauari cum Maria Caroli V. imp. filia a. 1534. diſtinguuntur, *Heyraths-Gut, Widerlegung und Morgengab:* Diſtinguunt tabulae nuptiales inter Maximilianum Bauariae electorem atque Mariam Annam, Ferdinandi II. Rom. imperatoris filiam Viennae d. 17. Iulii 1635. (l) his verbis: *Vorbeſtimtes Heyraths-Gut ſollen und wollen wir Maximilian Pfalz-Graf und Chur-Fürſt, unſerer Gemahlin Frauen Maria Anna widerlegen, gleichfals mit ain hundert tauſend Gulden Reiniſch, guter Landts-Wehrung, und dieſelbe noch darzu bemorgengaben mit 50000. Gulden, alſo das Heyraths-Gut, Widerlag, Morgengab in einer Summa bringen, thut 250000. Gulden.* Eadem vi-

(i) Extant vtraeque tabulae in CHRISTOPHORI GEWOLDI *Antitheſi p. 442. 443.* Ex qua habet TOLNERVS *Cod. Palatin. n. 118. 119.*

(k) Extant apud LVNIGIVM *Cont. II. p. 148.*

(l) Extant apud du MONT. *T. VI. P. I. n. 73. p. 3.*

Digitized by Google

videmus diſtingui in tabulis dotalibus, inter Albertum ducem Saxo-Coburgenſem et Suſannam Eliſabetham comitiſſam de Kimpinsky a. 1689. (m): *Alſo wollen wir es wegen des Heyraths-Guts, Gegenlage, Witthums, Morgengabe, und andern menſchlichen Fällen halben abgeredet, und beſchloſſener folgender Maſe gehalten haben.*

§. XII.

Morgengaba quidem iure antiquo notabat donationem gratuitam, prout ex legibus LONGOBARDORVM patet, quibus ſtatutum (n): *Si quis ancillam ſuam propriam matrimoniare ſibi voluerit ad vxorem, ſit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, et ſic facere liberam, quod eſt* Wiederboram *et legitimam* per garathinx, *id eſt*, per libertatis donationem, *vel* per gratuitam donationem, *id eſt* morgengabam: *tunc intelligatur eſſe libera et legitima vxor, et filii, qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes efficiantur.* Communiter vero pro dono matutinali explicatur, prout in pactione inter Guntrannum et Childebertum reges Francorum apud Andelaum inita, ſic habetur: (o) *De ciuitatibus vero, hoc eſt Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno et Begorra, quas Guileſundam germanam dominae Brunichildis, tam in dote,* quam in morganalia, *hoc eſt*, matutinali dono *in Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe.*

§. XIII.

Morgengaba igitur dicitur *donum matutinale, quod maritus illuſtris altera poſt nuptias die poſt conſcenſionem thalami coniugi offert.* In charta antiqua apud BALVZIVM (p), vbi

 Ioan-

(m) Extant apud LVNICIVM *Cont. II. p. 673.*

(n) *L. II. Tit. I. VIII.*

(o) Extat apud GREGORIVM TVRONENSEM *l. IX. c. XX.* et apud BALVZIVM *notis ad capitularia p. 993.*

(p) *Append. Act. Vet. ad capitularia* AVG. GALLANDVS *de Franco allodio p. 323.*

Digitized by Google

Ioannes Dominici filius, poſteaquam recenſuit, quae Miczae maritae futurae pro morgengaba deſtinauerit, addit: *vt alia die poſt noctem nuptialem, qui eſt dies votorum noſtrorum, ante parentes et amicos noſtros oſtendam hoc ſcriptum teſtibus roboratum et dicam:* Ecce quod coniugi meae in morgincap dedi, *et ſic ab hodierna die firmum et ſtabile Miczae, vel tuis haeredibus, permaneat.* Vocabatur enim in legibus LONGOBARDORVM altera nuptiarum dies, quando filia vel ſoror ad maritum ambabat, *die votorum.* Hinc GEORGIVS HICKESIVS (q), vnde quoque MORGENGIFE *non poteſt denotare donationem aliquam, quam die nuptiarum, ſed quam poſtridie nuptiarum, vel poſtera a nuptiis die ſponſae ſponſus propter nuptias dabat:* quemadmodum COVRTINVS, auctor verſionis Gallicae, in quam transfunditur liber *H. Grotii de iure belli et pacis, in indice, ſub voce Mariage Morgengabique. Mariage, Morgengabique eſt celui, où tout l' avantage de la femme conſiſte en un preſent, que ſon mary lui fait le lendemain des nopces, comme pour le prix de ſa virginité; la morgen en Allemand, c'eſt l'endemain, gab c'eſt preſent, et c'eſt une eſpece de ce que nous appellons Dovaire. Et même en Allemagne dans la plus part des Pais on appelle le Dovaire Morgengab.* Licet autem in eo peccet HICKESIVS, quod *morgengabam* et *dotalitium* confundat, aſſeclam tamen habet *le* PERE DANIEL, dum in obſeruatione marginali Hiſtoriae Francicae ſic ſcribit: (r) *Cette eſpece de dot ou d' appanage, que le mari aſſignoit à ſon épouſe eſt appellé par Gregoire de Tours* l. 9. c. 20. matutinale donum, *et dans le françois de ce tems-la morgane-giba ou* morgangeba, *et dans les loix des Lombards* morgincap. *On convenoit par contrat de cette dot avant le mariage, comme on le voit par la quinziéme Formule du l. 2. de Marculphe. Mais la donation ne s'en*

(q) *Theſ. Linguarum Septentr. Praef. f. IX.*
(r) *Ad a. 567. p. 159.*

Digitized by Google

s'en faiſoit en cérémonie par le mari à ſon epouſe que la do premier nation d'apres les noces, et c'eſt pour cela que Gregoire de Tours l'appelle matutinale donum, voyez ſur cela le gloſſaire de du Cange ſur ce mot morganegaba. Gloſſarium Saxonicum quidem AELFRICI (s) dicit: *Dos, morgengifa, vox formata ex Saxonico et Germanico morgen, aut morghen mane, et giſe aut gift, donum, munus, quod ita appellarent donum illud, quod maritus vxori offerebat in die nuptiarum, ante nuptiale conuiuium; vt eſt apud Kilianum, ſeu vt eſt in ſpeculo Saxonico* (t): *quod vnusquisque militaris ordinis ſuae vxori ſine haeredum aſſenſu, nomine dotis erogare valet, antequam cum ea ad prandium diſcubuerit.*

§. XIV.

Varie autem in diplomatibus haec vox efferri ſolet *morganegiba, morgengeba, morgangeba, morgingap, morgengab, morgagifa, morgangifa, morgangiva, morgicapad, morganaticum, morgicaph, morghengab.* In LEGIBVS CANVTI regis (u) decernitur. *Et ſit omnis vidua ſine marito duodecim menſibus, eligat poſtea quem velit, et ſi inter vnius anni ſpatium maritum eligat, perdat morgagifam ſuam, et omnem pecuniam, quam ex priore marito habebat.* Huc facit etiam dotationis genus apud Anglos vſitatum, ad *oſtium eccleſiae* nuncupatum, quod eodem mane, dum ad nuptias celebrandas eccleſiam ingrediebatur ſponſus, deſignata quadam terrae parte ſponſae adornauit.

§. XV.

Vocatur haec morgengaba etiam *morganaticum*, prout in tabulis dotalibus (x) Leopoldi Auſtriae ducis cum Ca-

R 3 tha-

(s) Apud du CANGE voce *morganegiba.*
(t) Vide du CANGE voce *morganegiba.*
(u) Apud IO. BROMTON *Chron. p. 930.*
(x) Extant apud GVICHENON *Preuves p. 188.*

Digitized by Google

tharina Sabaudica de a. 1310. occurrit: *Praeterea ſaepe dictae Caterinae*, morganaticum *adſignare debemus ad noſtrum arbitrium et prout nobis videbitur, de quo morganatico ordinare et diſponere poterit.* Quandoque vocatur *donum antelucanum*, quod prima diei luce offertur (y). Vel pretium in mane, prout in Folconis diplomate (z): *Anno dominicae incarnationis* 1163. indictione 11. *breve memoriale, quod Folco dedit dominae Gerlint omnia ſua* propter pretium in mane, quando ſurrexit de lecto, *protulit et quidquid ad ſuum dominatum pertinebat.* Sabaudos illam *augmentum dotis vocaſſe*, teſtatur ANTONIVS FABER (a).

§. XVI.

Differt igitur morgengaba a ſponſalitia largitate, quae ante nuptias praeſtatur, morgengaba vero altero poſt matrimonium mane conceditur. Differt etiam a donatione propter nuptias, *ſiue dem Gegenvermächtnüs*, quae dotis intuitu conſtituitur, dum morgengaba nihil cum dote habeat commune. Multo magis differt a dotalitio, quod poſt mariti demum mortem incipit, vt vidua ad neceſſariam vitae ſuſtentationem eodem fruatur. De iſta pro arbitrio vxor diſponit, hoc vero, defuncta vidua, redit ad heredes mariti, et praeſertim ſi ex feudo conſtitutum, ad heredes feudales (b).

§. XVII.

(y) PAVLVS CYPRAEVS *de Sponſalibus c. XIII. ſ. 10.*

(z) IVSTVS FONTANINI *in Vindiciis antiquorum diplomatum aduerſus Germonii Diſceptationem in Appendice.*

(a) *Cod. Sabaud. le Don. a. n. def. 3.*

(b) Prout *Sachſen-Spiegel l. I. art. XX. XXI.*, *Die Frau erbet die Morgengab auf ihre Erben, und mag darnach thun und laſſen was ſie will. Leibgeding aber nicht.* De hac differentia vberius differit MYLERVS ab EHRENBACH *c. XV. §. 3.*

Digitized by Google

§. XVII.

Apud Gallos etiam hoc matutinale donum ab antiquo obtinuiſſe docet PETRVS de MARCA (c), ſcribens: *Chilpericus Roi de Soiſſons poſſeda en conſequence de ce partage, de la Succeſſion de Charibert, les villes de Bourdeaux Limoges, Cahors, Bearn, et Begorre; Et de fait il diſpoſa de ces deux dernières Cités, qui lui apartenoient en la Novem populanie apres le decés de Charibert, au profit de ſa femme, par voye de dot, et de donation matutinale. Car ſuivant l'exemple de ſon frere Sigibert, qui avoit eſpouſé l'an. 565. Brunechilde fille du Roi d'Eſpagne Athanagilde; Il eſpouſa peu de temps apres, Galeſuinte ſoeur de Brunechilde; ſous la promeſſe qu'il fit d'abandonner ſes autres femmes. Le Roi d'Eſpagne fut bien aiſe de placer ſi avantageuſement ſes filles, et leur departit beaucoup de richeſſes en meubles et en deniers, ainſi que remarquent Gregoire de Tours, et le Poëte Fortunat. Chilperic auſſi traicta fort honorablement Galeſuinte, lui donnant tous les avantages qui ſe pouvoient, ſuivant les Loix Gotthiques, que l'on obſervoit en Eſpagne et ſuivant les Loix Francoiſes, ſous leſquelles cette Princeſſe devoit vivre à l'avenir. Car ce Roi lui accorda quelques domaines pour ſa dot, conformement aux Loix Vviſigothiques, qui chargent le mari de conſtituer en dot à la femme, la dixieſme partie de ſon bien, ou ce qu'il aviſera, s'il eſt puiſſant en richeſſes. Outre cela il lui en aſſigna d'autres à tiltre de don du matin, de donation pour nopces, de Doüaire, ou d'Agencement, que les François nommoient morgangiba. Ce qui eſtoit ordinairement compris dans un meſme Contract, qui contenoit la Dot, et la Donation pour cauſe de nopces, comme l'on voit dans les Formules de Marculfe. Les domaines accordés à la Reine Galeſuinte, à tiltre de dot, et d'agencement, conſiſtoient, aux villes et païs de Bourdeaux, de Limoges, de Cahors, de Bearn, et de Begorre, ſelon qu'il eſt*

(c) *Hiſt. de Bearn. c. XVII. n. 6.*

Digitized by Google

eſt enoncé dans le traité des Rois Gontran, et Childebert, chez Gregoire de Tours. Cette Princeſſe fût receuë avec beaucoup d'honneur et de pompe: et gagna l'affection de ſon mari par ſa modeſtie, et bonne conduite; ayant meſme abandonné l'Arianiſme. Mais les artifices de Fredegonde, qui eſtoit la premiere femme, ou concubine de Chilperic changerent tellement ſes inclinations; que Galeſuinte marrie de ſe voir mépriſée, demanda permiſſion de ſe retirer en Eſpagne, offrant de laiſſer à ſon mari les grands Threſors, qu'elle lui avoit portés; mais n'ayant peu obtenir ſon congé du Roi ſon mari, qui taſcha d'appaiſer, ſon eſprit avec quelque diſcours de cajolerie, elle fut eſtranglée dans ſon lict par le commandement de Chilperic, qui reprit Fredegonde peu de jours apres. Gregoire de Tours recommande la ſainteté de cette Reine, et Fortunat n'eſpargne point ſa plume à relever ſon honneur, et à déplorer ſa perte. Les Rois Gontran et Sigibert ne purent ſupporter cette cruauté barbare de leur frere, et pour venger ce crime, et de charger le nom François d'une action ſi honteuſe, qui viole le droit public, et les liens les plus eſtroits de la nature, depoſerent Chilperic de ſon Roiaume, comme parle Gregoire, c'eſt à dire qu'ils ne voulurent le reconnoiſtre pour Roi. Neant moins il ne laiſſa pas de ſe maintenir, et de faire une rude guerre, et des grands progrés dans les Provinces de ſes Freres. Apres le decés de la Reine Galeſuinte, les Cités qui lui avoient eſté acquiſes par ſon Contract de mariage, furent adjugées à la Reine Brunechilde ſa ſoeur, par Arreſt du Roi Gontran, et des Seigneurs du Conſeil de France, pendant la vie des Rois Chilperic et Sigibert, ainſi que l'on aprend du Traité que j'ai deja allegué ches Gregoire de Tours.

§. XVIII.

Origo morgengabae ab antiquiſſimis repetenda eſt temporibus. Fit enim eius mentio in legibus Alemannorum,

Digitized by Google

rum (d), in quibus fuit definitum: *Si autem ipſa femina dixerit: Maritus meus dedit mihi morgengeba, computet quantum valet aut in auro*, aut in argento, *aut in mancipiis, aut in equo, pecuniam XII. ſolidos valentem. Tunc liceat illi mulieri iurare per pectus ſuum, et dicat; Quod maritus meus mihi dedit in poteſtate, et ego poſſidere debeo. hoc dicunt Alamanni* naſtaid; quod nihil aliud eſſe videtur, quam iuramentum vſus fructus *Nieſungs* vel *Nutzungs-Eyd* (f). Vſitata quoque erat morgengaba legibus BVRGVNDIONVM (g) et in legibus RIPVARIORVM (h). Sic etiam morgingap occurrit in legibus LONGOBARDORVM (i).

§. XIX.

Idem obtinuit apud Sueuos, prout in ſpeculo (k): *Nun merckend und vernehmend was ein jeglicher Mann, der von Ritterlicher Art iſt, ſeinem Weib zu Morgengab geben mag, ohn ſeiner Erben Uhrlaub, des Morgens an ihren Bett oder ſo er zu Tiſch gehet, oder ob den Tiſch, ſo mag er geben ſeinen Weib ohn ſeiner Erben Uhrlaub einen Knecht oder eine Magd, die zu ihren Iahren kommen ſind, und zween, und Gezimmer ob der Erde, und als ihr Mann ſtirbet, ſo ſoll ſie das Erdreich raumen in rund 6. Wochen, oder nach den Dreiſſigſten, und ſoll ſie alſo räumen, daſs ſie nicht verwunde oder verkümmere, ſie ſoll es aber die Erben anbieten zu zahlen,*

(e) *L. LVI. n. 2.*

(f) Vide GVNDLINGIVM *de Emptione vxor. c. III. §. 27.*

(g) *Tit. XLII. §. 2.*

(h) *Tit. XXXVII. §. 2.*

(i) *L.I. Tit. IX. l. XII. l. II. Tit. I. l. I. 4. 8. Tit. IV. l. I. 4. Tit. XII. l. I. Tit. IV. l. 15.*

(k) *Cap. CCXCV. p. 29.* ed. BERGER.

Digitized by Google

len, nach frommer Leuth Kuhr, was ihr die heiſen geben, das ſoll ſie nehmen, und hat der Mann icht Erben, wem das Erdreich angehört, dem thu daſſelb. 2) So giebt der Freyherr das 100. Marck giltet, ich meine Fürſten und andere Freyherren, die Mittelfreyen mögen geben 10. Marck giltet, die Dienſtmann der Fürſten mögen geben das 5. Marck giltet. 3) Was ander Leut iſt, die mögen nicht geben, dann das beſte Pferd oder Viehe, das Roſs iſt, und iſt ein eigen Mann Ritter, der mag nicht mehr geben, dann als hiervor geſprochen iſt, dann ſein fahrendes Guts mag er geben 10 Marck ſeinen Weib zu Morgengab, und ein Viehe und ein Roſs, und anders nichts. Der Gebaur der frey iſt, und ander Freyleut die nicht Ritter ſind, die mögen geben zur Morgengab ihren Weibern Roſs und Rinder, und ihr eins 10. Marck, der eigen Mann mag nicht geben, denn ein Schaf oder ein Geiſs, oder 5. Schilling ſeiner Land-Pfennig. 4) Ein Römiſcher König mag ſeiner Frauen geben minder oder mehr, was er will: dem iſt nicht kein Summ aufgeſetzt, giebt aber der des Reichs Gut dar, da hat die Frau nicht rechts an, und wird ein ander König, der hat es mit Recht. Eadem fere habet ius prouinciale Saxonicum (l).

§. XX.

Obtinet etiam apud *Hiſpanos* atque *Luſitanos* morgengaba et vocatur patrio ſermone *de las Arras*, atque in *Caſtellae* legibus eſt ſtatutum, ne quis plus in arrhas, quam decimam partem bonorum dare poſſet (m). In *Catalonia* eadem obtinet et *ſponſalitium*, vel *ſcreix* vocatur, quod lucratur vxor marito ſuperuiuens, daturque ob amiſſam virginitatem. Poſſidet illud vxor, dum viuit, poſt eius vero mortem adquirunt liberi communes; niſi declarauerit vxor in vita, velle ſe, medietatem ad alios peruenire, quia

(l) *Lib. I. c. XX.* vide quoque gloſſam *von Lehn-Recht, art. XXVI. n. III.* verbo morgengab; gloſſa in WEICHBILD, *art. XXII. pr.*
(m) MYLERVS *c. XV. §. IV.*

Digitized by Google

quia de hoc ſponſalitio poteſt diſponere (n). In *Aragoniae* regno vocatur *firma dotis*, vel ſermone vulgari *Excrex*, quod etiam femina lucratur (o): In regno *Valentiae* idem obtinet (p). Quod et in regno *Neapolitano* (q) *et Siciliae* locum habet (r). Tale dotarium vxori poſt primam concubitus noctem, ratione virginitatis maculatae, oſculi dati et amiſſae pudicitiae debetur. In regno *Sardiniae* itidem vocatur *Esgreitz et ſponſalitium.* Inter illuſtres quoque ducatus *Sabaudiae* morgengaba *dotis augmentum* dici moris eſt, cuius tantus eſt fauor, vt illud etiam, citra vllam conuentionem, ipſo iure debeatur (s).

§. XXI.

Quantitas morgengabae eſt arbitraria, quandoque tamen per pacta gentilitia vel leges fuit definita. Iure Longobardico morgengaba quartam ſubſtantiae partem conſtituebat, non vltra, de quo lege Luitprandi (t) eſt ſtatutum: *Morgincap nolumus vt amplius ſit, niſi quarta pars de eius ſubſtantia, qui ipſum morgincap facit. Siquidem minus voluerit dare de rebus ſuis, quam ipſa quarta portio ſit, habeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit. Nam ſuper ipſam*

quar-

(n) MYLERVS *c. l.*

(o) ALPH. de SESSE *Deciſ. Arragoniae L. II. n. I.* LVDOVICVS CASANALE *Conſ. LIV. n. 53.* MYLER. *c. l. §. V.*

(p) DOM. IVAN. VALER. *in Tract. de Different. vtriusque fori verb. Matrimonium diff. XII.*

(q) *Conſt. regni l. III. Tr. de Dotariis conſtituendis XVI.* MATTH. de AFFLICTIS *Dec. Neapol. CCXLII.* MOLFES *ad Conſtit. regni Neap. p. 121. de Iure quartae n. I.*

(r) MARCVS MVTA *ad conſuet. Panor. CCXLIII. n. 77.* CASS. MASVILLA *l. I. dec. LXXIII. n. 13.* MYLER. *c. l.*

(s) MYLER. *c. XV. §. 5.*

(t) *L. IV. c. I.*

quartam portionem dare nullatenus poterit. Adducit tamen IVSTVS FONTANINI chartam, in qua morgengaba omnem adimplet ſubſtantiam (u) *Anno dominicae incarnationis 1163. indictione II. breue memoriale, quod Fulco dedit dominae Gerlint omnia ſua propter pretium in mane, quando ſurrexit ex lecto, protulit ei, quidquid ad ſuum dominatum pertinebat.*

§. XXII.

De iure Saxonico dictum fuit ſupra (x). Simili modo, quae iure Sueuico obtineant, indicauimus (y). His addi poteſt, iure Saxonico inter priuatos hancce obtinere morgengabam (z): *Zur Morgengab, nach Sächſiſchem Recht, gehöret alles Feldgäng weibliche Viehe, als: Kühe mit den Kälbern, Ziegen, Schweine und Sau-Mütter, die für den Hirten gehen, ſodann alle unbeſattelte Pferd* ſcilicet *Mutter-Pferd, ſo täglich auf die Weid gehen, und die man nicht einſpannet.* Inter illuſtres tamen hoc moris non eſt, verum ſolet illuſtris maritus, vel Clenodia vel certam pecuniae ſummam altero poſt nuptias mane offerre, vel etiam morgengaba pactis dotalibus promitti, ita tamen, vt conſuetudo cuiuslibet familiae illuſtris ſit pro norma, ne ſit grauamini et praeiudicio.

§. XXIII.

Iure *Bauarico* eſt definitum (a): *Der Frauen ſolle folgen, was ſie zu ihren Mann gebracht hat, und ihr Morgengab, da eine bedingt worden.* Sic in pactis dotalibus, inter Henricum ſeniorem ducem Brunſuicenſem nomine filii Henrici iunioris, et Vdalricum ducem Wurtenbergen-

(u) *Vindic. antiqu. Docum. Append.*

(x) *Sect. I. §. 14.*

(y) *Vide §. 19.*

(z) *Spec. Sax. l. I. art. XXIV.*

(a) *Bayriſch Land-Recht l. I. Tit. I. §. 1.* BALTHAS. *l. I. Var. Reſol. Tit. II. Reſol. I. n. 7. 8.*

Digitized by Google

genſem nomine ſororis Mariae a. 1510. inter alia fuit conuentum: *Es ſolle auch unſer Herzog Heinrichs des ältern, zu Braunſchweig Sohn, die obgemelte ſeine Gemahlin Fräulein Maria, ſo er beygeſchlaffen hat, bemorgengaben, nach ſeiner Ehren und Gefallen.* (b) In quibusdam tamen regnis morgengaba certa quantitate fuit determinata, prout ex Luſitanico et Caſtellae regno exempla adducit MYLERVS (c), quae tamen potius ad dotalitii, quam morgengabae faciunt quantitatem, prout paullo poſt (d), ipſe fateri neceſſum habet.

§. XXIV.

Hanc etiam morgengabam a marito, conſtante matrimonio fieri poſſe, docet MYLERVS (e): mortuo tamen marito, niſi fuerit promiſſa, peti nequit, prout etiam MEVIVS (f): *Si nihil promiſſum reperiatur, de dono matutinali, non ex eo ſolo, quod dari vſitatum eſt, aut certa aeſtimatio ſtatuto praeſcripta fuit, debetur aut peti poteſt. Donatio quippe eſt, quae proficiſcitur ex voluntate dantis, non vero ex iuris neceſſitate, prout in dicaſterio Wolgaſtenſi fuit deciſum.*

§. XXV.

Hunc autem effectum habet morgengaba, vt vxor nouella, illam rem, morgengabae loco traditam, pleno iure adquirat, licet etiam ſolutio vsque ad mariti mortem fuerit dilata. Ideo liberam facultatem habet de eadem re per actus inter viuos atque vltimae voluntatis diſponendi, eandem alienandi, obligandi, oppignorandi, donandi, prout ex tabulis dotalibus patet: *Mit welcher Morgengab Ihre Liebden Fräulein* Engeltrudis *als deren Frey Eigenthum*

(b) MYLERVS *c. XVII.* §. *2.*
(c) MYLERVS *c. XVII.* §. *3.*
(d) *Idem l. XVII.* §. *IV. fin.*
(e) *C. XVII.* §.7.
(f) *Ad Ius Lubecenſe l. I. Tit. VI.*

Digitized by Google

Ihres Gefallens, handeln, ſchalten, walten, thun und laſſen mag, nach Morgengabs-Gebrauch und Recht (g). Et alia: *nos Petrus damus quoque et numeramus poſt primum Thalami ingreſſum coniugi noſtrae, amicabilis compenſationis et recreationis gratia duo millia imperialium cum liberrima adminiſtrandi poteſtate in tantum, vt de hisce nummis libere diſponere, eaque cuique velit, etiam extraneo, donare, legare, vel tradere poſſit* (h). Immo, ſi maritus conſtante matrimonio, quod ad morgengabam fuerat deſtinatum, oppignorauerit, vel vendiderit, vidua iuramento praeſtito, poterit vindicare; prout in legibus Alemannicis (i) fuit definitum: *Si autem ipſa femina dixerit, maritus dedit mihi morgengaba, computet quantum valet aut in auro aut in argento, aut in mancipiis, aut in pecuniam duodecim ſolidos valentem. Tunc liceat illi mulieri iurare per pectus ſuum et dicat: Quod maritus meus mihi dedit in poteſtate, et ego poſſidere debeo. Hoc dicunt Alemanni Naſtait.*

§. XXVI.

In morgengabam interdum certae conceduntur terrae. Sic Tancredus Ateſtinus, qui ſe marchionem Longobardorum vocabat, et Hugonis filius erat, vxori Getae in teſtamento feuda quaedam iure allodii reliquit, verbis: Volo etiam, vt vxor mea Gotha habeat in allodium feudum Hugonis Talamaſſi et feudum Graſſi de Runcho nomine ſcilicet morgincap (k). Folco etiam comes vxori ſuae, quicquid ad dominatum ſuum ſpectabat, in morgengabam conceſſit (l). Quod ſi morgengaba in terris fuiſſet conceſſa, hoc ad vitae ſaltim dies fiebat, prout patet ex tabu-

(g) Plenius haec ſingula declarat MYLERVS *c. XVIII.*
(h) HENR. BRVLAEVS *de renunciatione filiarum cauſ. 3. c. II.*
(i) *Tit. LVI. n. 1.*
(k) Antiquitat. Ateſtinis *p. 332.*
(l) Supra § *11.*

Digitized by Google

tabulis dotalibus Raynoldi, Geldriae ducis, Mariae Harcurtiae conceſſis apud PONTANVM (m): *Et ſimul, quo domino noſtro regi ac duci Aureliano magis magisque iungeremur, et ei grata amicaque faceremus, tum etiam vt coniux noſtra ſe ſuamque perſonam ac ſtatum vniuerſum tutari luculentius poſſet*, ei in antiphernam (morgengabam *vulgo dictam*) *aſſignauimus ſatrapiam atque arcem Bornenſem, vt iis earumque reditibus in vitam vtatur, fruaturque.*

§. XXVII.

Quod ſi exempla morgengabae conſideremus, ea apud reges rariora reperire licebit. In Michaelis Poloniae regis tamen tabulis nuptialibus cum Eleonora Ferdinandi III. imp. filia a. 1670. dicitur (n): *Saluo donatiuo nuptiali duorum millium Vngaricalium in vtriusque Zuppis Vielicenſi et Bochnenſi aſſignato, quod extenuationi minime ſubeſt, et integra item ad vitae tempora a ſereniſſima Regina recipietur.*

§. XXVIII.

In Chriſtierni II. regis Danorum tabulis nuptialibus cum Eliſabetha Auſtriaca a. 1514. (o), *contra dos* atque *donatio propter* nuptias expreſſis verbis diſtinguuntur, et ſub donatione propter nuptias morgengaba intelligitur, his verbis: *Donationem autem propter nuptias faciet ſereniſſimus rex Daniae ad bene placitum ſuum ſeu iuxta regiam munificentiam.* In tabulis Vladislai IV. cum Ludouica Maria de Gonzaga 1645. (p): n. XI. *Il ſera au pouvoir de ſereniſſime Roi de Pologne de faire à ladite Princeſſe apres l'accompliſſement du Mariage quelque don nuptial, qui ſoit digne d'une Reine pour lui témoigner d'autant plus d'eſtime qu'il fait de ſa vertu et de ſon merite et de l'amitié qu'il lui porte.*

§.XXIX.

(m) *Hiſt. Geld. l. VIII p. 363.*
(n) Extat apud LVNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. T. II. p. 663.*
(o) Apud LVNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. T. I. p. 515.*
(p) Apud du MONT, *T. VI. P. I. p. 328.*

Digitized by Google

§. XXIX.

Frequentia vero apud Germanos vel Germaniae finitimos principes reperiemus exempla. In domo Bauarica tabulae dotales inter Albertum Bauariae ducem atque Caroli V. imp. filiam a. 1534. decem florenorum millia definiunt (q). In tabulis dotalibus Maximiliani Bauariae electoris cum Maria Anna Ferdinandi II. filia a. 1635. promittit elector ſponſam *zu bemorgengaben mit 50000. Gulden.* (r)

§. XXX.

Io. Fridericus, Saxoniae tunc princeps electoralis, dum Sibyllam Cliuenſem duceret in matrimonium, in tabulis dotalibus a. 1526. (s) ita fuit prouiſum: *Der Morgengab iſt es dermaſſen abgeredt, daſs wir Herzog Iohannes Churfürſt, durch unſern Sohn dieſelbige Seiner Lbd. Gemahl, wie das Herkommen des Hauſes zu Sachſen iſt, bemorgengaben und verſorgen wollen laſſen.* Io. Wilhelmus Saxoniae dux Dorotheam Suſannam Palatinam a. 1560. ducens quatuor millium florenorum promittit morgengabam his verbis: (t) *Und darneben inſonderheit freundlich bewilliget haben, daſs wir alsbald ſolch Beylager mit gedachter unſer künftigen und freundlichen lieben Gemahlin geſchicht, mit einem ſtattlichen Kleinod, und darüber mit 400. Gülden Müntz, 21. Groſchen vor 1. Gülden gerechnet, jährlicher Zins und Morgengabe, die bey unſern Leben alsbald angeben, und Ihrer Liebe järlich folgen ſollen, bemorgengaben wollen, welches Ihrer Lbd. nach unſern tödtlichen Abgange, ſo Sie den erleben würden, mit 4000. Gülden Haupt-Guths, ſo es Ihro Lbd. ſuchen und begehren würden, von unſern Erben abgelöſet ſollen werden, damit dann Ihre Lbd. bey*

(q) Extant tabulae apud LVNIGIVM *Contin. II. p. 148.*
(r) Apud du MONT. *T. VI. P. I. n. LXXII. p. 112.*
(s) Apud DITHMARVM *Cod. Diplom. n. CVI.*
(t) Apud DOM. de LVDOLF. *App. P. III. p. 58.*

Digitized by Google

bey Ihren Leben, und nach unſerm tödlichen Abgange, nach Ihrer Liebden Gefallen zu handlen und zu gebaaren, auch dieſelben 4000. Gülden, wann, wie, wem, oder wohin es ihrer Liebden gefällig ſeyn würde, zuverſchaffen, zu verſchencken und zu vergeben Macht haben, welches auch Ihrer Liebden mit genugſamer Verſchreibung verſichert und verſehen werden ſoll. Fridericus Guilielmus dux Saxo-Altenburgenſis ſponſae ſuae Sophiae Würtembergenſi in tabulis dotalibus a. 1583. promittit: *Es ſoll auch Seine, Herzogs Friedrichs Wilhelms, L. Fräulein Sophien, Dero Gemahlin, den Morgen, da E. L. beygeſchlaffen haben, bemorgengaben mit 8000. Gülden obbemelter Wehrung, davon ſie eines jeden Jahrs 400. Gülden zugült, oder den Werth nach Anſchlag Herren Gülden, wohl gehaben möge, die auch Ihr Lbd. jährlich nutzen und genieſen mag. Darum ſoll Ihr Lbd. auch verwieſen und verſorget werden, mit Brief und Siegel auf gedachtes Schloſs, Städt und Aemter Dornburg und Camburg, oder, da künftig einiger Mangel daſelbſt verfiele, Ihre Liebden auf andern unſern gewiſſen Fällen nothdürftiglich verſehen, daſs Sie des alles ſicher und wohlhabend ſeyn, und dermaſſen ob Ihrer Lbd., die nicht wieder auf Ihre ehegezeugte Kinder, und Dero nächſte Erben wenden und bringen würde, daſs Sie ſich denn ſolcher Morgengabe, ſonſten zu gebrauchen, Macht und Gewalt habe, die zu verſchaffen und zu vergeben, wohin Ihre Lbd. nach Morgengabs-Freyheit und Recht, und ſonderlich nach Freyheit der geſchriebenen Rechte, darinnen etwan das* Senatus Conſultum Velleianum *die Frauen zu ſolchen gröſsl. befreyet und bedacht hat, ungefährl.* (u)

§. XXXI.

In Alberti Friderici, Boruſſiae ducis, tabulis dotalibus cum Maria Eleonora Cliuenſi a. 1572. (x) dicitur: *Der*

(u) *c. l. p. 66.*

(x) Apud DITHMARVM *C. CXXX.*

Digitized by Google

Der Morgengab halben iſt abgeredt, daſs wir Albrecht Friedrich dieſelbe unſere zukünftige Gemahl Fräul. Maria Leonora nach Fürſtl. Herkommen und Stamme bemorgengaben, und verſorgen wollen. Magnus ille Brandenburgicus elector, Fridericus Guilielmus, dum Ludouicam, Friderici Henrici, principis Arauſionenſis, filiam duceret coniugem d. VII. Decembr. 1646. in tabulis dotalibus (y) promiſit: n. V. *Ledit Prince Electeur Frederic Guillaume a promis de ſon côté pour lui, ſes heritiers et ſucceſſeurs à donner à laditte Princeſſe Louiſe ſa bien aimée future Epouſe le lendemain de la conſommation de Mariage un preſent d'une rente de mille Risdales, qui lui demeureront en entiere proprieté, et de l'aſſeurer, par un Ecrit convenable, qu' on lui en payera ſans faute tous les trois mois la ſomme de deux cens cinquante Risdales, qui ſeront pris ſur les Deniers des revenus de ſon Alteſſe Electorale, et dont elle jouira ſa vie durant, outre ce dont elle jouira par ſa qualité de Veuve.*

§. XXXII.

Philippus Ludouicus, comes Palatinus, in tabulis ſuis dotalibus (z) a. 1574. ſponſae ſuae Annae Iuliacenſi promittit: *Dargegen ſollen wir Pfalz-Graf Philipps Ludewig alsbald ſolches Beylager geſchicht, bemeldtes Fräulein Anna mit Ihrer Morgengab, als nemlich 4000. Gulden, jeden Gulden zu 15. Patzen oder 60. Creutzern gerechnet, verſehen und begaben, damit Ihr Lbd. handeln, thun und laſſen mag, nach derſelben beſten Gefallen, und wie Morgengab Recht und Gewohnheit iſt, und nach dem gebräuchlichen Herkommen, auch abgeredt iſt, das allererſt, da Ihr Lbd. unſern Fall erlebet, welches zu Gott dem Allmächtigen ſtehet, die Verzinſung der Morgengab, als nemlich 200. Gulden angeregter Wehrung folgen ſoll, ſo wollen wir Ihrer Lbd. gleich nach dem Beylager jährlichs 400. Thaler, und da-*

(y) Apud du MONT. *T. VI. P. I. n. CCVIII. p. 335.*
(z) Apud DITHMARVM *n. CXXXI.*

Digitized by Google

davon alle Quatember 1 hundert Rthl. zu tägl. Hand-Geld haben, zu gebrauchen, reichen und geben laſſen. Eadem verba habentur in pactis dotalibus Ioannis comitis Palatini cum praefatae Annae ſorore a. 1579. (a)

§. XXXIII.

In tabulis dotalibus inter Philippum Badenſem marchionem atque Sibyllam Iuliacenſem a. 1586. (b) decernitur: *Hergegen ſoll hochgedachter Herr Philipps Marggrafe alsbald ſolch ehelich Beyliegen geſchehen, Seine verſprochene Gemahlin hochernante Fräulein Sibylla mit einer Fürſtlichen Morgengab, als nemlich 6000. Gulden, jeden Gulden zu 15. Patzen oder 60. Creutzer gerechnet, verſehen und begaben, damit ſie thun, handeln und laſſen mag nach ihrem beſten Gefallen, und wie Morgengabs-Recht und Gewohnheit iſt, und nach dem gebräuchlich Herkommen, auch bedingt iſt, daſs allererſt, da hochernante Fräulein Sibylla, ihres verſprochenen Ehe-Gemahls Fall erlebet, welches zu Gott dem Allmächtigen ſtehet, die Verzinſung der Morgengaben, nemlich 300. Gulden, angeregter Wehrung, jährlichs folgen, auch aus den Herrſchaften Lahr und Mahlberg verzinſet werden ſollen, ſo wird Herr Philipps Marggrafe, hochgedachter Fürſtin ſeiner künftigen Gemahlin gleich nach den Beylager mit einem anſehnlichen Cammer-Geld zu täglichem Hand-Geld habend, zu gebrauchen, aller Gebühr zu erzeigen wiſſen.*

§. XXXIV.

Adolphus Fridericus, dux Megapolitanus, Iohannae principi Saxo-Gothanae, quae ipſi a. 1702. in manum conuenit, ſedecim thalerorum millia in morgengabam adſignauit, his verbis: (c) *Hinwieder, und wann das Fürſtl. Beylager geſchehen, wollen wir Herzog Adolph Friedrich, un-*

(a) Apud DITHMARVM *n. CXXXIII.*
(b) Apud DITHMARVM *n. CXXXIII.*
(c) Apud THVCELIVM *Actis Publicis T. II. p. 262.*

ſerer künftigen Gemahlin Princeſſin Iohannen, Herzogin zu Sachſen Lbd. nebſt einem Fürſtl. Praeſent eine ſonderbahre Verſchreibung auf 6000. Rthl. Haupt-Geld, ſolche jährlich nach geſchehenen Fürſtlichen Beylager mit 300. Rthl. als 5. pro Cento, zu verzinſen, zur Morgengab überreichen laſſen, damit Ihro Lbd. mit ſolchem Gelde, (davon ſie das Capital, nach Dero Gefallen entweder ſtehen zu laſſen, oder aufzukündigen, jederzeit Macht hat,) gleich ihren proper Guth nach Morgengabs-Recht und Gewohnheit, frei zu ſchalten und zu walten habe, alles nach Inhalt der abſonderlichen Morgengabs-Verſchreibung, und darüber ausgefertigten Notul. Auch wollen Ihro Lbd. über dieſes alljährlich mit 2000. Rthl. obiger Münz und Sorten, vermittelſt einer geſicherten Aſſignation auf die bereiteſte unſers Fürſtenthums Ratzeburg Revenüen, zu Hand- und Kleider-Geldern Standmäſſig verſorgen und verſehen, und daneben die Praeſenten bey Ehren-Sachen und ſonſten, verſchaffen laſſen, auch Dero ſämmtliche Bediente, gleich denen Unſrigen, mit aller Verpflegung und Unterhalt gehörig verſehen.

§. XXXV.

In tabulis dotalibus inter Ioannem Naſſouium atque Eliſabetham Haſſiacam a. 1478. dicitur: (d) *Der benant Iohann, Grave zu Naſſau, unſer lieber Schwager, ſoll auch die vorgenant Frau Eliſabeth, unſer liebe Dochter, bewiddemen und bemorgengaben mit 800. Gülden Morgengabe, macht in einer Somme zuſammen 1200. Gülden, jerlicher Renthe, doch das alles nicht länger zu beſitzen oder zu gebrauchen, dann ihr lebtage lang, nach Wydoms Recht.*

§. XXXVI.

noſtro praeſenti roboramus: ea lege, vt cum et quando ſua ſerenitas, alte memoratas Praefecturas, et bona ſua reformatoria in poſſeſſionem receperit, tantum de ſumma Prouiſionis annuae Bouchnenſis ducta proportione detrahatur; quantum quaelibet Praefectura fructus et reditus annui ſuae ſerenitati realiter et effectiue importabit. Qua quidem Prouiſione Bochnenſi, tota et integra, per ratas infallibiliter, et ſine dilatione, aut minima diminutione numeranda, et exſoluenda ſereniſſima regina pleno iure vtetur et fruetur vsque ad extenuationem eius per aſſecutionem et poſſeſſionem pacificam dictarum Praefecturarum alias ad vitae ſuae tempora ſaluo donatiuo nuptiali duorum millium Vngaricalium in vtrisque Zuppis Vielicenſi et Bochnenſi aſſignato, quod extenuationi minime ſubeſt et integre item ad vitae tempora a ſereniſſima regina recipietur. Quam quidem Prouiſionem annuam Bochnenſem et omnia ac ſingula eius certitudinem, et ſecuritatem concernentia, verbo noſtro regio, et ſub cautione, obligationeque in pactis matrimonialibus, ſeu litteris tractatus eius comprehenſa, adeoque ſenatus noſtri conſilio et conſenſu publico, comitiorum auctoritate accedente, integre et inuiolabiliter nos, ſucceſſoresque noſtros obſeruaturos, noſtro, ſucceſſorumque noſtrorum regum Poloniae nomine recipimus, promittimus, et bona fide, dolo et fraude ſemotis, ſpondemus. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium haſce manu noſtra ſubſcriptas ſigillo regni noſtri communiri iuſſimus. Datum Varſauiae, die ſeptima menſis Nouembris, Anno Domini 1670. regni noſtri II. Anno.

§. XV.

Chriſtiernus II. Daniae rex Eliſabethae Auſtriacae ſponſae ſuae a. 1514 talem adſignat contra dotem: *Item conuentum et concordatum eſt, quod idem ſereniſſimus Chriſtiernus, rex Daniae imprimis aſſecurabit et aſſignabit eidem ſereniſſimae Heliſabeth pro dote, et contra dotem ſuam ſuper locis infra ſcriptis et aliis de XXVII. florenis auri in annuis reditibus*

bus ſuper Caſtro Redensborch, cum praefectura, ciuitate et Theolonio ibidem, item ſupra praefectura Theolonio in Hanrau. Item ſuper Caſtro Glambecic cum oppido atque tota terra Vemerii; Item ſuper Nikopinge cum oppido et praefectura ibidem: Item ſuper oppido Stubbe Kopinge in Falſtria ſito: Item ſuper Caſtro Alboln cum praefectura atque oppido Nigeſtedi ibidem: Item ſuper Caſtro Englberch cum praefectura ibidem: Item ſuper duobus oppidis Naskau et Saskopinge in Lalandia ſitis, cum omnibus ſupra dictis eorum regalibus, prouentibus, redditibus, iurisdictionibus, ſuperioritatibus et pertinentiis, ſicut hactenus praefatus ſereniſſimus rex habuit, poſſedit et vſus fuit. Quae loca, ſi non aſcendent ad dictam ſummam XXV. M. florenorum auri in annuis redditibus, tum idem ſereniſſimus rex teneatur, et ſit obligatus, in locis ſuis conſignare, et ſupplere ad completam et integram ſummam XXV M. florenorum in annuis redditibus (x).

§. XVI.

Inter Germaniae principes donationis propter nuptias in terris conſtitutae exemplum exhibent tabulae dotales inter Leopoldum, Auſtriae ducem, et Catharinam Sabaudicam a. 1310. (y) in quibus: *Et quia dotis cauſa ſemper et vbique debet eſſe praecipua. Nos Lupoldus dux, praefatae Caterinae Sponſae noſtrae damus in recompenſam et augmentum dotis, octo millia marcharum argenti, vt ſeruetur aequalitas hinc inde, et pro dote praemiſſa, eidem ſponſae noſtrae aſſignamus Villas noſtras et oppida noſtra, et fratrum noſtrorum inferius ſcripta cum omnibus pertinentiis, iurisdictionibus et iuribus, vt ex illis mille ſexcentas marchas argenti annui redditus percipiat libere et quiete, quousque de ſexdecim millibus marchis argenti ſibi per nos vel*

(x) Apud LVNIGIVM *Cod. Germ. Diplom. T. I. p. 574.*

(y) Extant apud GVICHENON *Preuves p. 159.*

Digitized by Google

vel heredes noſtros fuerit ſatiſfactum. Villae et oppida illa ſunt haec, Willeſowe, Sempach, Surſe, Arowe, Lentburg, Bremgarten. Et ſi bona ſeu redditus praedictarum Villarum ad redditus mille ſexcentarum marcharum argenti extendere non voluerint, ex nunc eidem Caterinae reddutus viciniores in Villis aliis et oppidis noſtris, vel fratrum noſtrorum excepta Villa Friburgi, vsque ad complementum, debemus ſine aliqua dilatione aſſignare. Eſt etiam conuentum, quod ſi nos eidem Caterinae praemori ſine liberis contingeret, ipſa in dictis ſexdecim millibus marchis argenti hereditario iure ſuccedet. Et ſi e conuerſo ipſa Caterina nobis praemoreretur absque liberis, in eisdem ſexdecim millibus argenti ſuccedemus, ſine impedimento.

§. XVII.

In tabulis dotalibus inter Albertum Bauariae ducem atque Mariam, Caroli V. imp. filiam a. 1534. definitur: (z) *Die angezeigten 50000. Gulden Heyraths-Guth, ſoll der junge Herzog Albrecht der jungen Königin mit 50000. Gulden Rheiniſch angezeigter Wehrung widerlegen.*

§. XVIII.

Maximilianus I. Bauariae elector coniugi ſuae Mariae Annae, Ferdinandi II. filiae, a. 1635. promittit: (a) *Vorbeſtimmtes Heyraths-Guth ſollen und wollen wir Maximilian Pfalz-Graf und Chur-Fürſt, unſerer Gemahlin Frauen Maria Anna widerlegen, gleichfals mit 100000. Gulden Reiniſch guter Landes-Wehrung.*

§. XIX.

Maximiliani filius Ferdinandus Adelheidi Sabaudae a. 1650. donationem conſtituit doti aequalem, his verbis: (b) *E conuerſo praenominatus sereniſſimus Bauariae elector in compenſationem ſupradictae dotis numerandae nomine ſere-*

(z) Apud LVNIGIVM *Cont. II. p. 148.*
(a) Apud du MONT. *T. V. P. I. p. 112.*
(b) Apud du MONT. *T. VI. P. I. n. CCLXXXIV. p. 568.*

Digitized by Google

reniſſimi filii ſui principis Ferdinandi Mariae ſereniſſimae principi Adelbaidi eandem dotis realiter numerandae et terminis ſupra ſtatutis numerandae (quae numeratio omnino facienda eſt, quiscunque tandem caſus inter ſereniſſimos coniuges interuenerit) ſummam videlicet ducenta millia coronatorum in auro ſeu ſcutatorum aureorum Italiae aut iuſtum eorundem valorem loco donationis propter nuptias dare promittit.

§. XX.

In sereniſſima gente Saxonica, Wilhelmus III. Friderici Bellicoſi filius quartus, fortis dictus, ſponſae ſuae Annae Auſtriacae, Alberti II. imp. filiae, cui triginta ducatorum Vngaricorum millia in dotem fuerunt promiſſa, ſexaginta ducatorum millia in donationem propter nuptias, *zur Widerlegung*, promittit, prout ex ipſis tabulis (c) d. 20. Iun. 1446. patefcit, in quibus: *Dargegen geloben und verheiſſen wir Friedrich und Wilhelm, Herzogen zu Sachſen vorgenandt, der ehgenandten Iungfrauen Annen, unſer Herzog Wilhelms Gemahlin, zu rechter Widerlegung ſolcher obberührter Summ, 3000. Gülden Ungeriſch und Ducaten, unverzüglich, und nachdem wir ehelichen bey ihr gelegen ſeyn, 30000. guter Gülden Ungriſcher und Ducaten der obberührten Gülden, und ſie darum und auch um die vorgenandt 30000. Gülden Heyrath-Guths, das alles zu einer Summ machet 60000. Gülden Ungeriſch und Ducaten, nach Nothdurft beſorgen, damit ſie daran habend ſey ungeverlich; Es ſollen auch dieſelb Heyraths-Guth und Widerlegung alweg zu rechter Zeit angelegt, vorſchrieben und verſorgt werden, als in unſern Fürſtenthum Heyrath-Guths und Widerlegung Recht und Gewohnheit iſt, damit ſolchermaſe daſſelbe Heyrath-Guth und Widerlegung, ob es zu Schulden kem, wieder dahin gefallen, von dannen ſie herkommen ſind, und da ihr jegliches, als obgerührt iſt, rechtlich und gewöhnlich hingefallen ſol verglichen. Und was Brief*

(c) Apud Dom. de LVDOLF. *App.* P. III. p. 58.

alſo der ebgenandten Jungfrauen alſo zu Verſorgniſs ihrer ebgemeldten Heyrath-Guths und Widerlegung gebühren zu geben, Dieſelben wir unſern obgenandten gnädigen Herrn König Friedrichen oder ob er nicht wäre, ſeinen Erben, die dann das Land Oeſterreich inn hätten, antwurtten und geben ſollen und wollen zu der benandten Jungfrauen Annen Handen. Und das alles, ſo vorn geſchrieben ſteht, geloben wir ebgenandter Herzog Friedrich, mit ſamt unſern benandten Bruder Herzog Wilhelmen für uns, und unſer Erben, die unſern Fürſtlichen Würden und Ehren ganz ſteet gehalten und volführt werden, alles getreulichen und ongeverde. Und als oft wir oder unſer Erben um einen oder mehr Artickel und Inhaltunge dies Brieffes, uns vorberührend, unrichtunge und vollen than haben, alſo oft ſoll uns unſer obgenandter gnädigſter Herr, der Römiſch König, ſin obgerührten nachkommen Erben oder Inhalter der Kinder oder Landes zu Oeſterreich, darum volle Quittung verſiegelt geben, ohn Geverde.

§. XXI.

Io. Wilhelmus Saxoniae dux a. 156. Dorotheae Suſannae Palatinae donationem propter nuptias conſtituit doti aequalem tali ratione: (d) *Und gegen obgeſezten 32000. Gülden zubringenden Heyrath-Guths, wollen wir gedachtem Fräulein Dorotheen Suſannen als unſerer geliebten Gemahlin, auf unſerm Amt und Schloſs Sachſenburg, ſamt denen darzu gehörenden Dörffern, Höfen, Renthen, Zinſen, Gülden, Obrigkeiten, Herrlichkeiten, Gerechtigkeiten und Zugehörungen, auch Vorwerckern, Gehölzen, Fiſchereyen und Jagden, 32000. Gülden Heyrath-Guths, und dann 32000. Gülden, obberührter Wehrung Widerlegung und Gegen-Geldes, welches denn in einer Summa 64000. Gülden anträgt, verſchreiben auch hiermit, und in Krafft des Briefs, und darüber Ihrer Lbd. eine ſonderliche Leib-Gedings-Verſchreibung aufrichten zu laſſen, zugeſagt und verſprochen*

(d) Extant apud MVLLERVM *Staats-Cabinet P. IV. c. VII. p. 208.*

Digitized by Google

eben haben wollen, alſo, daſs Ihre Lbd. 6400. Gulden jährlicher Nutzung und Gefäll, wann es Ihrer Liebden zu Einräumung ihres Witthenthums, davon hernach Meldung geſchicht, käme, nach Brauch und Herkommen, zum theil an gewiſſen Nutzungen, nach Landes-Gewohnheit, nicht zum Höchſten, noch geringſten Innhalten des Erb-Regiſters anzuſchlagen, ſo hoch ſich ſolches Amts und Schloſſes Nutzung erſtrecket, wohlgehaben und ſicher ſeyn möge.

§. XXII.

In tabulis nuptialibus Friderici Guilielmi, ducis Saxo-Altenburgenſis cum Sophia Würtenbergica a. 1583. dicitur: (e) *Solche obgedachte Summa zugebrachts Heyraths-Guths, nemlich 32000. Gülden, wollen wir der Churfürſt zu Sachſen durch unſern Vettern und Pfleg-Sohne, Herzog Friedrich Wilhelmen, etc. der ehegenandten Fräulein Sophiae widerlegen mit 32000. Gulden obgemeldter Wehrung, macht in einer Summa zugebaartes Heyraths-Guths und Widerlegung 64000. Gülden, die ſollen und mögen, nach Ländlicher Achtung eines jeden Iahrs, als ſie von 20. Gülden Haupt-Guths einen Gülden Zugült jährlichen eintragen, macht 3200. Gülten am Gült, die zu ihrer, beeder Ew. Lbd. Fürſtl. Stand und Auskommen dienen ſollen.*

§. XXIII.

Rupertus ſenior, comes palatinus Rheni in tabulis nuptialibus inter Rupertum iuniorem et Caroli V. Gallorum regis filiam a. 1379. promittit: (f) *Et quod dictae dominae Catharinae*, donationem propter nuptias et dotalitium aequiualens et in valore conſimili doti, *per dictum dominum regem Franciae dictae dominae Catharinae eius filiae dandae et aſſignandae dabimus et aſſignabimus, in caſtris, villis, domaniis, redditibus, nobilitatibus, iuſtitiis, etiam in terris.*

(e) Apud LVNIG. *Contin. II. p. 382.* Dom. de LVDOLFF. *App. P. III. p. 82.*

(f) Extant apud du MONT, *T. VII. P. I. n. CCVIII. p. 355.*

§. XXIV.

Rupertus Romanorum imp. in tabulis nuptialibus inter filium ipſius Ludouicum atque Blanchiam Henrici IV. regis Anglorum filiam d. VII. Mart. 1401. (g) donationem propter nuptias concedit ad valorem annuum IV. millium nobilium his verbis: (h) *Item quod in compenſationem praemiſſorum, dominus Rupertus rex Romanorum et eius filius dominus Ludouicus ſaepe fati, aſſignabunt praefatae dominae Blanchiae ad vitam ſuam, et, poſt ipſius obitum, heredibus de huiusmodi matrimonio procreatis dabunt, propter nuptias, caſtra, dominia, poſſeſſiones, villas, curias et praedia iuxta Rhenum, vel in ducatu Bauariae, ad valorem annuum IV. M. eorumdem nobilium, ipſamque in dominiis, caſtris, terris, poſſeſſionibus, villis, curiis et praediis huiusmodi, ſibi, et heredibus ſuis huiusmodi poſſidendis, ſufficienter et legitime feoffabunt, et clam facient et aſſecurabunt congruis literis patentibus ac in poſſeſſionem eorumdem ipſam dominam Blanchiam ſeu ipſius ad hoc Ittornatos immittent, ponent et inducent realiter et cum effectu, ante ſolempnizationem matrimonii ſupradicti.*

§. XXV.

Philippus Ludouicus palatinus in tabulis (i) nuptialibus cum Anna Iuliacenſi a. 1574. promittit: *So bald auch obgedachte Bezahlung der 25000. Gulden Heyraths-Guths geſchicht, ſo ſollen und wollen wir ohne längern Verzug, berührtes Fräulein Anna, auf unſere Stadt Schloſs und Amt Hochſtadt, auch dem Schloſs und Amt Litzbain mit aller ihrer Obrigkeit, Gerechtigkeit, Herrlichkeit und Zugehörung vor ſolche 25000. Gulden Heyraths-Guth der Widerlag und Gegen-Geldes verſchreiben und verweiſen.* Eadem occurrunt in tabulis dotalibus

(g) Apud LVNIGIVM *Cont. II. p.* 14.
(h) Apud du MONT. *T. II. P. I. n. CCIX. p.* 282.
(i) Apud DITHM. *n. CXXXI.*

Digitized by Google

libus a. 1586. Philippi Badenſis, cum Sibylla Iuliacenſi (k). Et in pactis dotalibus a. 1579. Wilhelmi Iuliacenſis cum Magdalena Iuliacenſi (l).

§. XXVI.

In pactis dotalibus (m) inter Wilhelmum Anhaltinum et Sophiam Auguſtam Naſſauio-Dillenburgenſem de a. 1696. donatio propter nuptias iterum doti conſtituitur aequalis, his verbis: *Vierdtens; Ferner verſprechen wir Wilhelm, Fürſt zu Anhalt für uns und unſere Lebens-Folger und Landes-Erben vorberührte Heyraths-Gelder denen Rechten und Fürſtlichen Herkommen gemäs, mit 20000. Rthl. zu widerlegen, und weilen die Ehe-Steuer und Widerlage zuſammen 40000. Rthl. austragen, und unſere Fürſt Wilhelms zu Anhalt etc. künftiger Gemahlin, Princeſſin Sophie Auguſten Lbd. unſern Tod überleben ſolte. So werden ſie der eingebrachten Heyraths- und Widerlags-Gelder halber auf die beyden Aemter Hartzgerode und Güntersberge, auch Krafft dieſes, auf alle Zugehörungen und Gerechtigkeiten an Stadt, Dörffern, Vorwerckern, Aeckern, Gärten, Wieſen, Schäfereyen, Renthen, Geld- und andern Zinſen, Mannſchafft und Dienſten, Gerichten Unters und Oberſt, Zöllen, Mühlen und Holtzungen in denen darzu gehörigen Forſten vergewiſſert und würcklich angewieſen, alſo und dergeſtalt, daſs ſie jährlich an baarem Gelde 4000. Rthl. ohne Beſchwerung und Abgang daraus zu erheben, zu gebrauchen und zu genieſen haben ſollen.*

§. XXVII.

Antonius Güntherus, Schwarzburgicus comes, in tabulis nuptialibus (n) a. 1684. cum Auguſta Dorothea Brunſuicenſi iterum donationem propter nuptias conſtituit

(k) *c. l. n. CXXXIII.*

(l) *c. l. n. CXXXII.*

(m) Apud LVNIG. *V. Abtheil. Supplem. vlter. p. 88.*

(n) Apud LVNIG. *Spicil. Sec. p. 1366.*

tuit doti aequalem verbis: *Dargegen haben, Fünftens, des Herrn Bräutigams Gn. Dero hohen verlobten und künftiger Herzgeliebſte Gemahlin, zum Gegenvermächtnis und Widerlage 20000. Rthl. auf den Witthums-Fall, nach Leib-Guths-Art, mit 2000. Rthl. jährlich zu verpenſioniren verſprochen, auch mit gnugſamen Conſens des Lehn-Herrns und aller Mitbelehnten, dieſe 20000. Rthl. Heyrath-Guth, Gegen-Vermächtnis und verſchriebene jährliche Zinſen, auf Dero Amt Keula folgender Geſtalt verſichert.*

§. XXVIII.

Carolus Fridericus, dux Munſterbergenſis, in tabulis dotalibus cum Anna Sophia Saxonica a. 1618. promittit: (o) *Ferner und ſo bald auch die Bezahlung der 20000. Gülden Heyraths-Guth beſchieht, ſo ſollen und wollen wir Herzog Carl Friedrichen, ohne Verlängerung bemeldte unſere zukünftige Gemahlin dargegen mit 20000. Gülden Gegen-Geldes verſehen, auch Ihrer Lbd. des Heyrath-Guths Widerlag und Morgengab, auf unſern Schloſs und Stadt Oels und den Cammer-Güthern, Bobra, Rackau und Neuhof mit aller Zu-und Eingehörungen, Obrigkeit, Herrlichkeit und Gerechtigkeit, Nutzungen und Gefallen, es ſey Geld, Früchte oder anders, wie uns dieſelbe eigenthümlich zuſtehen, und mit Lehn-Pfandſchaften und Schulden oder Weg nicht beſchweret ſeyn, verweiſen, verſchreiben, verſichern und verpflichten. Alſo daſs Ihre Lbd. daſelbſten 4150. Gülden zu 21. Meisniſche gr. gerechnet, jährlich Einkommens, Nutzungen und Gefällen wohlhabend und ſicher ſeyn mögen, alles nach Laut und Innhalts eines ſpecificirten Regiſters, und darinn verleibten Anſchlags, welchen wir Herzog Carl Friedrichs zu Münſterberg unter unſer Hand-Schrifft und anhangenden Secret-Inſiegel verfertiget und übergeben.*

§. XXIX.

Inter exteros principes ſingulare habemus exemplum, Al-

(o) Apud Dn. de LUDOLF. *App. P. III. p. 69.*

Alfonſi Ateſtini, ducis Mutinenſis, qui ſponſae ſuae Iſabellae a 1608. loco donationis propter nuptias donationem inter viuos facit, his verbis: (p) *Ipſeque dominus comes Alfonſus dicto nomine et obligans omnia et ſingula bona, praeſentia et futura, dicti ſereniſſimi ducis Mutinae ex authoritate eidem, vt ſupra, attributa titulo, et ex cauſa donationis purae, merae, ſimplicis inter viuos donauit et donat dictae ſereniſſimae infantae Iſabellae abſenti, eidemque illuſtriſſimo et reuerendiſſimo domino Cardinali pro ea acceptanti ducatorum quinquaginta mille, quorum media pars ad eundem ſereniſſimum Mutinae ducem reuertatur, ſi dicta ſereniſſima Iſabella ſine liberis ex hoc matrimonio moriatur.*

§. XXX.

Iacobus Sobieski Ioannis III. Poloniae regis princeps a. 1691. ſereniſſimae coniugi Eliſabethae, Philippi Guilielmi electoris Palat. filiae quinto-genitae, promittit: (q) *E contra ſereniſſimi Dn. Dn. rex et filius regius promittunt ſereniſſimae Dn. Neoſponſae, centum millia florenorum in* contradotem, *et totidem, id eſt, alia centum millia florenorum monetae ſaepius iam ſcriptae, nuptialis titulo doni conſtituere, prout hisce fide regia conſtituunt ſub obligatione hypothecae et conſenſus reſpectu coniugalis et materni iam antea ratione dotis enumeratae, ita vt* dos, contra-dos et donum nuptiale, *ter centum millium florenorum Rhenenſium, vt ſupra, importent. Quorum vſusfructus, durante matrimonio, ſereniſſimo domino principi regio, proprietas autem pleno iure coniugum ſuperſtiti, eiusque heredibus et ſucceſſoribus remaneat, ſeu fatum prius in regio principe ſeu ſereniſſima ſponſa prius contingat, (quod quidem diuinum numen diutiſſime differre dignetur) idque ſiue poſt mortem alterutrius coniugum liberi exiſtant ex hoc matrimonio, ſiue*

(p) Apud du MONT. *T. V. P. II. n. LIX. p. 92.*

(q) Apud LVNIG. *Cont. II. p. 113.*

Digitized by Google

ſiue non, qui tamen ſi Dei gratia ex hoc connubio exiſtent, iure merito directae et naturali illorum ſucceſſioni ad praedictas ſummas praeſenti contractu derogari non poſſe.

§. XXXI.

Bonifacius IV. marchio Montisferratenſis a. 1235. d. 9. Decembr. in augmentum dotis, ſiue donationem propter nuptias, Margaretae vxori ſuae, filiae Amadei III. comitis Sabaudiae, dedit et ceſſit (r): *iura omnia realia, et perſonalia, vtilia et directa, ad eum pertinentia, in locis Planetiae, Ciriaci, Caſellarum, et in valle Mattenſi, et quia locus Caſellarum reſtitui eo tempore libere non poterat, remittit ei in vicem ipſius Virolengum, cum pacto de reſtituendo dicto loco de Virolengo, quoties redderetur, locus Caſellarum, vt per inſtrumentum authenticum rogatum et receptum a Georgio de Caluſo notario,* in quo tamen obſeruandum eſt, Margaretham iſtam a nonnullis hiſtoricis nominatam per errorem Conſtantiam.

§. XXXII.

Guilielmus V. cognominatus magnus, filius dicti Bonifacii IV. cum anno 1257. d. 18. Mart. ſponſalia contraheret, cum Iſabella filia comitis Glroceſtrii et Hareforti (s) promiſit ei titulo *donationis propter nuptias,* locum Chiroſii cum ſuis pertinentiis, hoc tamen pacto adiecto, vt poſt ipſius Iſabellae mortem reuerti deberet libere ad heredes dicti marchionis, et vt dos in tuto collocaretur, obligata fuerunt Caſtella Montisbelli, Camini, Pontiſturae, Montiscalui, Verolengi, Caſtagne, et S. Raphaelis. Idem Guilielmus anno 1271. die 18. Octobr. conuenit cum Alphonſo, rege Caſtiliae, vt ſi quando contingeret, mori dictum Guilielmum ſine liberis maſculis, marchionatus Montisferrati perueniret in dotem, et dotis nomine ad Mar-

(r) ANT. FABRI *Conſult. de Montisferrat marchionat. p. 8.*
(s) ANT. FABRI *c. L. p. 9.*

Margaretham filiam ſuam, vxorem futuram Ioannis di-ctí regis Alphonſi: reſeruatum tamen per pactum, vt poſ-ſet marchio, durante vita ſua, diſponere de marchionatu, vt erat ſolitus, exceptis tantum caſtris Montiscalui et Vi-ganalis, quae erant obligata pro dote Beatricis vxoris ſuae. Et in caſum, quo filiae ex marchione ſupereſſent, dotari eas voluit. Et porro: (t) Ioannes vltimus mar-chio ex familia Saxonica, a. 1296. 23. Mart., accepit in vxorem Margaretham filiam Amadei IV. comitis Sabau-diae, et pro ſecuritate dotis, obligauit ei ſpecialiter, loca Lancei, Ciriaci, et Caſellarum, mandando, vt in caſum reſtitutionis dictae dotis, homines eorum locorum tene-rentur praeſtare iuramentum fidelitatis, et eam pro domi-na recognoſcere, vt per inſtrumentum in bona forma ro-gatum a dicto Petro Franciſci notario. Pergit ANTON. FABER. (u): Eodem anno 1305. 14. Martii, marchio Manfredus de Saluciis cum caeteris gubernatoribus Mon-tisferrati, remittunt et cedunt Margarethae a Sabaudia, viduae dicti Ioannis marchionis, ſupra dicta loca Lancei, Ciriaci et Caſellarum, pro reſtitutione ſuae dotis, cum pacto tamen ea redhibendi, mediante ſolutione ſortis, pro qua fuerunt obligata, vt conſtat ex inſtrumento re-cepto producto per Iacobum de Villars, productum in cauſa ex parte Mantuae. Porro ANTON. FABER. (x) Anno 1330. die prima Maii, dictus marchio Theodorus, et Aymo comes Sabaudiae, conuenerunt de contrahendo matrimonio inter dictum comitem et Violandam ſupra di-ctam, cuius matrimonii fauore, dictus Theodorus dedit, et ceſſit dicto comiti, iura omnia, quae habebat in caſtris et oppidis Lancei, Ciriaci, Caſellarum et mandamenti ipſo-

Aa 2 rum,

(t) ANT. FABER. *c. l. p. 9.*
(u) *c. l. p. 10.*
(x) Extant apud MARTENE *T. I. p. 516.*

rum, ſaluis rationibus Margarethae a Sabaudia, vxoris quondam dicti Ioannis vltimi marchionis Saxonici, eoque Violandae, dictus comes augmentum conſtituit, ſeu donationem propter nuptias triginta millium ſcutorum auri, quae impoſuit ſuper prouincia Maurianae.

§. XXXIII.

In tabulis dotalibus Guidonis de Monteforti et comitiſſae Bigorrae de a. 1216. (y) de donatione propter nuptias ita diſponitur: *Praefatus Guido filius dicti domini ducis cum auctoritate patris, et aſſenſu eiusdem, conſtituit ei in* donatione propter nuptias *quingentas marchas argenti, in annos ſingulos, quas praefata comitiſſa, ſi ſuperſtes fuerit, percipiet, quamdiu vixerit annuatim, marito defuncto ſine prole, ſi forte praemori eum contigerit et ipſam agere inter viuos. Praefati autem redditus annuales debent aſſignari comitiſſae a dicto domino duce in locis competentibus citra Carcaſſonam, conſilio et arbitratu domini G. Auxitani archiepiſcopi, et A. Tanienſis, et G. Conuenarum epiſcoporum, et R. de Carreſa militis, citra Paſcha, vel vno, vel duobus, vel tribus iſtorum quatuor abſentibus, vnus ipſorum dictus redditus aſſignandi plenariam habeat poteſtatem: vel etiam dominus dux ſupradictus tenetur aſſignare eosdem redditus bona fide citra Carcaſſonam, et infra Paſcha, ſi forte illos quatuor contigerit ſubtrahi ab hac luce, vel ex aliquo accidenti fortuito impediri, quominus libere poſſet per ipſos negotium expediri.* Sic etiam ſuper ſucceſſione mariti definitur his verbis: *Similiter ſi praefato Guidone marito comitiſſae ſuperſtite, ipſam comitiſſam praemori contingeret, et ſubtrahi ab hac luce ſine prole, conſtituit ei dicta comitiſſa quingentas marchas argenti in annos ſingulos, quamdiu vixerit, percipiendas ſuper parte terrae ſuae, arbitrio praedictorum quatuor, vel vnius eorum, aliis de hac luce ſub-*

(y) Extant apud MARTENE *T. I. p. 856.*

ſubtractis, vel iuſta cauſa aliqua impeditis; et hoc fiet ſimiliter citra Paſcha.

§. XXXIV.

In litteris Roberti Trecenſis epiſcopi de pactis matrimonii inter Theobaldum comitem Campaniae et Margaretham filiam Archembaudi de Borbonio: (z) *Noueritis, quod in noſtra praeſentia conſtituti nobiles viri Th. Campaniae et Briae comes palatinus, et Archembaldus comes Borbonii, recognouerunt, tales habuiſſe inter ſe ad inuicem conuentiones, ſicut inferius ſunt notatae. Videlicet quod Th. comes Campaniae in facie eccleſiae contrahens matrimonium per verba de praeſenti cum Margaretha filia dicti Archembaudi, idem Th. comes conſtituit, donauit et conceſſit eidem Margarethae in praeſentia conſtitutae in* donationem propter nuptias, *Ceſannam, Lachiacum, Barbonum, Nogentum ſuper Sequanam, Pontes ſuper Sequanam, Meriacum, Peantium, Cantumerulam, Semoingue, cum appenditiis et pertinentiis eorundem: quam donationem confeſſus fuit idem Th. comes Campaniae conſtituiſſe, donaſſe et conceſſiſſe eidem Margarethae ex certa ſcientia, non deceptus vel circumuentus ab aliquo, ſed ſpontanea voluntate, promittens per ſe et per ſucceſſores et heredes ſuos, quod contra praedictam donationem propter nuptias, nec venit, nec fecit, nec faciet, quo minus dicta donatio efficationem et pleniſſimam habeat firmitatem, et ad hoc obligauit ſe idem Th. comes et omnia bona ſua habita et habenda, nec non et ſucceſſores et heredes ſuos. Tum dictum fuit etiam inter eos, quod ſi contra praedicta (quod abſit) idem comes Th. aut heredes aut ſucceſſores ſui in aliquo venirent, ſuppoſuit et ſubiecit ſe et heredes et ſucceſſores ſuos iurisdictioni noſtrae, et domini epiſcopi Lingonenſis, concedens et promittens ſpecialiter, quod nos et dominus epiſcopus Lingonenſis, aut alter noſtrum poſſemus in ipſum et terram ſuam in ſua dioeceſi, et ſucceſſores et heredes ſuos interdicti, et excommu-*

(z) Extant apud MARTENE *T. I. p. 968.*

municationis ſententiam promulgare: renuntians in hoc facto per ſe et per ſucceſſores ſuos omni beneficio, auxilio et priuilegio cohaerenti rei, et perſonae, et omni iuri ſcripto et non ſcripto eccleſiaſtico et conſuetudinario vel legati, vel competenti, vel competituro: renuntians etiam omnibus litteris.

§. XXXV.

Potiſſimum inter Germaniae comites eiusmodi donatio propter nuptias doti aequalis, obtinuit, prout in tabulis dotalibus a. 1678. (b) definitur, verbis: *Ferner ſollen und wollen wir Graf Friedrich Magnus ermeldter Fräulein Suſannae Iohannae die oben verſtandene 4000. Gulden Heyrath-Guths mit 4000. Gulden widerlegen, alſo daſs Ihre Lbd. zur Zeit des ſich eraignenden Falls, davon hernach diſponirt wird, Dero Heyrath-Guths und Widerlags wegen, ſo zuſammen 8000. Gulden betrifft, von jetzlichen 100. Gulden Haupt-Guths 5. Gulden beſtändig und gewiſſer jährlicher Nutzung dergeſtalt haben mögen, daſs, wann die 4000. Gulden Heyraths-Angelder würcklich eingebracht worden, Ihrer Lbd. auf dem verſchriebenen Wittum 400. Gulden gefolget werden ſollen, wann aber das Heyrath-Guth nicht würcklich eingebracht worden, haben Ihre Lbd. die Zinſe davon einzunehmen, wo ſolches Heyrath-Guth ſtehen wird, von unſeren Erben aber werden Ihro alsdann allein die Widerlags-Geldter erſt verſtandener Maſen verzinſet.*

§. XXXVI.

Wernerus, comes de Falckenſtein, coniugi ſuae Mechtildae comitiam in Wetterauia ſitam a. 1311. in donationem propter nuptias concedit, prout ſequens diploma docet (c): *Nos Petrus Dei gratia, Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, ſacri imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, recognoſcimus publice profitentes litteras ſereniſſimi domini Rudolphi, quondam regis Romanorum, et illuſtris principis*

(a) Apud LVNIG. *Spicileg. Sec. p.* 154.
(b) Extat inter documenta Hanouienſia *p.* 222.

pis Ludouici quondam Ducis Bauarie vidiſſe et coram nobis lectas eſſe, quarum tenor talis eſt: Nos Ludouicus Dei gratia comes Palatinus Rheni dux Bauarie notum facimus, vniuerſis praeſentia inſpecturis, quod Comiciam in Wederabia ſitam, quam fideles noſtri Philippus et Wernherus fratres de Falckenſtein, a nobis habebant in feudo, nobili Matrone Mechildi Collatorali praefati Wernheri de Conſenſu et ad preces amborum fratrum praedictorum foedali titulo duximus conferendam, ita quod praedicta Mechildis praefatam Comiciam nomine dotis deinceps eo iure poſſideat, quo eam praedicti fratres a nobis hactenus tenuerunt, in cuius rei euidens teſtimonium praeſentem litteram conſcribi fecimus, et noſtri ſigilli robore communiri, datum Colonio Anno Domini MCCLXXIII. Kalend. Novembr. Rudolphus Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus vniuerſis Romani Imperii fidelibus praeſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam et omne bonum. Tenore praeſentium publice proteſtamur, quod illuſtris Ludwicus comes Palatinus Rheni, dux Bauariae princeps et gener noſter Kariſſimus coram noſtrae Serenitatis praeſentia donationem propter nuptias, quam dilectus noſter fidelis Wernherus de Falckenſtein, Mechildi ſuae conſorti in Comicia de Surnigis, quam a memorato comite Palatino idem Wernherus tenet in feudum, ratihabitionis Spontanee praeſidio confirmauit praedictam donationem ratam et gratam habendo, in cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum ſigilli noſtri patrocinio fecimus roborari. Datum Nürenberg Anno Domini MCCLXXIV. Indictione tertia regni vero noſtri anno ſecundo, In quorum omnium euidentiam ſigillo noſtro conſignari mandauimus, praeſens ſcriptum datum in Aſchaffenburg, anno Domini MCCCXI. III. Kalend. Octobr.

§. XXXVII.

In tabulis dotalibus Wolfgangi Friderici Hohenloici co-

(c) Apud LVNIG. *Spicil. Secul.* p 314.

comitis atque Evae Chriſtinae a. 1646 definitur (d): *Zum dritten will Herr Hochzeiter von obbenandten 5000. Gulden allein 4000. Gulden und mehrers nicht als ein Heyrath-Guth, und mit 4000. Gulden zu widerlegen annehmen, und bleiben die übrige 4000 Gulden nechſtermeldter Müntz und Wehrung der Fräulein Hochzeiterin als mit deren eigenen freyen Patrimonio zu ſchalten und zu walten, zu handen.*

§. XXXVIII.

In tabulis dotalibus (e) inter Henricum ſeniorem Ruthenum et Sibyllam Iulianam comitiſſam Schwartzburgicam a. 1668. fuit definitum (f): *Hingegen, und zum andern haben hochgedachtes des ältern Reuſen, Herrn von Plauen Hochherrl. Gn. Dero künftigen Ehe-Gemahlin mit 4000. Gulden Gegen-Vermächtniſs oder Widerlage, und alſo nach beyden Summen der Ehe-Gelder und Gegen-Vermächtnis, mit 8000. Gulden zu verleibdingen verſprochen und zugeſaget, dergeſtalt und alſo, daſs auf den Fall, da der allein weiſe Gott nach ſeinem unerforſchlichen Rath und Willen, Hochermeldten Herrn Reuſſens Hochherrl. Gn. vor des Fräuleins, als Dero künftigen Ehe-Gemahlin Hochgräfl. Gn. aus dieſer Sterblichkeit abfodern würde, Deroſelben ſodann nach Leib-Gedings-Recht und Gewohnheit Zeit ihres Lebens und unverrückten Withen-Stuhls, jedes 100. Gulden mit 10. Gulden Ihrer Hochgräfl. Gn. jährl. 800. Gulden Leibzinſen.*

§. XXXIX.

Wilhelmus, comes Saynenſis a. 1609. coniugi ſuae Annae Ottiliae Naſſouicae promittit: *Gegen ſolcher obbenandten Ehe-Steuer und verſprochener Abfertigung hat wohlgemeldter Grafe Wilhelm zue Sayn und Wittgenſtein etc. zuegeſagt und bewilliget, obangeregt Heyrath-Geld mit 8000. Gulden zu widerlegen, und darbeneben mit 1000. Gulden, oder davon jährlich 100. Gul-*

(d) *c. l. p. 907.*
(e) *c. l. p. 1097.*

Digitized by Google

Gulden Penſion, zu bemorgengaben, als Morgengabs Recht iſt, doch daſs es in Zeit viel wohlgemeldtes Fräuleins Leben, nit abgelöſt, ſondern die 100. Gulden jährlich gereicht werden ſollen, und mehr wohlbenandt Fräulein, als ſeine zukünftige Ehe-Gemahlin ſolcher Summen verſprochenen Heyrath-Geldts, und Widerlegung, ſamt der Morgengab, ſo zuſammen thut 17000. Gulden, verweiſen, verſichern und wohlhabend machen, ſoll und will, aus ſeinen Einkommen und Gefällen, der dreyen Kirſpel, Stadt und Kirſpel Aldenkirchen, Flammersfeldt und Allmersbach mit allen deren Ein-und Zubehör, nichts davon ausbeſcheiden, welche gleichwohl insgeſamt, wie jezt benendt, loco hypothecae *obligirt ſeyn und bleiben ſollen, alsbald darüber eine ausdrückliche Deſignation unter ſein Grafen Wilhelms zu Sayn und Wittgenſtein etc. Siegel und Hand übergeben, darinnen angezeigt werden, wie und wo man ſolcher Haupt und jährlicher Nutzungen uf die künftige Föll, in dem gewöhnlichen Anſchlag nach Herren-Guth vehig und verſichert ſeyn und bleiben ſolle* (f).

§. XL.

Otto Henricus, Schwarzenbergicus comes, ſponſae ſuae Catharinae Freundsbergiae a. 1571. promittit: (g) *Dargegen und zum andern, hat der Graf wohlgedachter ſeiner Gemahlen, das jezt beſtimt Heyrath-Guth, auch mit 6000. Gulden zu widerlegen bewilliget und verſprochen, auch ſolche beyde Heyrath-Guth und Widerleg, in einer Summa 12000. Gulden Rheiniſch in Münz, jeden Gulden zu 15. Batzen gerechnet, betreffende, auf den ſondern Stücken und Güthern, wie die in zwayen unterſchiedl. beſiegelten und unterſchriebenen Urber, oder Stifft-Regiſtern, inſonderheit benennt und anzaigt ſeyn, zu ver-*

(f) *l. c. p. 1097.*
(g) *c. l. p. 1318.*

verſichern, und zuvorgewieſen, alſo, daſs wohlgedachte Frau, des in nachgemelten Fällen, je vom 100. Guldin Haupt-Guth, 5. Guldin jährlichen Zins, ohne Abgang, aus ermeldten Stücken und Güthern, erfolgen, und werden mögen und ſollen, da aber daran Mangel oder Abgang erfunden würde, ſo ſoll alsdann derſelb von und aus andern ihres Ehe-Gemahls unverheyrathen Haab und Güthern, völligklich erſtattet werden, und dann ferner ſie die Wittfrau mit einem Widem, ſo lange ſie den Wittwenſtuhl nit verkert, verſehen werden, als nehmlich mit ihres Gemahls angehörigen Häuſern, deren 2. aneinander zu München in der äuſſern Schwäbinger Gaſſen gelegen ſeyn, da ihr aber ſolches unangenehm ſeyn würde, ſo ſollen mehr wohlgedachts Grafen von Schwarzenberg nachgelaſſene Erben, der wolermeldten Wittfrauen ain und andere zu München, oder ſonſt gefälligen Orth angenehme Behauſung, auf ihr der Erben Darlegen und Koſten alſo beſtellen, daſs ſolche Behauſung ihrem Herkommen und Standt wohlgemeſs ſeyn möge, und ſie dazu mit Nothdurft an Prennholz verſehen, ohn alle ihr der Wittfrauen Koſten und Schaden.

§. XLI.

Solebant autem Germaniae principes coniugi illuſtri in ſecuritatem dotis, dotalitii, donationis propter nuptias, et morgengabae certas arces adſignare, idemque imp. ad confirmandum offerre, de quo litterae confirmationis Friderici III. imp. ſuper pacta dotalia Henrici, ducis Brunſuicenſis et Margarethae, Erneſti electoris filiae reſtantur, tali modo (h): *Wir Friedrich von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer etc. bekennen öffentlich mit dieſen Briefe, und thun kund allermänniglich, daſs uns der Hochgebohrne Heinrich, Herzog zu Braunſchweig und Lüneburg, weiland Herzog Otten zu Braunſchweig und Lüneburg gelaſſen Sone, unſer lieber Oheim und*

(h) Extant apud MULLER. *unter K. Friedr. V. VI. Vorſt. c. 31.*

und Fürſte, hat zu erkennen gegeben, wie er die Hochgebohrne Margarethen gebohren von Sachſen, Herzogin zu Braunſchweig und Lüneburg, ſein Gemahl, um ihr Heimſteuer, Widerlegunge und Morgengabe uf etlichen Schloſſen, Stetten, Voigteien, Ampten, Güthern, Renthen, Zinſen, Gülten mit ſamt ihren Zugehörungen, nach Laut beſiegelter Brief, Ihr darüber gegeben, ſo er an uns und den heiligen Reiche, unter andern ſeinen Regalien, Lehen und Weltlichkeit, zu Lehen empfangen, verweiſet, verſorgt und verſichert hatte, und uns darauf demüthiglich angerufen und gebeten, daſs wir zu ſolchen unſern Keyſerl. Gunſt und Willen zu geben, und das zu confirmiren und zu beſtättigen gnediglich gerubeten. Pro ſola dote Adolphus, rex Romanorum, Wenceslao Bohemiae regi quasdam terras imperii obligat, prout teſtantur litterae ipſius de a. 1292. (i). *Nos* Adolphus, *Dei gratia, Romanorum rex, ſemper Auguſtus recognoſcimus, et tenore praeſentium, proteſtamur, quod cum illuſtris* Wenceslaus, *rex Boemiae, Marchio Morauiae, dux Cracauiae et Santomeris etc. decem millia marcarum argenti, quae pro dote filiae ſuae, inclyto* Ruperto *filio noſtro, dare tenetur, ratione amicitiae, praeueniendo ſolutionis tempus debitum, in feſtis aſſumtionis beatae virginis Mariae, et epiphaniae domini, proxime nunc venturis, proportionaliter ſoluere promiſerit et paxare; Nos terram Pliſnenſem, videlicet: caſtrum et oppidum* Aldenburgk, Kemnitz, Zuicau, et totam terram Pliſnenſem *cum omnibus vaſallis, hominibus, bonis feodatis ſeu non feodatis, iudiciis, theoloneis, iuribus et honoribus ac aliis pertinentiis ad eam ſpectantibus, eo iure, quo ad regem Romanorum ſpectare ſeu pertinere noſcuntur; nec non* Egram, *ciuitatem et* caſtrum cum ſuo territorio, *caſtris, hominibus, bonis feodatis, ſeu non feodatis, vaſallis, iudiciis, theloneis et omnibus ſolutionibus ac iuribus vniuerſis, quae ad regem Romano-*

(i) Extant apud Dn. a LVDEWIG *Reliquiis MSCtorum T. V. p. 435.*

norum ſpectare ſeu pertinere noſcuntur; hypothecamus et impignoramus et hypothecata et impignorata praeſentibus aſſignamus, tradimusque dicto domino, Wenceslao, regi Boemiae et heredibus ſuis pro pecunia praelibata: quae tamen impignoratio ſeu obligatio euaneſcet et penitus diſſoluetur nuptiis, inter noſtrum filium et ipſius regis filiam celebratis.

§. XLII.

Quandoque tamen coniuges illuſtres ſeſe obligant ad ius commune ſcriptum, prout in pactis dotalibus inter Maximilianum et Mariam Burgundicam de a. 1477. videmus: (k) Item: *Et in omnibus aliis punctis et articulis matrimonialibus, ſuperius non expreſſis, dicti futuri coniuges, et eorum ſocietas matrimonialis regulabunt tam durante ipſa ſocietate, quam poſt diſſolutionem eius ſecundum* diſpoſitionem iuris communis ſcripti, non obſtantibus quibuscunque conſuetudinibus, ſtatutis vel aliis diſpoſitionibus ſcriptis, et non ſcriptis, generalibus aut localibus, quibuscunque in contrarium facientibus, *quibus dicti futuri coniuges, et quilibet ipſorum, in quantum ad eum ſpectat et pertinet, ſpecialiter et expreſſe renunciauerunt et renunciant.*

§. XLIII.

Haec autem emolumenta feminae illuſtri conceſſa aliter locum non habent, niſi thorum vna cum marito fuerit ingreſſa. De quo ius SAXONICVM: (l) *Sie iſt ſeine Genoſſin, und tritt in ſein Recht, wann ſie in ſein Bett tritt,* et ius ALEMANNICVM (m): *Sie muſs ſein Genoſs ſeyn, wann ſie an ſein Bette gehet.* Potiſſimum requirebatur, vt nouiter maritatis illuſtribus in thoro iacentibus in aliorum illuſtrium praeſentia culcitra ſuperinduceretur, prout de more Friderici III. imp. prima vice cum Eleonora Lu-

(k) Extant apud MVLLER, *Maxim. I. Vorſt. c. V.* §. *X.*

(l) *L. IV. lit. 45.*

(m) *C. 322.* edit. BERGER. *p. 112.*

Digitized by Google

Luſitanica cubantis, teſtatur AENEAS SYLVIUS (n): *Iuſſit igitur* (Imperator) *Teutonico more ſtratum apparari, iacentique ſibi Leonoram in lectum complexusque dari, ac praeſente rege cunctisque Proceribus aſtantibus ſuperduci, Culcitram. Neque aliud actum eſt, niſi datum Oſculum: Erant autem ambo veſtiti moxque inde ſurrexerunt. Sicque conſuetudo Teutonicorum ſe habet, cum principes primo iunguntur. Mulieres Hiſpanae, quae aderant, arbitratae, rem ſerio geri, cum ſuperduci culcitram viderant, exclamantes indignum fieri facinus, regem, qui talia permitteret, increpabant. Ille autem non ſine riſu et iucunditate ſpectabat peregrinos mores. Nocte quae inſtabat, futurus erat concubitus exnudis.*

§. XLIV.

Leges Gothorum etiam inter coniuges donationes toto poſt nuptias anno concedebant. Patet illud ex donatione Raymundi comitis Piliarenſis Valentiae coniugi a. 1056. facta, quae talis eſt: (o) *Ego Raymundus in nomine domini comes Piliarenſis donator ſum tibi vxori meae Valentiae comitiſſae. Quia legibus eſt decretum et in tertio libro legis Gothorum videlicet in primo titulo eſt ſcriptum, vt vir iam habens vxorem, transacto ſcilicet anno, pro dilectione vel merito coniugalis obſequii, ſi ei aliquid donare voluerit, licentiam incunctanter habebit, et aliter infra anni circulum nihil ei dare poterit, quod ipſa habere poſſit, idcirco ego iam dictus comes elapſo et transacto anno poſtquam te accepi in coniugio, a nullo coactus neque ſuaſus, per meam bonam voluntatem propter amorem legaliter de rebus meis hoc tibi dono atque concedo. Dono namque tibi per hanc meae donationis ſcripturam caſtrum de Marco.*

(n) *Hiſtoria Friderici III. p. 84.*
(o) Extat apud PETRUM de MARCA *marca Hiſpanica p. 1105.*

CAPVT III.
DE DOTALITIIS ILLVSTRIVM.
SECTIO I.
IVRIS PRINCIPIA, QVAE CIRCA ILLVSTRIVM OBTINENT DOTALITIA.

§. I.

Dotalitii vox iam Saec. VIII. fuit nota.

§. II.

Dotalitii varia ſunt ſynonyma. Dicitur enim DOS

§. III.

Et DONATIO PROPTER NVPTIAS.

§. IV.

Dicitur quoque Dodarium ſeu dotarium.

§. V.

Nominatur porro Douarium, Dodarium, Douaire.

§. VI.

Dotalitium appellatur contrados, viduitatis deſignatio, dotis augmentum, Arra, Vitalitium.

§. VII.

Apud Germanos vocatur Leib-Zucht, Leibgeding.

§. VIII.

Alias ein Verweis.

§. IX.

Cauſae conſtituendi dotalitii.

§. X.

Quae magis illuſtrantur.

§. XI.

Dotalitium eſt dos Germanica.

§. XII.

Dotis Cauſa maritus vxori integra praedia et territoria interdum in proprietatem concedebat, quod patet exemplo Henrici Aucupis.

§. XIII.

Lotharii, Italiae regis.

§. XIV.

Ottonis II. in nuptiis Theophaniae vxoris.

§. XV.

Quod et fecit Petrus II. Arragoniae et

§. XVI.

Folcardus in nuptiis cum Regilinda initis.

§. XVII.

Prima dotalitiorum veſtigia.

§. XVIII.

Natura dotalitii antiqui.

§. XIX.

Inde enatum dotalitium hodiernum.

§. XX.

Definitio dotalitii.

§. XXI.

Conuenit dotalitium cum dote Germanica.

§. XXII.

§. XXII.

Differt tamen ab ea in quibuſdam.

§. XXIII.

Quantitas dotalitii quae ſit?

§. XXIV.

Haec in quibusdam prouinciis lege eſt determinata.

§. XXV.

Dos perceptis abſorbetur dotalitii reditibus.

§. XXVI.

Interdum tamen aliter pacto conuenit.

§. XXVII.

Regulae, quae circa hodiernum obtinent dotalitium.

§. XXVIII.

Dotalitia inter illuſtres locum habent.

§. XXIX.

Dotalitium illuſtrium ex territorio eſt praeſtandum itaque

§. XXX.

Vel ex domaniis vel ex collectis prouincialibus.

§. XXXI.

Illuſtri viduae dotalitium debetur, licet dotem non habeat.

§. XXXII.

Aſt error Iureconſ. inter illuſt. quoque locum inuenit. Inde diſtinctio in dotalitium et Vitalitium.

§. XXXIII.

Magis quoque ratione dotalitii conſultum eſt vxori dotatae at indotatae.

§. XXXIV.

Quantitas dotalitii inter illuſtres incerta pactis definitur dotalibus?

§. XXXV.

Aliquando quoque pactis familiae.

§. XXXVI.

Quantitate dotalitii non definita, iudex illam definit.

§. XXXVII.

Quinam dotalitium conſtituant?

§. XXXVIII.

Quaenam res in dotalitium dari queant?

§. XXXVIIII.

In praediis adſignatis viduae haud raro homagium praeſtatur, quod

§. XL.

Magis illuſtratur.

§. XLI.

Sunt tamen res, quae in dotalitium dari prohibentur.

§. XLII.

Quo etiam epiſcopatus ſpectant.

§. XLIII.

Allodia autem quatenus in dotalitium dari poſſint.

§. XLIV.

Quatenus in feudis dotalitium locum habeat?

§. XLV.

Interdum de dotalitio infeudabatur vxor.

§. XLVI.

Quatenus domini dir. conſenſus ad dotalitium requiratur conſtituendum?

§. XLVII.

§. XLVII.

Quomodo et dominus dir. et agnati in dotalitium conſentientes obligentur?

§. XLVIII.

Quinam ad conſtituendum et ad conſtitutum praeſtandum obligentur dotalitium?

§. XLIX.

Quomodo in regnis dotalitium conſtituatur electitiis et

§. L.

In ſpecie in Polonia?

§. LI.

Dotalitium quando conſtituatur.

§. LII.

Conſtitutum non niſi conſummato debetur matrimonio.

§. LIII.

Licet ex pacto interdum ante matrimonii conſummationem praeſtatur.

§. LIV.

Debetur quoque dotalitium conſummato per procuratorem matrimonio.

§. LV.

Effectus vero dotalitii, mortuo demum marito, ſe exſerunt.

§. LVI.

Interdum viuo marito dotalitium traditur et quinam inde effectus?

§. LVII.

Quaenam ad conſequendum dotalitium actiones locum habeant?

§. LVIII.

In ſecuritatem dotis viduae certa adſignantur praedia.

§. LIX.

Iura, quae in praediis dotalibus vxori competunt, ſunt I. tenuia.

§. LX.

Vel mediocria.

§. LXI.

Vel optima.

§. LXII.

Quaenam iura viduae competant intuitu dotal. ſi nihil de iis conuentum?

§. LXIII.

Vidua de dotal. nec cautionem nec homagium praeſtat.

§. LXIV.

Modi, quibus dotalitium finitur.

§. LXV.

Ceſſat dotalitium ob ſecundas nuptias;

§. LXVI.

Niſi pacto aut lege aliter ſancitum, quod exemplis illuſtratur et

§. LXVII. et LXVIII.

Vberius probatur.

§. LXIX.

Inde dotalitium interdum ſecundo marito in dotem inuenimus datum.

§. LXX.

Dotalitio ob ſecundas denegato nuptias vxori, dotem repetere ius eſt.

§. LXXI.

Dotalitium quoque denegatur vidua extra territorium commorante.

§. LXXII.

Quomodo meliorationes dotalitii ab heredibus viduae repetantur?

SECT.

Digitized by Google

SECTIO II.

EXEMPLA DOTALITIORVM ILLVSTRIVM EXHIBENS.

§. I.

Progreſſus fit ad exempla dotalitiorum conſtitutorum ibique duo occurrunt.

§. II.

Quale Conradus IV. rex Rom. ſuae conſtituerit dotalitium vxori.

§. III.

Caroli V. Renatae conſtitutum dotalitium.

§. IV.

Ab Alfonſo R. Portugalliae, Mariae Franciſcae Eliſabethae et

§. V.

Eidem ſeparatae a fratre dotalitium quoque conſtituebatur.

§. VI.

Carolus R. Arragoniae vxori ſuae Margarethae an. 1290. certas terras in dotalitium adſignabat.

§. VII.

Dotalitii ab Alfonſo Alienorae reg. Eduardi I. filiae conſtituti deſcriptio.

§. VIII.

Dotalitium R. Caſtellae vxori Ludouicae adſignatum.

§. IX.

Richardus Anglor. rex Berengariae terras quasdam in Waſconia tradendas voluit in dotalitium.

§. X.

Refertur Philippi II. Hiſpaniae regis dotalitium Mariae Anglicanae conſtitutum.

§. XI.

De quo autem in pace Cambreſienſi aliter fuit ordinatum.

§. XII.

Neque hac pace obſtante Philippus II. R. Hiſp. cum Anna Maximiliani I. imp. filia alio modo dotalitium conſtituebat.

§. XIII.

Guidonis comit. Clarimontis vxoris Petronillae dotalitium.

§. XIV.

In quo conſiſtat dotalitium apud Anglos.

§. XV.

Arthuri Henrici VIII. R. Angl. filii dotalitium Catharinae Arragoniae conceſſum.

§. XVI.

In Anglia viduis reginis dotalitium, viuo adhuc rege, a Parlamento hodie conſtitui aſſolet.

§. XVII.

Conſtitutio dotalitii Margarethae Iacobi IV. Scotiae reg. vxoris et Henrici VII. Angl. regis filiae.

§. XVIII.

Iacobi V. Scotiae regis dotalitium Magdalenae vxori ſuae conſtitutum.

Digitized by Google

§. XIX.

Varia dotalitia in regno Francorum recenſentur.

§. XX.

Ludouicus IX. Francorum rex coniugi ſuae Margarethae dotalitium concedebat.

§. XXI.

Philippi II. Francorum regis dotalitium Iſanburgi conceſſum.

§. XXII.

Choppini ſententia de dotalitiis reginarum Galliae et quomodo hodierno iure conſtitui debeant.

§. XXIII.

Qua ratione dotalitium Blanchae a Ludouico VIII. R. Gall. adornatum fuerit.

§. XXIV.

Ludouici XI. R. Gall. dotalitium, quo Charlottam Sabaudicam ornauit.

§. XXV.

Modum vix tenuit in conſtituendo dotalitio Ludouicus XII. quo Mariae Burgundicae, filio Carolo VIII. nuptae, prouiſum, voluit.

§. XXVI.

Ludwig XII. R. Gallorum Ioannae certos reditus annuos in dotalitium adſignabat.

§. XXVII.

Quale Carolus dux Engoliſmenſis Ludouicae vxori conſtituerit dotalitium.

§. XXVIII.

Carolus VIII. Annae Britannicae, quam Maximiliano I. praeripuerat, quid in dotalitium conſtituerit.

§. XXIX.

Qualia dotalitia Philippus Pulcher Gall. rex vxoribus filiorum ſuorum ordinauerit.

§. XXX.

Qua ratione contractus matrimonialis inter Ludouicum XII. Gallorum regem et Mariam Henrici VII. Angl. regis filiam intuitu dotalitii fuerit concinnatus.

§. XXXI.

Henricus dux Aurelian. Catharinae etiam dotalitium conſtituebat.

§. XXXII.

Carolus IX. Gall. R. Eliſabethae Auſtriacae aſſignabat ſexaginta mille libras annuas.

§. XXXIII.

Et tantum quoque accipiebat Maria Scotica Franciſci II. vxor.

§. XXXIV.

Ludouicae Lotharingiae principi ab Henrico III. reg. Poloniae conſtitutum dotalitium.

§. XXXV.

Henricus IV. Nauarrae R. Margarethae quadraginta millia aureorum redituum in dotalitium conceſſit.

§. XXXVI.

Henricus IV. R. Catharinae Mediceae viginti thalerum millia quotannis in dotalitium ſolui promiſit.

§. XXXVII.

De dotalitiis reginis Franciae recen-

antiori tempore conſtitutis.

§. XXXVIII.

Ludonicus XIV. quale a. 1659. conſtituerit dotalitium.

§. XXXIX.

Petrus Borbonius Annae in dotalitium ſaltem conſtituebat ſex millia librarum annuarum.

§. XL.

Dotalitium ab Antonio Borbonio Vindocinenſe duce Ioannae Albretanae conceſſum.

§. XLI.

Quale Philippus Aurelian. frater Ludouici XIV. R. Gall. Henricae Mariae conſtituerit dotalitium.

§. XLII.

Dotalitium Mariae Adelb. Ludouico Burgundiae nuptae.

§. XLIII.

Dotalitium, de quo Waldemarus III. Dan. rex Hedwigae Sleswicenſi proſpicere voluit.

§. XLIV.

Qualis Erici II. Norwegiae regis fuerit dotalitii promiſſio, Alexandri III. Scotorum regis filiam ducentis.

§. XLV.

De dotalitiis reginarum Poloniae.

§. XLVI.

De dotalitio a Vladislao IV. rege Poloniae Ludouicae Mariae Gonzagae conſtituto.

§. XLVII.

Eadem ratio erat dotalitii Eleonorae Auſtriacae a Michaele reg. Poloniae conceſſi.

§. XLVIII.

Inſigne dotalitium, quo Wilhelmus Siciliae rex Iohannam honorauit vxorem.

§. XLIX.

De dotalitiis reginarum Bohemiae.

§. L.

Agnetis Bulconis viduae dotalitium ad dies vitae.

§. LI.

Carolus IV. imper. Annae vxori dotalitium conſtituit decem et octo millium marcarum.

§. LII.

Decem millia librarum Sterlingarum annuatim in dotalitium tradebat Wilhelmus princ. Arauſ.

§. LIII. vsque LXIII.

Recenſentur dotalitia vxoribus a ducibus Sabaudiae adſignata.

§. LXIV.

Mariae, Ludouici Mauritii Pedemontii Principis vxori dotalitium ſecundum Pedemontium conſuetudines dabatur.

§. LXV.

Ioannae de Harcurt vxoris Renati II. Duc. Lotharingiae dotalitii conſtitutio.

§. LXVI.

Renatae Borboniae vxoris Antonii Lothar. ducis promiſſio dotalitii.

§. LXVII.

Annae vxori Franciſci Lothar. principis comitatus Blanckenbergenſis in dotalitium adſignabatur.

§. LXVIII.

Chriſtianae vxori Franciſci I. Duc. Lotharing. dotalitium quindecim millium librarum concedebatur.

§. LXIX.

Henricae vxori Caroli Lothar. ducis facta dotalitii promiſſio.

§. LXX.

Qua ratione dotalitium Catharinae Nauarrenae vxoris Henrici Lothar. Duc. fuerit determinatum.

§. LXXI.

Quid Carolus, comes de Charolois vxori Catharinae Caroli VII. reg. Franc. filiae in dotalitium promiſerit.

§. LXXII.

Margarethae vxoris Caroli Burgundiae ducis dotalitium.

§. LXXIII.

Margarethae vxori Ioannis princ. Brabantiae certae terrae adſignantur in dotalitium.

§. LXXIV.

Quale Raynaldus Geldriae dux Mariae Harcurtis dotalitium praebuerit.

§. LXXV.

Iſabellae vxori a Ludouico III. Flandriae comite facta dotalitii promiſſio.

§. LXXVI.

Aſſignatio dotalitii Bonae de Sabaud. vxori a Galeas - Maria facta.

§. LXXVII.

Chriſternae vxoris Franciſci Sfortiae ducis Mediolanenſis dotalitium.

§. LXXVIII.

Ioannae vxoris Io. Iacobi March. Montisferratenſis.

§. LXXIX.

Margarethae vxoris Ioannis Montisferratenſis.

§. LXXX.

Eliſabethae vxoris Iacobi, filii Ioannis Sobiesky Poloniae reg.

§. LXXXI.

Blanchae vxoris Ioannis Duc. Britanniae.

§. LXXXII.

Arthuri Britanniae ducis vxoris.

§. LXXXIII.

Eleonorae vxoris Rainaldi Geldriae comitis dotalitium.

§. LXXXIV.

Olim apud priuatos dotalitium in praediis etiam vxoribus conſtituebatur.

§. LXXXV.

Rudolphi Auſtriae ducis dotalitium vxori conceſſum.

§. LXXXVI.

Margarethae duciſſae Bauariae dotalitium.

§. LXXXVII.

Mariae Annae, electoris Bauariae Maximiliani I. vxoris.

§. LXXXVIII.

Sibyllae vxoris Io. Friderici, principis Saxo-Electoralis.

§. LXXXIX.

Dorotheae Suſannae vxoris Io. Wilhelmi Saxoniae ducis.

Eliſa-

Digitized by Google

§. XC.

Eliſabethae vxoris Friderici Admorſi Landgrafii Thuringiae dotalitium erat Gotha.

§ XCI.

Eliſabethae vxoris Ioannis Saxoniae ducis Rochlicenſis praefectura.

§. XCII.

Annae vxoris Wilhelmi, dicti fortis et Friderici Bellicoſi filii quarti praefectura erat arx Sachſenburg.

§. XCIII.

Sophiae vxoris Friderici Wilhelmi ducis Saxo Altenburgici.

§. XCIV.

Mariae Eleonorae vxoris Alberti Friderici ducis Boruſſiae ex gente Brandenburgica.

§. XCV.

Ingelburgae vxoris Romuli Marchionis Brandenburgici.

§. XCVI.

Ludouicae vxoris Friderici Wilhelmi Brandenb. elector.

§. XCVII.

Blancae vxoris Ludouici Barbat. El. Palat.

§. XCVIII.

Annae vxoris Philippi Ludouici comitis Palatini.

§ XCIX.

Magdalenae vxoris Ioannis comitis Palatini in Zweybrück.

§ C.

Eliſabethae Iacobi I. Magn. Britann. filiae et vxoris Friderici V. Elect. Palatini.

§. CI.

Sibyllae vxoris Philippi Marchionis Badenſis.

§. CII.

Rudolphi Marchionis Hochbergenſis vxoris dotalitium.

§. CIII.

Ludouicae vxoris Ferdinandi Maximiliani Marchionis Badenſis.

§. CIV.

Eliſabethae vxoris Ioannis Duc. Cliuenſis.

§. CV.

Sophiae Auguſtae vxoris Wilhelmi Anhaltini.

§. CVI.

Eliſabethae vxoris Ioannis Naſſouii.

§. CVII.

Annae Sophiae vxoris Caroli Friderici ducis Munſterbergenſis.

§. CVIII.

Fridericus Magnus comes de Caſtel vxori ſuae dotalitium conſtituit.

§. CIX.

Euae Chriſtianae vxoris Wolfgangi, Friderici Hohenloici.

§. CX.

Suſannae Sophiae Ludov. vxoris Friderici Eberhardi.

§. CXI.

Adelhaidae, vxoris Heinrici Raugrauii dotalitium.

§. CXII.

Dotalitia a comitibus Ruthenis ſuis vxoribus conſtituta.

Digitized by Google

§. CXIII.

Comes de Sarbruch Margarethae ſub dotis nomine dotalitium promiſit.

§. CXIV.

Dorotheae vxoris Antonii Guntheri de Schwarzburg dotalitium.

§. CXV.

Agneſae vxoris Michaelis comit. de Schwarzenberg, et aliarum illuſtrium vxorum.

§. CXVI.

Dotalitia quaedam a comitibus Waldeccenſibus et Yſenburgico vxoribus ſuis conſtituta.

SECTIO I.

IVRIS PRINCIPIA, QVAE CIRCA ILLVSTRIVM OBTINENT DOTALITIA.

PROPOSITA,

A

IO. AVG. HELLFELD.

§. I.

Dotalitii vox barbara, Romanis tam quoad rem, quam quoad vocem (p) parum cognita, inter Germanos ſaeculo demum duodecimo vſu eſt recepta. (q) Antiquiſſimi tamen haec vox apud exteros fuit vſus; licet ſaepe tanquam dotis adhibeatur ſynonymum. Sic ea ſaec. VIII. in canonibus concilii Meldenſis (r) occurrit, ibi enim: *qui puellas deſponſationis vel dotalitii nomine in coniugium ſumtas habent.* In charta Goezienſibus monachis iuxta Metim Lotharingiae A. 761. data, Pipinus rex *dotalitii* facit mentionem, quo dotarent eccleſiam in die, qua

(p) Occurrunt quidem inter libros CAII, in indice recenſitos Florentino: libri *dotalitiorum*, aſt iam alii monuerunt, pro *dotalitiorum* legendum eſſe *dotalium* BERTRANDVS *in Vitis iureconſ. p. 114.*

(q) De LVDEWIG *de dote mariti p. 38.*

(r) *Canone XXI.*

Digitized by Google

qua eſt dedicata. Huc facere etiam videtur *concilium Weſtmonaſterienſe* A. 1175. (s): *nulli liceat eccleſiam nomine dotalitii ad aliquem transferre.* Addi his poteſt contractus matrimonialis inter Henricum IV. A. R. et Annam Cliuenſem initus, cuius verba haec ſunt (t): *Item conuentum quod illuſtriſſimus Iuliae - - dux haeredesque aut ſucceſſores ſui nomine* dotis *ſiue loco* dotalitii *praefato R. A. centum millia florenorum auri ſoluet.*

§. II.

Sunt vero varia dotalitii ſynonyma. Modo enim dos dicitur. Sic dotalitium Folckardus ſponſae ſuae a. 1057. ſub dotis titulo concedebat: *Ego Folkardus liber et liberis Parentibus editus, vtriusque partis cognatis et amicis fauentibus, dilectam hanc Regilindem mibi deſpondi in vxorem.* Dotis titulo *et conditionis libello. Dono igitur ei, per hanc* dotis *chartulam et donatam in perpetuum eſſe volo etc.* (u) Idem videmus in tabulis dotalitii *Richardi*, quod coniugi ſuae Iudithae, comitiſſae Normanniae conſtituit, in quibus: *Ego* Richardus *in Dei nomine cupiens per annorum curricula, diſponente pii conditoris clementia, habere liberos Deum timentes, adamaui te, dulciſſima ſponſa, atque amantiſſima coniux Iuditba, et a parentibus et propinquis tuis expetiui te, et ſponſalibus ornamentis deſponſaui te. Praeterea legitima coniunctione expleta,* in dote *tua dono tibi, donatumque in perpetuum eſſe volo;* in pago videlicet Sifoienſe *Brenaico cum appendentibus ſuis etc.* Et in fine: *Et vt haec omnia quae ſupra diximus, in perpetuum poſſideas, et vera eſſe credantur, et inconuulſa omni tempore permaneant, hunc propriae dotis libellum deſcribere iuſſu, ac manu propria ſubterfirmare decreui.* (x)

Eo-

(s) *Canone VIII.*

(t) *Iurispr. heroica P. II. c. IX. Sect. II. §. 39.*

(u) Ap. MIRAEVM *Notit. Eccleſ. c. XXXIX. p. 662. in oper. dipl.*

(x) Apud MARTENE *Theſ. T. I. p. 122.*

Digitized by Google

Eodem facit *Walrami*, Henrici IV. ducis Limburgenſis filii, poſtea ducis, promiſſio *Ermeſindae* comitiſſae Lützenburgenſi a. 1214. facta (y), huius tenoris: *Ego* Walramus, *filius Henrici ducis de Limborch, et Marchio Arlunenſis, Caſtrum meum* de Arlon, *cum omnibus appendiciis, tam in hominibus, quam caſamentis, et rebus omnibus ad idem caſtrum meum pertinentibus, laude et aſſenſu praedicti Patris mei, ducis, et Fratrum meorum, Henrici de Vaxemborgh et Gerardi de Horne, filiorum meorum, Henrici et Walrami - - - dominae* Ermenſendi *Comitiſſae Lucelburgenſi et Ruppenſi, uxori meae, in* legitimam dotem *contuli et conceſſi; Si uxor mea Ermenſindis de me prolem ſuſceperit, quilibet heredum tám illorum, quos de me genuerit, quam ille heres, quem uxor mea praedicta, priusquam eum ducerem, habebat, in hereditate habeat id, quod de iure habere.*

§. III.

Subinde tamen dotalitium pro donatione propter nuptias ſynonymice ſumitur, vtpote in charta (z) Wilhelmi de Rupibus Seneſcalli Andegauenſis a. 1197. *quando deſponſaui Margaritam de Sabolio vxorem meam, dedi ei et conceſſi* in dotalitium ſuum, ſiue in donationem propter nuptias, *omnes adquiſitiones:* In Charta Philippi Gallorum regis de a. 1317. (a) dictus rex decernit de dotalitio, quod Ioannes dux Britanniae coniugi ſuae Iſabellae conſtituerat, Guido vero de Britannia occupauerat: *quod licet Vicecomitatum Lemouicenſem, dum ipſum tenebat cum ſuis iuribus, et pertinentiis vniuerſis, dictae Iſabellae in tractatu matrimonii inter*

(y) Apud MIRAEVM *dipl. Belg. c. LXXVII. T. p. 198.*

(z) MARTENE *T. I. p. 687.*

(a) Extat apud LOBINEAV *Preuves p. 471.* ARGENTRE *Hiſtoire de Bretagne l. IV. c. XXXIII.* Idem *ad Conſuet. Burgundiae art. 383. Gl. I. n. 1.* Eodem vocabulo conſtitutiones Lotharingicas vti docet ABR. FABERT. *Iure Lotharing. l. I. Tit. III. §. XLV. ſeqq.*

inter ipſos ducem et Iſabellam celebrandi in donarium *ſeu* donationem propter nuptias *dediſſet, ipſamque in corporalem poſſeſſionem eiusdem legitime induxiſſet, praedictus Guido eundem Vice-comitatum, violenter et iniuſte occupauerat et detinebat indebite occupatum, pluresque exceſſus ibidem commiſerat in ipſius Duciſſae praeiudicium et grauamen.* Et paullo poſt: *dictus namque Guido, pro bono pacis praedictum Vice-Comitatum, et quicquid iuris, poſſeſſionis, et proprietatis in eodem habebat, gratia ſucceſſionis et alterius tituli, ſeu cauſae cuiuscunque, dictae duciſſae ex cauſa praedicta et dicto duci, eiusque heredibus in perpetuum extunc omnino dimiſit, et reſignauit ac liberauit, poſſeſſionemque ipſius Vice-comitatus ac iurium, et pertinentiarum eiusdem, in manu dicti epiſcopi Miniacenſis per traditionem quarundam notularum, quas in manu ſua tenebat, poſuit per eundem epiſcopum dictae Duciſſae tradendam et integraliter reſtituendam vt praedictum Vice-comitatum habeat, teneat et poſſideat ſecundum dictum* donarium, ſeu donationem propter nuptias *de ipſo ſibi factam, et meliori modo quo habere, tenere et poſſidere poterit, ad vtilitatem ipſius Duciſſae ex cauſa* donarii ſeu donationis *praedictae* propter nuptias. Facit huc etiam charta, Henrici Thuringiae landgrauii de a. 1291. quae talis eſt: *Henricus Dei gratia Landgrauius Thuringiae comes, Palatinus Saxoniae et dominus Haſſiae, omnibus etc. quod nos dilectiſſimae nobis vxori noſtrae Beatrici filiae Principis Illuſtris ducis Brabantiae dedimus* donatione propter nuptias *bona ſubſcripta; Caſtrum Nauenburg*, oppidum Sangerhuſen, caſtrum Erkenbalderberge, oppidum Gotha, diſtrictum B (b). Facit huc etiam Azonis, Eſtenſis marchionis, *dotalitium*, quod a. 1204. Aliſae Raynaldi Antiocheni filiae, ſub *donationis propter nu-*

(b) Extat in HENR. BVTKENS *Trophées.* GVNDLING. *de emptione vxorum p. 53.*

nuptias nomine conſtituit, et quidem per vſuras duplicatas, prout tabulae (c) habent ibi: *warentauit et profeſſus fuit dominus Azo Eſtenſis Marchio, ſe accepiſſe* in dotem *a domina* Aliz *filia quondam* Rainaldi principis Antiocheni, *quam in matrimonio ſibi recipiebat*, duo Millia Marcharum argenti, *de quibus exceptioni ſiue praeſcriptioni* non numeratae, vel extimatae dotis, aut pecuniae *renunciauit. Vnde* iure pignoris et donationis propter nuptias inueſtiuit *ſupra ſcriptam Dominam Aliz ſponſam ſuam nominatiue de tantis de ſuis bonis, et poſſeſſionibus mobilibus, et immobilibus, vbicumque habeat, vel acquiri debeat, in electionem ipſius Dominae, recipiendo, quae valeant duplum ſupraſcriptae* dotis et donationis. Non tamen ſponſalitium, quin potius dotalitium erat, quod coniugi ſuae Mariae in Ruſcinonenſi comitatu conſtituit Petrus Arragoniae rex, ſequenti diplomate (d): *Ego* Petrus, rex Aragonis, comes Barchinonae *in Dei nomine recipiens te* Mariam *in legitimam coniugem cum* praedicta dote, *et me tibi tradens in virum legitimum, dono, et concedo tibi in* donationem propter nuptias et in ſponſalitium tuum totum comitatum de Roſſillion, cum omnibus villis et caſtris, dominationibus, hominibus et ſuis pertinentiis, et generaliter totum hoc, quod habeo et habere debeo a fonte de Salſas vſque ad Cluſam: *tali pacto ſcilicet et tenore, quod ſi mihi ſuperuixeris, habeas haec omnia, et teneas in omni vita tua, et poſt mortem tuam eisdem pactis ad liberos communes ſuperſtites, vel ipſis deficientibus ad propinquos meos reuertatur.* Licet enim dotalitium alias cum viduae morte ceſſet, hic tamen ad liberos communes ſucceſſio definitur, nec reuerti debebat ad mariti propinquos, ve-

rum

(c) In MVRATORII *Antiquit. Eſtenſibus Part. I. cap. XXXIX. p. 379.*

(d) Ex PETRI CATELLANI *Hiſtoire de Languedoc l. IV. p. 669.* habet GVNDLING. *de Emptione vxorum c. III. §. XLIII.*

Digitized by Google

rum uxoris arbitrio relinquebatur. Sic etiam THVANVS (e) de contractu matrimoniali inter Philippum II. Hiſpaniae regem atque Mariam Anglicanam a. 1553. ſcribens, inter alias conditiones refert: *et ſi Philippo ſuperſtes ſit, donationis propter nuptias nomine LXM* librarum annuarum *penſio, uti olim Margarithae Anglicae Caroli Burgundionis viduae, ei aſſignentur; quarum XLM. in Hiſpania exſoluantur XX. in Belgio et prouinciis Belgicae ditionis pendantur.* Et tabulae (f) loquuntur: Item *conuentum, concordatum et concluſum eſt, quod praefatus ſereniſſimus rex, contemplatione matrimonii huiusmodi, per litteras ſuas patentes, magno ſuo ſigillo, ſigillatas et manu ſua ſubſcriptas, ac in debita ac ſufficienti forma factas et expeditas dabit et concedet praefatae Illuſtriſſimae Dominae, Annae nomine Doarii ſiue* donationis propter nuptias, *ultra omnia onera et repriſſas, in Terris, Caſtris, Dominiis et tenementis annuatim valorem ſiue aeſtimationem viginti millium florenorum Rhenenſium in auro, quae ſumma ſe extendit ad quinque millia marcarum annuarum Sterlingorum monetae Angliae, et de eodem* Duario, ſiue donatione propter nuptias, *adeo ſecuram reddet et aſſecurabit, ſicut antehac reginae Angliae aſſecurari ſolitae ſunt, quod quidem* doarium ſiue donationem propter nuptias *praefata Illuſtriſſima Princeps Domina Anna tenebit, et poſſidebit, eademque gaudebit et utetur ad utilitatem ſuam propriam, in modum* doarii ſiue donationis propter nuptias *annuatim quamdiu vixerit in humanis, ſi intra regnum Angliae moram trahere ſeu habitare voluerit, adeo libere, ample et ſecure, ſicut aliqua alia regina Angliae unquam tenuit et poſſedit, absque impedimento aut contradictione quacunque et praeterea in omnibus aliis tractabitur et tenebitur, quemadmodum reginam Angliae tractari et teneri decet et conuenit. Et ſi Sereniſſima Domina Anna poſt illuſtriſſimi regis Angliae mortem* (quem Deus pro ſua benignitate quam longiſſime dif-

(e) *L. XIII. p. 345.*
(f) DITHMAR. *cod. dipl. Cliv. p. 145.*

differat) *prolem aut liberos ſuperſtites non habens, potius in patriam redire, et ibi degere voluerit, quam in Anglia morari, tunc dicta Sereniſſima Domina Anna* de doario ſuo, ſiue donatione propter nuptias *praedicta tantummodo penſionem annuam, vsque ad quindecim millia florenorum Rhenenſium in auro per aequales portiones bis in anno, videlicet in feſto Paſchae et Michaelis annuatim ſoluendam, quae ſumma extendit ad ter mille ſeptingentas quinquaginta marcas Sterlingarum monetae Anglicanae, durante vita ſua naturali annuatim percipiet, gaudebit et fruetur, propter propriam ſuppellectilem, ornamenta, vaſa argentea et alia, quae vel ei donatae fuerint, vel ipſa fieri aut parari curauerit, quibus ipſa pro ſuo arbitrio vtetur, eaque retineat et habeat vt propria, exceptis iis, quae ipſa prius aliis libere donaſſet, aut alienaſſet: Et in hoc caſu, ſi illuſtriſſima Domina Anna in patriam redire malit, ſit electio penes heredes ſereniſſimi regis Angliae iamdiu annuam penſionem illi ſoluere, vel ſummam centum quinquaginta millium florenorum Rhenenſium in auro, quae ſumma ſe extendit ad aeſtimationem et valorem triginta ſeptem millium et quingentarum marcarum monetae Anglicanae, penſionem illam redimere, ita tamen, vt illuſtriſſimae Dominae Annae hoc ſatis tempeſtiue ſignificetur vel intimetur, videlicet ſex menſes antequam talis redemptio fiat, vt ipſa res ſuas in tali caſu interea diſponere poſſit.* Antea iam dum in tabulis matrimonialibus inter Maximilianum I. imp. atque Henricum VII. Anglorum regem, de deſponſandis inuicem Carolo Auſtriae Archi-Duce, cum Maria Henrici VII. filia d. XXII. Februarii 1508. fuit definitum (f). *Quibus quidem Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Villis, Terris, Patriis, redditibus et prouentibus, reddituumque et prouentuum Aſſignationibus, cum eorum Iurisdictionibus, immunitatibus, Priuilegiis, Libertatibus, Iuribus et Pertinentiis vniuerſis, ita plene et libere, et in tam amplis modo et forma prout* di-

(f) Apud du MONT. T. IV. P. I. p. 97. ſq.

dicta Domina Margaretha vnquam habuit, tenuit, et poſſedit, praefata Domina Maria habebit, tenebit, et poſſidebit, gaudebit et vtetur, ad vſum et vtilitatem ſuam propriam, in modum dotalitii, Doarii, ſiue donationis propter nuptias, *quamdiu vixerit in humanis, vbicunque locorum moram traxerit ſeu habitauerit, infra Dominia, Terras et Patrias praefati principis Hiſpaniarum in regno Angliae ſiue alibi.* Et porro: *Et, caſu, quo praedictae literae* donationis et conceſſionis nomine dotalitii, Doarii, ſiue donationis propter nuptias, vt *praemittitur faciendae etc. Iterum* pro dotalitio, Doario, ſiue donatione propter nuptias, *praefatae Dominae Mariae vt praefertur, datas et conceſſas, dandas et concedendas.* Demum, *quod, praeter et vltra praedictam* dotem, Doarium, ſiue donationem propter nuptias, *praefata Domina Maria, habebit, tenebit, et poſſidebit, ad vſum et vtilitatem ſuam propriam, tale et tantum* dotalitium, Doarium, ſiue donationem propter nuptias. Licet hoc matrimonium effectum haud fuerit ſortitum. Exinde videmus dotalitium plerumque ſaltim in vſuris quantitatis dotis atque donationis propter nuptias quadruplicatis conſtare, prout infra videbimus.

§. IV.

Vocatur alias *Dodarium* ſeu *Dotarium*, prout in *Conſtitutionibus Siculis* (g) dicitur: *Liceat marito vnum dotarium vxori ſuae de tribus feudis conſtituere.* In Charta Wilhelmi, Siciliae regis Iohannae, Henrici II. Anglorum regis filiae a. 1177. conceſſa: *Damus et in dodarium concedimus praefatae reginae Chriſtianiſſimae vxori noſtrae comitatum S. Angeli.* (h)

(g) *Cap. VIII.*

(h) Ipſas tabulas in forma exhibet IO. BROMTON p. 1113. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS, vero qui partem ſaltim Chronographiae ſuae ad a. 1178. inſeruit, dicit *in dotalitium concessimus Ioannae Reginae.*

Digitized by Google

Rogerius Houedenus (i) *Philippus rex Francorum petijt a D. Henrico rege Angl. dodarium, quod rex filius eius dederat ſorori ſuae.* Idem: (k) *Caſtellum puellarum, quod idem rex Scotiae dedit Ermengard uxori ſuae in dodarium, et in augmentum dodarii, dedit ei centum libratas redditUum.*

§. V.

In Gallia atque Flandria dicitur *Douarium, Douaire,* prout in *Charta* Philippi regis Francorum de a. 1317. (l) Vel etiam *Doarium* apud RENATVM CHOPPINVM (m): *Moribus quorundam Municipiorum cedit dimidiam patrimonii mariti, fructuaria viduae mulieri - quod populariter Doarium ceu dotalitium nuncupamus.* Tale igitur Doarium (verius quam ὑπόβαλον) Senatus decreuit.

§. VI.

Alias dicitur *vice viduitatis,* prout in tabulis Raynaldi, Gelriae ducis cum Maria ab Harcurt de a. 1405. (n) *Eidem praeterea coniugi noſtrae, vice viduitatis eius aſſignauimus decem mille ſcutatos ſiue coronatos annuos.* Alias dicitur *contra dos et viduitatis prouiſio.* Sic Rudolphus, comes Palatinus Rheni, dux Bauariae ſub dato Monachii die Ioannis Baptiſtae 1313. ſingulari transactione promiſit, *quod Ludouici fratris ſui coniugi Beatrici, dare et aſſignare velit* contradotem *viduitatis prouiſionem* et Morganaticam (o). In *Sabaudia* vocatur *dotis augmentum* (p); apud Hiſpanos di-

(i) *ad a.* 1183.
(k) *ad a.* 1186.
(l) Supra §. 3.
(m) *De Domanio Franciae l. II. Tit. XII. §. 6.* SPELMANNI *Gloſſarium voce Douarium.*
(n) Apud PONTANVM *Hiſtor. Gelriae l. VIII. p.* 362.
(o) NIC. BVRGVNDVS de *Electoratu Bauarico p.* 49.
(p) ANT. FABER. *cod. de donat. ante nuptias defin. III.*

Digitized by Google

dicebatur *Arra* (q), prout occurrit in tabulis inter Petrum Arragoniae atque Eduardum I. Anglorum regem de maritando filio ipſius Alfonſo cum Eduardi filia Eleonora a. 1202 (r). Apud Catalannos patria lingua *Greix*, ſiue *ſponſalitium*, licet a dotalitio aliquatenus differat (s). In Delphinatu vocatur *Superuita* (t). In Dania et regnis Septentrionalibus dicitur *Vitalitium* (u), quo nomine intelligunt, omne id, quod ad viduae illuſtris vitam victumque adſignatur, vel etiam *Morgengaba* (x).

§. VII.

Apud Germanos Saxones potiſſimum et Suevos vocabatur *Leibzucht*, *Leybgeding*, prout in iure Feudali Saxonico (y): *Dinget ein Lehn-Mann an ſeinem Guthe und Leben ſeinem Weibe eine Leibzucht oder jährliches Auskommen, mit Willen und Wiſſen ſeiner Söhne, die zu ihren Jahren kommen ſind, das kan ihr hernach weder der Herr noch ſeine Söhne brechen, ſoferne, daſs ſie ihres Gedinges Zeugen und Bewei-*

(q) COVARRUVIAS *P. II. c. III. §. VII. n. 12.* VALASCVS *conſult. II. III.*

(r) Apud du MONT. *T. I. P. I. n. LII. p. 414.*

(s) FONTANELLA *de pactis dotal. P. IV. Gl. I. n. 4. et 10.*

(t) GVIDO PAPAE *Dec. DLXV.* HENELIVS *c. I. §. VIII.*

(u) Apud ALBERTVM KRANTZIVM *Dania l. VII. c. XXXV. Inſuper Romulus acciperet Ingeburgam, filiam Alberti ducis in coniugem, dos eſſet oppidum Lentze cum territorio ſuo, Romulus pro Vitaliciis daret ſponſae Amsberg, Werben, Parleberg, cum attinentiis.* Idem *L. VIII. c. XXXVI. Eo tempore, Dorothea regina, moleſte ferens querimoniam Dorotheae relictae Adolphi, rem omnem ſuſcepit compacandam. Nam acceptis eius vitaliciis, ſoluit de reſtantiis duo millia ducentos aureorum, et pacta eſt in ſingulos annos octingentos illi dare aureos fructuum nomine* CHOPPINVS *de Domaniis l. III. Tit. IV. n. II.*

(x) *Legibus Suevicis c. X.*

(y) *C. XXXI.*

Digitized by Google

weiſung hat. Willigten aber die Söhne in ſolche Leibbedingung, ehe ſie zu ihren mündigen Iahren kommen weren, ſo mögen ſie ſolches hernach wohl widerreden: Aber der Herr kan ſolches nicht thun, leihet auch ein Herr einer Frauen ein Guth, das Leben iſt nicht nach Rechte eines Gedinges, ſondern mit dieſen ausgedruckten Worten, zu ihren Leib, dieſe Lehnung ſol er ihr ſtet und veſte halten, dieweil ſie lebet, ob ſie gleich hernach Söhne und Kinder gewinnen, ſo mögen doch die Söhne das Leibgedinge nicht brechen. Es ſoll aber der Mann ſolches Leibguth in ſeiner rechten Gewehr behalten, biſs ſo lange, daſs er darinne erſterbe. Et SPECVLVM SVEVICVM (z): *Leibgeding mag der Frauen niemand gebrechen, noch die Erben, mit den es ihr geben iſt, ſtirbet ihr Mann auch, ſie hat es doch mit Recht, und verwürcket ihr Mann ſein Guth mit Unthat, man kan es ihr mit Recht nicht genommen.* Et quidem ideo ſic dicitur: *Daſs ſolche Vermachung mit dem Geding aufgerichtet, daſs die Frau dieſelbige alleine auf ihr Leib und Leben haben ſolle.*

§. VIII.

Vocatur alias etiam *ein Verweis:* quaſi maritus illuſtris, vxorem in recompenſationem acceptae dotis pro aſſecuratione dotalitii conſtituti remittat ad certos et determinatos reditus, pagos aut ciuitates, vt exinde vxor illuſtris in caſu viduitatis vidualitium ſuum percipere poſſit. Quod varia Germanicae antiquitatis exempla probant: Anno nempe 1327. *Beſtetigte Herr Bernhard, Graf von Abensberg ſeines Vettern Ulrichs Haus-Frauen ihren Verweis, laut folgenden Briefs: Ich Bernhard von Abensberg verzich ich offenbahr an dieſem Brief, und thue kund allen denen, die ihn ſehend oder hörend, um die 300. Pfund Regensburger Pfennig, die mein lieber Vetter Ulrich meiner lieben Schweſter Elsbeth, des edlen Grafen Berchtols von Graiſpach und Marſtetten genannt, von Neuf-*

(z) C. 302. *Adde ſpec. Saxonicum art. XXI.*

Digitized by Google

Neuffen, Schweſter Tochter, zu Widerlegung des Guths, daſs ihm zu ihr geben ward, gemacht und auch geben hat, das Dorff zu Eſſingen und auf andern Güthern, die an der Handveſte benand ſeynd, die er ihr darüber gegeben hat: Veryab ich, daſs ihr derſelben Beſtättigungen mit meinem Wiſſen und guten Willen, und mit meiner eignen Hand beſcheben iſt, und geheiſe auch mit guten Treuen daſſelbe Gemächte, als es von Wort zu Wort an der Handveſte geſchrieben ſtehet, ſtät zu halten, und mit nicht zu überfahren, an keinen Sachen, und darüber zu einem Urkunde gib ich ihr dieſen Brief, mit meinen Inſiegel verſiegelt, der geben iſt an der Sonnenwende Abend, da man zehlt von Chriſti Geburt 1300. Iahr darnach in dem ſiebenden und zwanzigſten Iahr (a). Huc facit inſtrumentum dotale Friderici ducis Luneburgenſis cum Margaretha, Anhaltini principis filia erecta: *Wir Fürſt Georg zu Anhalt ſollen und wollen Herzog Friedrich zu Lüneburg, unſer Tochter zu Heyrath-Guth geben 25000. Rheiniſche Gulden, und Ihme lieffern in der Stadt H. von wegen unſers Sohns Herzog Friedrichen, der berührten unſer Fürſt Georgens Tochter auch 25000. Rheiniſche Gulden widerlegen auch mit guten gewiſſen Schlöſſern, Herrſchaften und Güthern, mit allen ihren Obrigkeiten verweiſen* (b). In tabulis dotalibus de a. 1586. dicitur, *daſs H. Wilhelm von Gülich Marggraf Philipſen von Baden ohn allen ſeinen Koſten und Schaden, zu rechtem Heyrath-Guth, gegen gebührende Quittung, Ubergebung des Verweis, Widdums und Bewilligungs-Brieffes, deſſen man ſich verglichen, entrichtet und bezahlet* (c).

§. IX.

(a) MYLERI *Gamologia c. X.* §. 2. EX WIGVLEI. HVND. *Bayr. Stamm-Buch P. I. Tit. Graffen von Abensberg fol. 13.*

(b) Apud SIMON PISTORIS *conſ. XX. fol. 1002.*

(c) Apud DITHMARVM *n. 133.*

Digitized by Google

§. IX.

Ad conſtituendum vero dotalitium potiſſimum cauſam praebuit exigua mulierum Germanicarum ratione facultatum conditio. Erant enim feminae apud Germanos vel penitus vel certe fratribus exiſtentibus a paterna excluſae hereditate (d), ideoque nec in feudis, nec in allodiis ſuccedebant paternis. Imo filiae ne ex matris quidem bonis largam ſperare poterant hereditatem, quippe quibus plerumque curta admodum erat ſuppellex. et licet apud pleraſque gentes mulieres pro hereditate, a qua erant excluſae, dotem haberent, apud Germanos tamen accipiebant nullam, ſed ſolum munuſcula, quae marito adportarent, a patre offerebantur (e).

§. X.

Raro apud Germanos feminae bonis ita erant ditatae, vt exinde alimenta pro dignitate neceſſaria capere potuiſſent (§.IX.). Potius innuptae ex familiae alebantur bonis, nuptis vero maritus neceſſaria vitae alimenta procurabat, viduae vero nec a marito, nec ex familia paterna amplius aliquid accipiebant. Hinc ne vidua ob inopiam in mariti viuere cogeretur ignominiam, illi maritus in euentum mortis de neceſſariis proſpiciebat alimentis, ſuisque ex bonis certos adſignabat reditus, ex quibus mortuo marito pro dignitate ſuſtentaret vitam.

§. XI.

Alimenta, quae maritus ex ſuis bonis vxori in caſum viduitatis adſignauit ſuperſtiti, antiquiori tempore do-

(d) LEX SALICA *tit. LXII.* §. *1.* LEX RIPVARIA *tit. LVI* §. *3.* LEX BVRGVNDIONVM *Tit. XIV.* §. *1.* Leges LONGOB. *l. II. tit. 14.* §. *19.* Lex SAXONVM *tit. VII.* §. *1. et 8.* Lex ANGL. et WERINORVM *Tit. VI.* §. *1.* Lex ALAM. *Tit. LVII.* Lex BAIVVAR. *tit. XIV. c. VIII.* §. *1.*

(e) Vide ſupra *c. I.* §. *7.*

Digitized by Google

dotis veniebant nomine. Huiuſmodi alimenta, vt eo certius viduae praeſtarentur, ei certa praedia vel in proprietatem tradebantur, vel ex iis quidam reditus in vſumfructum concedebantur. Prius ſi fit, *morgengaba* oritur, ſin vero poſterius, *dotalitium* enaſcitur.

§. XII.

Sane antiquiori tempore integra in dotem data eſſe praedia et territoria, quorum ſimul proprietas in vxorem translata, varia docent exempla. Sic in Henrici Aucupis tabulis Mathildae coniugi a. 929. conceſſis: (f) *Quapropter legali moderatione aſtantibus fidelibus noſtris, cum conſenſu et aſtipulatione* filii noſtri Ottonis, *et Epiſcoporum procerumque et comitum petitione, dulciſſimae coniugi noſtrae* Mathildae *poteſtiua manu tradimus et* donamus quicquid propriae haereditatis in praeſenti videmur habere *in locis infra nominatis. Haec enim ſunt:* Quitilingaburg, Palithi, Northuſa, Gronau, Duderſtette, cum ciuitatibus et omnibus ad praedicta loca pertinentibus, in ius proprium conceſſimus, litis, ſeruis, mancipiis, vtriusque ſexus, aedificiis, terris, cultis et incultis, agris, pratis, campis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, viis et inuiis, exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis. *Et vt cuncti cognoſcant, eo modo et ea ratione, ſi nobis ſuperſtes extiterit, et in ſanctae viduitatis pudicitia permanſerit, praedicta loca ei concedenda tradimus, vt libera atque ſecura poteſtate cum omni quaeſito eisdem locis inuento, temporibus ſuis feliciter perfruatur: nec non etiam interiorem familiarum collegionem, intrinſecus famulantium cum omni ſupellectili, cum equariciis ibidem inuentis, poteſtati illius poſſidenda perpetualiter praedeſtinamus: Et vt noſtrae donationis largitio firma ſtabilisque permaneat, manu noſtra ſubtus firmauimus, et annulo noſtro ſigillari praecepimus.*

(f) Extant apud MADERVM *Antiqu. Brunſu. p. 102.*

Digitized by Google

§. XIII.

In tabulis dotalibus (g) Lotharii, Italiae regis cum Adelheide, Rudolphi regis filia, ſimile videmus, his verbis: *Ego in Chriſti nomine Lotharius diuina fauente clementia rex, diuina diſponente prouidentia conſultuque noſtrorum fidelium Adeleydem filiam diuae memoriae Rudolphi regis mihi in coniugem copulare decernens, ſponſare diſpoſui. Quapropter omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium, et futurorum induſtria nouerit, qualiter praefatae Adeleydae ſponſae meae, quinque curtes iuris mei, videlicet curtem de Marincho, et curtem de Ceriano, curtem de Ollana cum omnibus ſuis pertinentiis, ad quas mille manſi pertinentium cernuntur; in Coruini et Comitatu curtem de Valli cum manſis L. et aliam curtem in eodem Coruino cum manſis XXX. Abbatiam de Sexto in Comitatu Lucenſi ſitam cum manſis duo millia et Abbatiam S. Antonii in comitatu Senenſi cum manſis mille, atque Abbatiam S. Saluatoris in monte Amiate eſt iacentem in comitatu Cluſenſi cum manſis CCCC. qui ſumma quatuor millia quingenta octuaginta per hanc noſtri praecepti paginam* ſub dotis nomine concedimus, donamus, penitusque largimur, et de noſtro iure, et dominio in eius ius, et dominium omnino transfundimus, et delegamus *vna cum caſtellis, caſis, ſeruis et ancillis, Aldionibus et Aldiis, terris, campis, vineis, pratis, ſiluis, planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnibusque rebus ad praelibatas curtes et Abbatias in integrum pertinentibus; quatenus proprietario iure habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem donandi, vendendi, commutandi, alienandi, prout omnia indicantur, et quicquid decreuerit animus faciendi, omnium hominum contradictione remota.*

§. XIV.

Dotalitium, quod Otto II. Theophaniae vxori ſuae An-

(g) Exhibent illas GVNDL. *P. XX. p. 447.*

Anno 972. conceſſit, tale eſt (h): *Nouerit igitur omnium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque fidelium, praeſentium et futurorum induſtria, qualiter eidem dilectiſſimae ſponſae noſtrae dote legitima, maiorum more noſtrorum quaedam tam infra Italicos fines, quam in transalpinis regnis noſtris habenda, et iure perpetuo concedimus poſſidenda. Hiſtriam Italiae prouinciam, cum comitatu Piſcaria trans alpes: prouincias Walacra, Wigle, cum Abbatia, Niuetie, quatuor decim millibus eo pertinentibus manſis. Imperatorias quoque curtes noſtras propria maieſtate dignas: Bolcbarda, Tbiela, Hericorde, Dülledе, Nortbuſe, eo quod auiae noſtrae Dominae Machtildis ſemper ſemperque Auguſtae, quod ſibi diuinitus vixiſſe dabatur, fuiſſe dignoſcitur. Ea per hanc noſtri praecepti paginam eidem ſanctiſſimae et dilectiſſimae Theophaniae, ſponſae noſtrae concedimus, donamus, penitusque largimur, et de noſtro iure et* dominio in eius dominium iusque transfundimus et delegamus, *vna cum Caſtellis, caſis, ſeruis et ancillis, terris, campis, vineis, pratis, ſyluis, montuoſa planitiemque tenentibus, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnibusque rebus ad easdem curtes ſiue prouincias vel Abbatiam in integrum pertinentibus, quatenus iure proprietatis ea omni habeat, teneat, firmiterque poſſideat, ſitque ſibi poteſtas donandi, vendendi, commutandi, vel quicquid exinde iuſte decreuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Quod ſi quis hoc noſtrae dotis praeceptum infringere temptauerit, obnoxium ſe noſtrae nouerit maieſtati, compoſiturus inſuper eidem ſponſae noſtrae dilectiſſimae Theophaniae noſtrisque haeredibus auri optimi libras mille.* Quod vt verius credatur, diligentiusque in tempora futura ſeruetur, manu propria roborari, et annuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri.

§. XV.

Petrus II. rex Arragoniae Mariam Wilhelmi Montis Peſ-

(h) Extat apud LVNIC. *Cod. Germ. dipl. T. I. p. 350.*

Peſſulani comitis filiam exeunte ſeculo XII. ducens vxorem tale conſtituit dotalitium (i): *Ego Petrus rex Arragonis, comes Barchinonae in Dei nomine recipiens te Mariam in legitimam coniugem, cum praedicta dote, et me tibi tradens in virum legitimum dono, et concedo tibi in donationem propter nuptias et in ſponſalitium tuum totum comitatum de Roſſillion, cum omnibus villis et caſtris, dominationibus, hominibus et ſuis pertinentiis, et generaliter totum hoc, quod habeo et habere debeo a fonte de Salſas vsque ad Cluſam: tali pacto ſcilicet et tenore, quod ſi mihi ſuperuixeris, habeas haec omnia, et teneas in omni vita tua, et poſt mortem tuam eisdem pactis ad liberos communes ſuperſtites, vel ipſis deficientibus ad propinquos meos reuertatur.*

§. XVI.

Idem obtinuit inter principes et comites. Talis erat donatio Folcardi ſponſae ſuae Regilindae a. 1057. facta apud Aub. Miraeum Notitia Eccleſiaſtica (k): *Ego Folkardus liber et liberis Parentibus editus, vtriusque partis cognatis et amicis fauentibus, dilectam hanc Regilindem mihi deſpondi in vxorem. Dotis titulo et conditionis libello dono igitur ei, per hanc dotis Chartulam, et donatam in perpetuum eſſe volo tertiam partem Caſtelli et Villae, quae dicitur Erpe, cum appendente Familia et omni vtilitate: in Villis quoque Latheim et Holtheim, quantum mihi iure prouenit: Similiter et in Eroldingeim meam partem tam Eccleſiae quam villae: in Landaſt tertiam partem et villae et Eccleſiae: in Tongris cum omnibus appenditiis quartam partem: Praeterea in Villa quae dicitur Anderlecht, quidquid mei iuris: in Villa Aa tertiam partem: in Hembeka medietatem Eccleſiae et Villae: in Comptica quidquid ibi habeo: in Hocenſela duos manſos. Haec omnia dotis titulo trado praenominatae ſponſae meae.* Actum publice regnante Hen-

(i) Apud CATELLVM *l. IV. de l'Hiſtoire de Languedoc. p. 669.*
(k) *Cap. XXXIX.*

Digitized by Google

Henrico rege, anno primo. Idem antiquiſſimis temporibus vſu veniſſe, teſtatur formula dotalitii antiqua, (l) quae talis eſt: *Dulciſſima et cum integro amore diligenda ſponſa mea, filia illuſtris nomen illuſtr. ego illuſtris. Et quia propitio Domino iuxta conſuetudinem vna cum voluntate parentum duorum ſponſaui, proinde cedo tibi rem paupertatis meae, tam pro ſponſalitia, quam pro largitate tua, hoc eſt caſa cum curte circumcincta, mobile et immobile, ſiluas, pratus, paſcuas, aquas, aquarumue decurſibus, iunctis et ſubiunctis, et in omnia ſuperius nominata, tu dulciſſima ſponſa mea a die feliciſſimo nuptiarum tibi per hanc ceſſionem dedico adque transfundo, vt in tua iura hoc recipere dibeas. Cido tibi bracile valente ſolidus tantus, annolus valentes ſolidus tantus. Cido tibi caballus cum ſambuca et omnia ſtratura ſua, boues tantus, vaccas cum ſequentes tantus, ouis tantus, ſolidis tantus. Haec omnia ſubſcripta rem in tuae iure et domenacione hoc recipere debias, vel poſteris tuis, ſi intermus procreati fuerunt derelinquentis, ſaluo iure ſancti illuſtris cuius terrae eſſe videtur.* Vocatur equidem ſponſalitia, verum, dum haec ante nuptias praeſtetur, haec ceſſio vero demum a nuptiarum die locum habeat, potius pro dotalitio erit reputanda.

§. XVII.

Sunt vero dotalitia antiquiſſimae originis et apud omnes fere Germaniae gentes vſu obtinuerunt et adhuc obtinent, prima eius veſtigia obſeruamus apud Gallos, de quibus IVLIVS CAESAR. (m): *Viri quantas pecunias ab vxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex ſuis bonis aeſtimatione facta, cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque ſeruantur, vter eorum vita ſuperauit, ad eum pars vtriusque cum fructibus ſuperio-*

rum

(l) Extat inter *Formulas antiquas Gregorio Turonenſi adiectas pag. 1331.*

(m) *Lib. VI. c. XIX.*

Digitized by Google

rum temporum peruenit. Deinde etiam legibus RIPVARIORVM (n) non ignotum fuit dotalitium, in his enim verba: *Si quis mulierem deſponſauerit, quicquid ei per tabularum ſeu chartarum inſtrumenta conſcripſerit, perpetualiter inconuulſum permaneat. Si autem per ſeriem ſcripturarum ei nihil contulerit. Si virum ſuperuixerit, quinquaginta ſolidos in dotem recipiat et tertiam partem de omni re, quam ſimul collaborarunt, ſibi ſtudeat euindicare.* Eadem ratione LVITPRANDVS rex ordinauit, (o) *vt maritus coniugi ſuae, quando eam in coniugio ſociauit, quartam partem de eius ſubſtantia et non amplius in* Morgencab *dare poſſit.* Idem de iure Francorum docet ANNAEVS ROBERTVS (p): *Nam quemadmodum Iuſtinianus coniugi ſuperſtiti, ſi laboret inopia, certam aliquam bonorum praemortui partem aſſignat; idque etiam Longobardorum legibus ad tertiam quartamue bonorum partem reductum fuerat. Sic et eadem ratione veteres Francorum leges, quum olim mulieribus aut nullum cum maſculis, aut certe non aequum ſuccedendi ius tribuerent, conueniens eſſe crediderunt viduarum inopiam aliquo remedio et alimentorum beneficio ſubleuari. Nuptae a maritis ſolatia et vitae ſubſidia recipiunt, cum viduae relictae ſunt aequiſſimum videtur illis tum maxime prouideri, cum amico coniugum ſubſidio deſtitutae externa legum ope et auxilio indigent.* Sic etiam conſtitutionibus Siculis mentio fit dotalitii inter eos nobiles, qui iure Francorum viuunt.

§. XVIII.

Dotalitia eam ob cauſam conſtituuntur, vt vxor, morte mariti vidua facta, vitam pro dignitate poſſit ſuſtinere (§. X.). Inde dotalitium debetur ſiue vxor ſit dotata

(n) *Tit. XXXIX.*
(o) *L. II. Tit IV. leg. I.*
(p) *Rerum iudicat. l. I. c. XIII.*
(q) *De dotario l. III. tit. XVI.*

Digitized by Google

tata ſiue indotata. Vtroque enim caſu marito intereſt, ne vxor vidua facta alimentisque deſtituta neceſſariis, ſibi ſit ignominiae. Et quidem antiquiori tempore dotalitium absque vlla conſtitutum eſſe dote, eo magis certum, quo clarius conſtat, vxores nullam plane maritis attuliſſe dotem (r). Deinde quoque dotalitii quantitas ad ſolum mariti redibat arbitrium, nullo ad dotem reſpectu habito. Dotes enim muliebres dum plane eſſent extra vſum, dotalitii quoque reditus doti minime accommodari poterant. Tandem vero ex dote Germanorum antiqua dotalitium habuit originem, hinc etiam eius natura ex indole dotis Germanicae erit exponenda.

§. XIX.

Licet vero dotalitium ſit ipſa Germanorum dos antiqua (§.XVIII.); multas tamen dotalitii doctrina accepit lacinias, poſtquam ius Romanum in Germania receptum, Dum enim ICti, Romanorum principiis imbuti, in vaſto Iuſtinianei iuris corpore, quod omnis ſapientiae fontem credebant, nil inuenirent, ex quo ortas dotalitii lites, Romanis plane incognitas, deciderent, inciderunt tandem in donationem propter nuptias, quam quia doti ſimilem putarunt, dotem illam Germanorum in donationem propter nuptias apud Romanos vſitatam commutarunt. (s) Aſt variae ex hacce commutatione ortae ſunt difficultates. Primo enim donatio propter nuptias dotem praeponebat, a muliere illatam: apud Germanicae vero originis gentes nulla erat dos muliebris. Hinc fingebatur dos, et dona illa, quae vxor marito ex domo afferebat paterna, dos dicebantur, iisque iura dotis a Iuſtiniano tra-

(r) Vide ſupra *c. I. Sect. I.* §. 7.

(s) Inde quoque dotalitium et donatio p. n. pro vno eodemque habentur vid. §. 64.

Digitized by Google

tradita applicabantur. (t) Deinde ICti Romani obſeruantes dona illa muliebria, quae dotem dicebant, in mariti tranſire dominium, nec vnquam vxori reſtitui, ſed a marito vxori in euentum, quo vidua ſuperſtes maneret, certi reditus adſignari; Hoſce reditus tanquam vſuras dotis et donationis propter nuptias eſſe conceſſos, ſibi fingebant. (u) Tandem priſci aeui ICti, videntes dotem et donationem pr. n. coniugi ſuperſtiti non ſolui, ſed ei ſolum vſuras praeſtari, quas ſimul ad ſuſtentandam pro dignitate vitam vidua perciperet, aequitatem exigere putantes, vt duplicarentur, et dotis et donationis pr. n. vſurae, et inde viduae, pro dote quadruplicatas ſeu duplicatas dotis et duplicatas donationes p. n. vſuras deberi, tradiderunt. Ens hocce nouum ex patriis moribus et Romanis legibus conflatum, dotalitii nomine recentioribus venit ICtis.

§. XX.

Eſt igitur DOTALITIVM *certa redituum quantitas vxori in caſum viduitatis eo fine adſignata, vt inde vidua pro dignitate vitam poſſit tueri.* Nolui igitur generis loco dotalitium definire per vſumfructum, quia interdum melior, interdum deterior eſt conditio dotalitii, illa vſusfructuarii. Addere quoque nolui, quod dotalitium conſtituatur in compenſationem dotis, quia illud interdum absque dote conſtituatur. Alii dotalitium definiunt, quod ſit donatio antiphernalis, qua vxori a marito vel eius nomine a quouis alio, certa pars bonorum ab obitu mariti ad vitam vsque ſuam fruenda conſtituitur.

§. XXI.

(t) *Vid. ſupra c. II. S. I. §. 24.*
(u) Inde quoque hi reditus ſ. dotalitium dicebantur *recompenſa dotis*, contra dos.
(x) Ill. KEMMERICH *in introd. ad ius publ. L. VIII. c. III. §. 13.*

§. XXI.

Conuenit dotalitium, quo hodie vtimur, cum antiqua Germanorum dote, quod conſtituatur a marito ad vxoris meliorem in caſu viduitatis ſuſtentationem. Eo facit omnino ſpeculum Sueuicum (y): *Gibt ein Mann ſeinem Weib fahrend Guth zur Heimſteuer oder anders an fahrenden Guth, das mag er ihr immer anwerden, dieweil er ander Guth hat.* Et in fine: *Das iſt davon geſezt, daſs die Frauen um Guth nicht arbeiten mögen, als die Männer, und auch darum der Frau nyt Anſtand, daſs ſy ſollen nach den Allmoſen geben, denn den Mann.*

§. XXII.

Differt vero dotalitium a Germanica dote, quod illud dotem praeponat illatam, haec vero absque dote conſtituatur. *Deinde* dotalitium ratione quantitatis doti ſimile muliebri, ſeu in quadruplicatis dotis vſuris ſolet conſtitui, dos vero Germanica, nulla muliebris dotis ratione habita, ſolet concedi. *Tandem* in dotalitio ordinando ad donationem propter nuptias reſpicitur, dos vero Germanica nil cum donatione p. n. habet commune.

§. XXIII.

Olim a ſolo mariti arbitrio dotalitii pendebat quantitas, poſteaquam vero, recepto Romanorum iure, ea inoleuit opinio, dotalitium in dotis dari compenſationem, illud quoque pro ratione dotis eiusque quantitate determinandum crediderunt ICti fere omnes, in eo ſolum diſſentientes, quod alii duplicatas, alii quadruplicatas dotis vſuras dotalitium conficere ſtatuant. Aſt facile conciliari poterunt hi ICtorum diſſenſus, modo vſuras donationis p. n. ab vſuris dotis ſeiungas (z). Qui enim dotalitium in duplicatis dotis vſuris conſiſtere aſſerunt, ſolas

(y) *Art.* 299.
(z) GVNDLING. *de emptione vxorum C. II. §.* 24.

Digitized by Google

las dotis vſuras intelligunt, excluſis illis, quae de donatione p. n. praeſtantur. Qui vero quadruplicatas dotis vſuras in dotalitium viduae aſſignari tradunt, et dotis et donationis p. n. vſuras coniungunt (a). Inde dotalitium noſtris moribus regulariter in quadruplicatis dotis vſuris conſiſtit. Dico regulariter, nam ex pacto interdum duplicatae ſolum praeſtantur.

§. XXIV.

In quibusdam prouinciis dotalitii quantitas lege eſt definita. In legibus *Burgundionum* tertia pars bonorum mariti erat ſtatuta, verbis (b): *Idcirco praeſenti conſtitutione decernimus, vt ſi mulier defuncto ſine filiis coniuge ſuo ad ſecunda vota non ierit, tertiam totius ſubſtantiae mariti vsque ad diem mortis ſuae ſecura poſſideat. Sic tamen vt poſt tranſitum eius, ad legitimos mariti heredes omnia reuertantur.* In vtriusque *Siciliae* regnis dotalitium eſt tertia pars bonorum vaſalli mariti, iuxta conſtitutionem Rogerii regis, quae ita diſponit: *vt ſi quis Baro vel miles vxorem duxerit, et tria feuda habuerit, liceat ei vnum dotarium vxori ſuae de tribus feudis conſtituere* (c), vnde vulgariter *Tertiaria* dicitur (d). Apud Gallos, cum dotalitium ante non deberetur, niſi ex ſtipulatu, Philippus Auguſtus lege lata ſanxit, vt de more in poſterum citraque ſtipulationem, dotalitii nomine frueretur vidua ſemiſſe bonorum omnium, quae habuerit maritus, cum ei in matrimonium data eſt, teſte MORNACIO (e). Idem addit, in tantum placuiſſe Francicam hanc conſtitutionem, vt anno inſequenti 1215. Ioannes Angliae rex ſimilem apud ſuos incitatione tanti Prin-

(a) MENCK. *de quantitate dotalitii.*
(b) *Tit. XLII. §. 1.*
(c) *Conſtit. Siculae l. IV. Tit. XIII.*
(d) MATTHAEVS de AFFLICTIS *l. III. conſtit. regn. XIV.*
(e) MORNACIVS *ad L. 2. ff. de iure dotium.*

Digitized by Google

Principis promulgarit, non tamen de ſemiſſe, ſed de triente. Cuius quidem trientis ſiue tertiae partis bonorum mariti vſus fructus etiamnum apud Normannos, Andos, Caenomanos, Pictones caeteraſque eius regni regiones, quae tunc parebant Britanno, ſupereſt. (f) In Catalonia dotalitium ſecundum dotis quantitatem definitur, vnde *Tantundem* vocatur, quaſi tantum, quantum ipſa dos conſtituat. (g) In Britannia dimidia pars omnium vaſalli bonorum conſtituebat dotarium. In Longobardia vero quarta pars bonorum mariti: Sic enim iure LONGOBARDICO (h) eſt ſtatutum: *Si quis Longobardus morgingab, coniugi ſuae dare voluerit, quando ſibi eam in coniugio ſociauerit, ita decernimus vt alia die ante parentes et amicos ſuos oſtendat per ſcriptum a teſtibus roboratum, et dicat qui ecce, quod coniugi meae morgengab dedi, vt in futuro pro hac cauſa periurium non incurrat. Tamen ipſum Morgengab voluimus vt non ſit amplius, niſi quarta pars de eius ſubſtantia, qui ipſum morgengab dedit. Siquidem minus dare voluerit de rebus, quam quarta portio ſit, habeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit, nam ſuper ipſam quartam portionem nullatenus poſſit.* In Burgundiae comitatu, tertia pars dotis ab vxore adlatae fuit determinata, licet inter nobiles dotalitium conficeret ſuper media parte bonorum antiquorum mariti (i). In Ducatu Lotharingiae dotalitium conſuetum eſt dimidia pars bonorum, quae maritus tempore nuptiarum habuit:

(f) HENELIVS *c. VI. §. IX.*

(g) *De pactis nuptialibus Clauſ. VII. Gl. P. III. n. 10. et 27.*

(h) *L. II. Tit. IV.* BERN. ARGENTREVS *in conſuet. Britann. art. 433. Gl. I. n. I. V.* 10. GRIVEL *Dec. XLII.* MYLER. ab EHRENBACH *Gamologia c. XII. §. 1.*

(i) GRIVEL *Dec. XLII.* HENR. BOQVET. *ad conſuet. comitat. Burgundi. Tit. II. §. 3.*

Digitized by Google

buit: *Que la femme a en vſufruit la moitie des Immeubles que ſon Mary poſſedoit lors qu'il l'espouſa.* (k)

§. XXV.

Nulla apud Germanos dos erat, ſed ſolum munuſcula quaedam marito offerebantur, quae in eius tranſibant proprietatem (C. I. S. I. §. 7.). Haecce munuſcula ICti pro dote habuerunt, eamque ob cauſam proprietatem dotis maritum adquirere putarunt (l). Quod cum aequitati minus conuenire videretur, in compenſationem dotis a muliere illatae quadruplicatas dotis vſuras viduae praeſtari, hisque praeſtitis dotem abſorberi voluerunt ICti (m). Conſtituto igitur dotalitio eiusque perceptis reditibus nulla dotis repetitio mulieri competit, parumque intereſt ſiue dotis reditus per longum ſiue per breuiſſimum tempus a vidua ſint percepti. Vtroque enim caſu abſorbetur dos. Et licet haec opinio errori et ignorantiae ICtorum debeat originem (n), illam tamen perpetuo vſu eſſe receptam ICti teſtantur fere omnes (o).

§. XXVI.

Licet vero dos, perceptis dotalitii reditibus, repeti neque-

(k) FABERT. *ad conſuet. Lothaving. Tit. III.* §. *XX. XLVI. n.267.*

(l) Inde ortum habet ICtorum ſententia: Dos quaſi ex vendito in maritum transfertur, et cum dotalitio mulieri conſtituto, compenſata cenſetur. Vide poſt SIMONEM MODESTINVM PISTOREM, ERNESTVM COTHMANNVM, *Vol. Reſp. 48. n. 66. et III. Reſp. n. 35. Vol. IV. Reſp. 48. n. 44. et n. 54.*

(m) Ill. ESTOR *diſſ. an dotalitium ceſſet propter nuptias ſecundas C. VIII.* §. *6.*

(n) Ill. de LVDEWIG *diſſ. de dote mariti p. 35.* C. H. de BERGER. *ſel. dotal. Capit.* §. *40. p. 37.* Ill. ESTOR. *diſſ. cit. Cap. VIII.* §. *9.*

(o) BARTH. *de Gerada p. 517.* CARPZOV. *P. II. conſt. 42. def. 3. P. III. conſt. 37. def. 4. n. 4.* NIC. HENELIVS. *de dotal. c. X.* §. *26.* MYLER. *in Gamol. c. XIV.* §. *3. ſeqq.*

Digitized by Google

queat, limitatur tamen haec theſis, niſi pactis dotalibus inter maritum et vxorem illuſtrem tempore nuptiarum fuerit conuentum, vt, agnito licet poſt obitum viri dotalitio, nihilominus dos vel ab ipſa vidua conſtante viduitate vel poſt eiusdem mortem ab illius heredibus poſſit repeti, vidua inſuper annua penſione ad dies vitae conſequente (p). Patet hoc ex formula ſequente: *So fern unſer Herzgeliebte Gemahlin Fräulein Ingelburgis, mit uns Engelbert keine Kinder gewinne, oder da auch gleich Kinder erzeugt, ſolche aber vor der Frau Mutter Tods verfahren würden, ſo ſolle Ihre Gnaden nach unſern Ableiben, in Zeit Dero Lebens Ihr Witthum beziehen und beſitzen. Nach ihr Gnaden Abſterben aber ſolle das zugebracht Ehe-Geldt (woſern unſere zukünftige Gemahlin keine Diſpoſition hinterlieſen) der 30000. Gulden widerfällig ſeyn, und gefallen an uns Herzogen Erich, zu N. als Schweher Vattern, oder unſere mannliche nechſte Leibs-Erben, ohnerachtet, wie lang Ihre Gn. der Witthum beſäſſen hatten. Hingegen die Widerlag und Morgengab, und was von unſerm Haus herkommen, auf unſere Herzog Engelbert nechſte Erben kommen.*

§. XXVII.

De dotalitio igitur, quatenus iureconſultorum opinionibus conflatum, apud nos obtinet, haſce format regulas HENELIVS (q). I. Dotem et dotalitium pari paſſu ambulant ſiue iudicantur ad paria. II. Vbi nulla dos, ibi nec regulariter dotalitium debetur. III. Tacita ineſt dotalitio conditio, ſi nuptiae fuerint ſecutae. IV. Inter dotem et dotalitium haud minus ac donationem propter nuptias, non tantum in praeſtatione et conſtitutione vtrius-

que,

(p) HENELIVS *de dotalitio c. X. §. 26.* MYLER. *Gamologia Cap. XIV. §. 7.*

(q) *De dotalitio c. II. §. III. p. 26.*

Digitized by Google

que, ſed et lucris exinde prouenientibus, imo et quoad quantitatem et ſummam ipſam aequalitas ſeruetur.

§. XXVIII.

Noſtri tamen non eſt de priuatorum prolixe agere dotalitio, potius cum illuſtrium ſolum iura ſumſimus tractanda, ad horum progredimur dotalitia. Haec vero inter illuſtres aeque ac priuatos obtinere et illuſtrium dignitas et innumera probant exempla. Exigit enim dignitas et mariti illuſtris et reipublicae, ne vidua eius, qui reipublicae praefuit, alimentis pro dignitate neceſſariis deſtituta, in mariti defuncti viuat ignominiam. Marito igitur illuſtri et reipublicae incumbit vxori in caſum viduitatis de rebus ad vitam pro dignitate tuendam neceſſariis proſpiciendi, eique pro dignitate conſtituendi dotalitium ſeu vitalitium.

§. XXIX.

Sumtus vero ad ſuſtentandas principum viduas respublica ferre omnino obligatur. Intereſt enim reipublicae, ne regnans familia prole deſtituatur, ex iuſto prognata matrimonio, et inde publica quoque exigit vtilitas, vt illuſtres ex familia imperatrice orti, matrimonia ineant. Hinc illuſtrium matrimonia in commodum reipublicae, cui illuſtres praeſunt, ineuntur. Et cum aequitas iubeat, vt qui commoda habet, eum quoque incommoda ſequantur; ſatis patet, rempublicam, in quam ex ſuorum principum nuptiis commodum redundat, ad ſuſcipienda incommoda exinde orta omnino obligari. Inter incommoda, quae ex matrimoniis illuſtrium redundant, eſt quoque neceſſitas conſtituendi dotalitium (§. 28.). Ergo quoque reſpublica ſeu territorium tenetur principis viduae ex territorii reditibus conſtituere dotalitium ſeu vitalitium.

§. XXX.

Digitized by Google

§. XXX.

Ex reipublicae reditibus praeſtandum eſt viduarum illuſtrium dotalitium, ſeu potius vitalitium (§. 29.), et hinc eius praeſtatio ad territorii onera ſpectat (r). Iam vero reſpublica aut principi domania adſignauit, ex quibus onera ferenda ordinaria, et ſic quoque dotalitium praeſtandum; aut princeps domania, quae ad onera reipublicae ſuſtinenda ordinaria ſufficiant, non habet. Priori caſu ex domaniis, poſteriori vero ex prouinciae collectis dotalitium ſeu vitalitium erit praeſtandum. Potiſſimum vero hic omnia ad prouinciarum redeunt conſuetudines et pacta, inter dominos territoriales et territorii ſtatus inita.

§. XXXI.

Exigit familiarum ſplendor illuſtrium, vt viduae illuſtri ex territorio dotalitium ſeu vitalitium conſtituatur, ex quo pro dignitate vitam poſſit tueri (§. 28.). Parum igitur intereſt, ſiue ab vxore illuſtri dos ſit illata, ſiue illa dotem habuerit nullam. Illuſtri enim dignitati haud conueniret, indotatam illuſtris viduam absque dotalitio in paupertate ad mariti defuncti viuere ignominiam. Deinde dotalitium ex dote ortum eſt Germanica, cui variae adſutae iuris Romani ſunt laciniae. Cum vero dos Germanorum maritalis ante receptum ius Rom. conſtitueretur absque reſpectu ad dotem muliebrem (C. I. §. 9.), ius vero Romanum in illuſtrium cauſis parce admodum ſit receptum, ſatis patet, illuſtrium dotalitium neceſſario non praeponere dotem a muliere illatam. Hinc non deſunt inter illuſtres exempla, quae monſtrant, dotalitium abs-

(r) COLER. *deciſ. 15. et deciſ. 60.* MODEST. PISTOR. *II. conſ. XI. n. 25.* MYLER. *c. XII. §. 8. 9.* EYBEN. *de Iure Paragb. Cor. XII.* LVDOLF *de iure fem. ill. P. II. c. II. §. 5. n. 52.*

Digitized by Google

abſque dote muliebri eſſe conſtitutum. Exemplum praebet tractatus matrimonialis, inter Amadeum VI. Sabaudiae comitem, atque Ioannam Burgundam d. VI. Iun. 1347. concluſus (s), in quo nulla dotis, ſaltim dotalitii fit mentio, verbis: *Premierement, que ledit Comte de Savoye prendra à femme par Mariage Madite Damiſelle Iohanne Fille, dudit Monſieur Philippe, quand elle ſera agié. Item ledit Comte ha deia promis, que quant ledit Mariage ſe fera, il doüera ladite Fille, et ly donra tout entierement le Douaire que tient à preſent ladite Comteſſe, pour cauſe de Monſieur Edouard iadis Comte de Sauoye, ſon mary, cuy Dieus absoille, et en ultres ce, tous les autres Chaſteaus, Villes, Terres et poſſeſſions, que ladite Comteſſe tient de l'heritage le Comte de Sauoye, et que elle ha acquis par quelque tiltre ou maniere que ce ſoit; Exceptés tant ſeulement les Chaſteaux de Marboz et de Colognié, enſemble les appartenances, des quelx ladite fille ne ſera mie douée, et vandu c'eſt Douaire au cas ou ledit Comte ſurvivroit ledit Comte, et auſſi ne pourroit tantouſt avoir ſon effait, ledit Douaire en honour et valour comme tout ce vaut, que tient à preſent ladite Comteſſe tant par titre de Douaire, comme par autre maniere, et ce fera le preſent aſſignaux de Duairé es Chaſteaux, Villes, Terres, et Iuſtices qui ſont dudit Comte en Viennois, ou en Sauoye à l' election de ladite Fille. Item pource que Aymieux de Sauoye Pere dudit Comte, doit auoir et tenir pour ſon partage en la terre de Breyſſe, que tient a preſent ladite Comteſſe, ledit Comte aſſignera des-ja par maniere des change ou de compenſation, á ladite Fille à cauſe de ſon dit Douaire entretant en emolument et valour, en Chaſteaux, terres et juſtices, comme peut valoir la portion que ledit Iehan doit prendre au Douaire, de la dicte Comteſſe, et és autres lieux aquis par elle et ſe fera ledit aſſignaul en Viennois ou en Sauoye, election du Conſeil de ladite Fille. Item ou cas que le Douaire dé*

(s) Apud du MONT. *T. I. P. II. n. 302. p. 239.*

de ladite Fille aura ſon effait, elle en fera hommage â l'heritier qui ſera Comtes de Sauoye, et tiendra toute ſa vie naturelle ſondit Douaire dudit Comte, par la maniere et les conditions et formes, que tient à preſent ſon Douaire ladite Comteſſe.

§. XXXII.

Licet vero inter illuſtres dotalitii conſtitutio dotem a muliere illātam neceſſario haud exigat (§. 31.); erronea tamen ICtorum opinio, quod dotalitium dotem praeponat illatam, et in determinanda dotis quantitate ad dotem reſpiciendum eſſe muliebrem, in illuſtrium quoque irrepſit iurisprudentiam. Inde factum, vt illuſtri quoque viduae, quae dotem non intulit, dotalitium denegaretur, et vel ipſi haud raro mariti illuſtres dotem vxoribus, ad dotalitium eo facilius conſequendum, donarent (t). Ex quo enata eſt ICtorum diſtinctio in *dotalitium* et *vitalitium* ſeu *vidualitium*. DOTALITIVM illis eſt, *certa redituum quantitas vxori in caſum viduitatis pro dote compenſanda adſignata*. VITALITIVM vero appellant, *quantitatem redituum viduae, quae dotem non habet, in caſum viduitatis conceſſa, vt inde vitam pro dignitate poſſit tueri* (u), quae diſtinctio, recepto ſemel dotalitio, in compenſationem dotis conſtituendo, omnino locum poteſt habere.

§. XXXIII.

Viduae illuſtri indotatae vitalitium ſeu vidualitium, dotatae vero dotalitium conſtituitur (§. 32.). Vitalitium in alimentis pro dignitate neceſſariis conſiſtit, et in eius conſtitutione multa redeunt ad ſucceſſoris arbitrium. Inde conſultius omnino agit, quae dotem ad conſequendum infert dotalitium. De quo recte de LVDOLF (x): *ſi dos non*

(t) LVDOLF *de iure feminarum illuſtrium P. II. c. II. §. 5. n. 2.* qui etiam exempla in appendice ſiſtit.

(u) De LVDEWIG *diff. iur. Rom. et Germ. in dote mariti p. 24.*

(x) *De iure feminar. illuſtr. P. I. c. II. §. 5.*

Digitized by Google

non conſtituta, vel non illata, neque enim vt conſtituatur filiabus eſt praeceptum naturale ſed ciuile (y). *Viduis illuſtribus nullum debetur dotalitium, ſed alimenta, Fürſtmäſſiger Unterhalt, quae alimenta, cum ex arbitrio ſucceſſoris determinentur, et facile fiat, vt viduarum tantus non ſit fauor, quo iis largius proſpiciatur, hinc factum aliquando, vt princeps, qui ab vxore dotem expectare non potuit, ei tamen voluit proſpectum, ipſe dotem conſtituerit. Exempla in appendice relata, id, quod dico, teſtantur. Etſi enim inter priuatos vidua portione ſtatutaria fruatur, ſi dotalitio et dote carere malit, id tamen inter illuſtres familias, quae patrimonia habent plerumque tantum publica, vſitatum non memini.*

§. XXXIV.

Dotalitii quantitas lege vel conſuetudine imperii vniuerſaliter obligante determinata haud eſt. Et licet ex erronea ICtorum opinione modo duplicatae, modo quadruplicatae dotis receptae ſint vſurae, iura tamen illuſtrium ex fictis iureconſultorum opinionibus minime ſunt petenda. Nulla igitur eſt ratio, qua illuſtres ad dotalitium pro modo dotis conſtituendum, ſeu ad dotis duplicatas vel quadruplicatas vſuras loco dotalitii praeſtandas obligentur. Potius ab arbitrio illuſtris pendet mariti, quid quantumue vxori dotalitium velit concedere, modo ſufficientia pro dignitate alimenta ſint conceſſa. Hinc vt ſponſa ſibi melius conſulat illuſtris, de dotalitii reditibus in pactis dotalibus ſollicita eſt determinandis, quo fit, vt plerumque priuatorum more vel duplicatae vel quadruplicatae (z), dotis vſurae in dotalitium concedantur.

§. XXXV.

(y) EYBEN. *de iure Paraph. Th.* 6. 7.

(z) G. BARTH. *in tr. de Gerada p.* 442. inter illuſtres duplicatas dotis vſuras dotalitium conficere putat, aſt exempla *Sect. II.* adducta probant contrarium.

Digitized by Google

§. XXXV.

Determinatur etiam dotalitii quantitas pactis familiae. Sic comites Mansfeldenſes A. 1519 inter ſe conuenerunt (a): *Daſs keiner ſeiner Gemahlin mehr dann 750. Gulden jährlich Aufhebens vermachen, auch nach eines Herrn Tod, die Witt-Frau nicht mehr dann 400. Guldin Morgengab und 1000. Guldin für allen Geräde bekommen ſolle, hätte aber eines Gemahl über 10000. Guldin zum Heyrath-Guth eingebracht, möchten ihr 1100. Guldin jährl. Aufhebens dargegen vermacht werden. Mit dieſer gegeneinander geſchehenen Verpflichtung, daſs, welcher Graf ſolches überſchreiten würde, deſſelben Güther ſolten den andern Grafen verfallen ſeyn, und ſolte auch vor Kayſerl. Maj. Erklärung in der Acht ſeyn. Solches haben ſie durch Kayſer Maximilian beſtätigen laſſen.* Sic etiam Balthaſar a Promnitz, Epiſcopus Vratislauienſis, maioratum inſtituendo, diſpoſuit. *Daſs keiner von Promnitz ſeinen Vettern, der dieſer Succeſſion theilhaftig und in die Adminiſtration kommt, ſeiner Ehe-Gemahl auf die Pfand-Fürſtenthümer und Herrſchaften über 1000. Rthl. Groſchen zu verleibgedingen und zu verſorgen nicht Macht haben, ſondern es ſoll ihnen hiermit ganz und gar verboten und abgeſchnitten ſeyn* (b). Simile pactum in familia Anhaltina lineae Coethenſis exſtat, in quo (c): *Würden auch beyde Herren Gebrüder Gemahlinnen hinterlaſſen, ſo iſt verabredet, daſs des Herrn Primogeniti Fürſtl. Frau Gemahlin mit 6000 Rthl. des Herrn Secundogeniti 5000 Rthl. und zwar eines vor alles verleibgedinget ſeyn, und eine jedwede aus ihres Herrn Gemahls verlaſſenen Feudal-Intraden ſo viel zu genieſſen haben ſolle - - Maſſen dann vorhergehende Verordnung blos dahin verſtanden ſeyn ſolle, wenn ein oder anderer Fürſtl. Manns-Stamm, welches Gott in Gnaden verhüten wolle, gänz-*

(a) SPANGENBERG *Chron. Mansfeld. c. 353.*
(b) MYLER. *Gamol. c. XII. §. XIII.*
(c) Apud FABER. *Staats Canzley T. LXXIV. p. 674.*

Digitized by Google

lich abgeben würde. Auſerdem, und wenn der Mannes-Stamm bey einer oder der andern Linie nicht ausgehen würde, beyderſeits ausdrückl. bedungen: Sowohl das Quantum der Verleibdingung Dero künftigen Gemahlinnen, als auch vor jedwede Ihrer Princeſſes jährl. Gehalt, nach eigenen Belieben künftighin zu determiniren und einzurichten.

§. XXXVI.

Si vero pactis dotalibus ſeu familiae quantitas dotalitii definita haud eſt, ſucceſſor illuſtris, nec ad duplicatas nec ad quadruplicatas dotis vſuras tenetur (§. 34.) ſed ſolummodo viduae reditus, quibus pro mortui dignitate mariti vitam poſſit tueri, adſignare obligatur (§. 30.). De eo vero, an reditus ad vitam pro dignitate tuendam ſufficiant, facile lites enaſcuntur. quae niſi transactione vel arbitrio componantur, iudicis terminandae ſunt ſententia, qua quantitas vidualitii erit determinanda. In definienda vero dotalitii, ſeu potius vidualitii quantitate iudices ad obuia dotalitiorum in familia olim conſtitutorum illuſtri ſolent reſpicere exempla. Nam licet exempla non obligent, praeſumtionem tamen iuſtitiae et aequitatis habent, et in dubio ea ſequimur, quae iam ab anteceſſoribus iuſte facta praeſumuntur.

§. XXXVII.

Conſtituit dotalitium is, cui de rebus ad vitam pro dignitate tuendam vxori proſpicere obligatio incumbit. Hinc regulariter maritus dotalitium conſtituit vxori. Aſt opibus maritus interdum haud ita eſt inſtructus, vt ex iis dotalitium poſſit praeſtare, et inde nomine eius pater, mater, auus, auia, ſeu quicunque agnatus, aut quilibet alius recte conſtituit dotalitium. Atque ita quidem Maximilianus I. imp. Annae Wladiſlai Hungariae ac Bohemiae regis filiae, futurae alterutrius nepotum, Caroli, aut Ferdinandi, coniugi, loco dotalitii reditus annuos

Digitized by Google

nuos viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium ſuper certis oppidis et caſtris ſiue territoriis, partim in Auſtria inferiori, partim in comitatu Tirolenſi ſitis; viciſſim autem Vladislaus filii ſui Ludouici ſponſae Mariae Auſtriacae, eiusdem ſummae ac valoris annuos reditus, ſuper bonis ac locis, quae pro dimidia parte in regno Hungariae, et pro dimidia parte in regno Bohemiae in contributionem venerunt, adſignauit: vti liquet ex pacto dotali deſuper confecto, quod habet Sambucus in rerum Hungaricarum appendice.

§. XXXVIII.

Res in dotalitium dari poſſunt omnes, quae vxori pro dignitate neceſſaria praeſtare poſſunt alimenta, nihilque intereſt, ſiue res ſint mobiles ſiue immobiles, corporales, incorporales, iura, quantitatesque. Plerumque tamen certa adſignantur praedia, eaque vel cum vel ſine iurisdictione. Inter illuſtres praefecturae quaedam *Wittums-Aemter*, in dotalitium dantur, et vt melior viduae auctoritas concilietur, vna cum his omnis concedi ſolet iurisdictio, alta et baſſa. Quod confirmant exempla tam antiquiora, quam recentiora. Sic in tabulis dotalibus Raynaldi Geldriae ducis cum Maria Harcurtia de a. 1405. habetur, in quibus in dotalium conceduntur certa caſtra et oppida, et quaecunque eo ſpectant iurisdictiones, vici vna cum ſingulorum emolumentis ac iure in modum, quo eadem ipſi poſſidemus: (d) Guilielmus, dux Saxoniae, ſecundae vxori Catharinae Salfeldam vrbem et praefecturam adſignauit, hanc etiam in eadem vrbe et praefectura iurisdictionem exercuiſſe, acta teſtantur (e). In tabulis dotalibus inter Albertum ducem Saxo-Coburgenſem et

(d) *Vide infra* §. 74.
(e) *In Hiſtor. Archiv. T. II. p. 81.*

et Suſannam Eliſebetham, comitiſſam de Kempinsky a. 1689. definitum fuit: *Unſerer vertrauten Gemahlin, Frauen Suſannen Eliſabethen, H. zu S. Lbd. Ihres uns zugebrachten Heyraths-Guths der 20000. Rthl. halber gleichergeſtalt und ebenmäſſig mit 20000. Rthl. alſo verleibdingen, daſs ſolches Heyraths-Guth und Widerlage, nemlich in einer Summa 40000. Rthl. auf das Hauſs, Ambt und Stadt Neuſtadt an der Heiden, ſamt incorporirten Cloſter-Ambte Mämfröden, und Gerichte Sonnenberg geſchlagen, verwieſen und verſichert, und Ihr Lbd. dieſelbigen mit deren Pertinentien und Zugehörungen, als das Herrſchafftl. Hauſs, Stadt und Ambt Neuſtadt, wie nicht weniger das incorporirte Gerichte und Stadt Sonnenberg, und Cloſter-Ambt Mämfröden mit den Dörffern, Renthen und Gefällen, auch Leuthen, Höfen, Mühlen, Aeckern, Wieſen, Feldern, Gärten, Nieder-Iagten, Waſſern, Teichen, Fiſchereyen, Güthern, Renthen, Zehenden, Zinſen, Gülten, Schäffereyen, Nutzungen, und Gefällen, Aeckern, Höfen, Dienſten, auch mit Gericht, Recht und allen Herrlich- und Gerechtigkeiten, in Bürgerlichen und Peinlichen Sachen, Geboth, Verboth, Buſs, Brüchen und andern was nutzen mag, in Waſſern, Weyden, Buſchen, Feldern, Bergen, Thälern, wie das genennet werden mag, alles nach Inhalt einer beſondern Specification, zu Ihrem Witthum aſſigniret und verordnet ſeyn ſollen, dergeſtalt, daſs Ihre Lbd. wenn Sie nach dem Willen Gottes zum Witthen-Stande gerathen würde, aus ſolchen Aembtern, und deren Pertinentien jährlich 4000. Rthl. Witthums-oder Morgengabe, Abnutzung und Einkommen, oder, deductis deducendis, annoch befindlichen wahren Ueberſchuſſe, nach einem billigmäſſigen Anſchlage, ſoll haben, heben und genieſſen können. Da aber über alles Vermuthen ſolche, oder ſo viel jährlichen Einkommen oder Abnutzungen aus benahmten Ambte nicht erhoben werden könnten, ſo ſoll ſolcher Mangel in andern Wegen, und aus andern Aembtern, inſonderheit aber zuförderſt aus dem Ambte und Kloſter Sonnen-*

nenfeldt erſtattet werden, wie wir denn Ihre Lbd. hiermit und Krafft dieſes darauf verſichern. Was aber die Landes Fürſtl. hohe Obrigkeit, und denſelben anhangende hohe Regalien, als Ius Epiſcopale, Kirchen- und Landes-Ordnungen, Appellation, Adel, Lehnſchafften und Angefälle, Landſaſſungen, Folge, Ritter-Dienſte, Reichs-Creys- und Land-Steuren, Geleit, Müntz-Gerechtigkeit, auch Erb-Huldigung und Oeffnung, und was zur Landes-Fürſtl. Superiorität, von Rechts- und Gewohnheit wegen mehr gehörig, anlanget, ſolches alles ſoll in dieſem Witthum nicht begriffen, ſondern eximiret, und unſern Fürſtl. Erben und Nachkommen reſerviret und vorbehalten ſeyn. Die Beſtallung der Kirchen- und Schuldiener in denen zu dem Witthum gehörigen Orthen anlangend, ſowohl das Ius Patronatus, ſo fern Fürſtl. Herrſchafft ſolches zuſtehet, (jedoch den Superintendenten ausgenommen, welcher von dem regierenden Fürſten ſelbſt beſtellet wird) ſoll Ihre Lbd. künftig auch zuſtehen, und vergönnet ſeyn, doch, daſs ſie tüchtige, und der wahren ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Perſonen praeſentire. In übrigen ſoll alles dasjenige, was unſers Fürſtl. Hauſes Conſiſtorial, Kirchen und Landes-Ordnung vermag, auch vermöge vorbehaltener Epiſcopaliſchen Rechte und Ober-Botmäſſigkeit diſsfals wird verordnet werden, darbey beobachtet, und ſonſten bey Verordnung der Inveſtitur der Witthums-Beambten mit darzu gezogen werden. In tabulis (f) dotalibus tamen inter Maximilianum, Bauariae electorem atque Mariam Annam Ferdinandi II. imp. primogenitam d. XVII. Iul. 1635. (g) haec iuriſdictio excipitur, verbis: *Doch uns und unſern Erben alle Landes Fürſtl. Obrigkeit, der Hoch- und Niedern-Gerichten in allweg vorbehalten.*

§. XXXIX.

(f) Extant apud LVNIG. *Cont. II. p. 674.*

(g) Apud du MONT. *T. VI. P. I. p. 112.*

§. XXXIX.

Quodſi princeps maritus vxori illuſtri in caſum viduitatis partem territorii i. e. vel caſtrum vel praefecturam conferat cum iuriſdictione eidem adhaerente, haud raro euenit, vt ſubditi praediorum dotalium *die Witthums-Unterthanen*, viuente adhuc marito, illuſtri vxori homagium euentualiter *Widdums-Huldigung*, praeſtare teneantur, prout MYLERVS ab EHRENBACH (h) exemplum exhibet homagii euentualis Vrſulae, Ludouici Würtenbergenſis ducis coniugis praeſtiti, quod tale fuit: *Ihr werdet für euch ſelbſten auch im Nahmen der Anweſenden, und euren und ihren Erben und Nachkommen, ſo jederzeit Bürger und Inwohner dieſer Stadt und Ambt Würtinberg ſeyn werden, geloben, und einen leibl. Eyd zu Gott dem Allmächtigen ſchweren, daſs ihr ſambt und ſonders, auf den Fall, der Durchlauchtig und Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Ludwig Hertzog zu Würtenberg und Teck, Grafe zu Mömppelgart, etc. Mein gnädigſter Fürſt und Herr, vor der auch Durchlauchtigen Fürſtin und Frauen, Frauen Urſula, Herzogin zu Würtemberg etc. vermög des Euch jetzt vorgeleſenen Fürſtl. Geheis-Briefs, getreu und hold ſeyn, Ihren Fürſtl. Gnaden mit Renthen, Gülten, Zinſen, Fronen, Dienſten und allen andern, ſo dem Fürſtl. Haus Würtenberg inſonderheit nicht vorbehalten, unterthänig, gehorſam, und gewärtig zu ſeyn, und euch daran nichts hindern oder abhalten laſſen ſolches und wollet.*

§. XL.

In tabulis dotalibus (i) inter Albertum ducem Saxo-Coburgenſem atque Suſannam Eliſabetham, comitiſſam de Kempinsky a. 1689. definitum fuit: *Ihrer Lbd. alle jezige und künftige Beambten, Forſt und andere Bediente in bemeldtem Ambte und Stadt Neuſtadt, Stadt und Gerichte Sonnenberg,*

(h) *Gamologia cap. XI. §. II. p. 302.*
(i) Extant apud LVNIGIVM *Cont. II. p. 674.*

Digitized by Google

berg, Cloſter-Verwaltung Mömfröden, auch alle Unterthanen geloben und ſchwören, daſs Sie Ihrer Lbd. nach unſern tödl. Hintritt, ſodann als Ihrer rechten Herrſchaft, in Zeit wehrenden Witthums, mit ſolchem Ambte und Stadt Neuſtadt, und darzu gehörigen Dörffern, Forwercken, Höfen, Gerichten, Rechten, Dienſten, Güthern, und allen andern Gerechtigkeiten und Nutzungen, wie vorgedacht, jedoch auſerhalb ob ſpecificirter Landes-Obrigkeit und Regalien gewärtig, auch treu, hold und gehorſam ſeyn ſolte, alles mehrern Inhalts hierüber aufgerichteten Witthums-Anſchlags-Verſchreibung- und Geheiſs-Briefes. Wie denn hinwiederum auch Ihre Lbd. die Unterthanen bey Ihren alten wohlhergebrachten Rechten, Frey- und Gewohnheiten laſſen, und Sie darüber nicht beſchwehren ſollen. Idem videmus in tabulis dotalibus (k), inter Antonium Guntherum Schwartzburgicum, atque Auguſtam Dorotheam Brunſuicenſem de a. 1684. *Daſs, wenn nach Gottes Willen Sr. Hochgräfl. Gn. vor Dero Herzliebſten Frau Gemahlin Durchl. mit Tode abgehen würden, auf ſolchen Fall Ihro beſagts Ambt Keula mit denen Ober- und Unter-Gerichten, Renthen, Einkünften, Gefällen, Fiſchereyen, Iagten, Dienſten, Brau-Weſen und andern Nutzungen nach dem gewöhnlichen Tax der brüderl. Erb-Vertheilungen* pro ſumma concurrente *des verſchriebenen* dotalitii, *angewieſen, und an ſtatt Ihro Durchl. verſchriebenen Leib-Renthen derer 2000. Rthl. zu nutzen und zu gebrauchen würckl. übergeben, und eingeräumet werden ſoll. Wie dann auch Ihro Durchl. Dero Witthums Sitz uf beſagtem Ambt Keula albereit hierzu angerichteten Hauſe und Schloſs haben, auch die Pfarr-Herrn und Schul-Diener des Ambts in den Dörffern und Oertern, in welchen Sie die Leib-Renthen erkieſet und annimt, ſo ofte deren Ambt verlediget,* Hh 2 *zu*

(k) Apud LVNIGIVM *Spicileg. Secul. p.* 1307.

zu präſentiren befuget, mit deren Beſoldunge aber unbeſchweret ſeyn ſoll.

§. XLI.

Sunt tamen res, quas in dotalitium concedere, ex moribus quarundam prouinciarum plane prohibitum. Sic in quibusdam regnis legibus cautum fuit, ne fortalitia vel arces praecipuae in dotalitium conſtituantur, ne foeminae illuſtres poteſtate ipſis conceſſa abutantur. Sic in legibus regni Sueciae de rege, matrimonium contracturo, et reginae donationem nuptialem facturo, ſancitum eſt: caſtra vel fortalitia non donabit; ſed poſſeſſiones alias ſiue curias, vel praedia, iuxta conſenſum conſiliariorum (l). Hac ratione ducatus Luxenburgenſis, qui Eliſabethae Görliciae fuerat oppignoratus, familiae Luxenburgicae ſubductus Philippo Burgundiae duci obuenit, de quo NICOLAVS BETSIVS (m): *In dotalitiis autem, quae Germani Widdumb appellant, duabus potiſſimum cautelis vtendum eſt, in caſum praeſertim non exiſtentium liberorum; ne ſc. praecipuae aut munitae arces eorum nomine viduis aſſignentur, ſed potius aedificia commoda et oeconomiae idonea, cum in eo periculum ſit, ne ſexus ille, plerumque affectibus priuatis nimium indulgens, vel irae, vel amoris aut ambitionis ſtimulis impulſus poteſtate ſibi conceſſa abutatur, vti contingit Elizabethae Goerlitziae Caroli IV. ex Iohanne filio nepti, quae primum Antonio Brabantiae duci, deinde Ioanni comiti Palatino ad Rhenum, Bouariae duci, Hollandiae comite nato nupta fuit, cum dote 100. millium flor. vel aureorum Bremenſium, pro cuius aſſecuratione marito eius ducatus Lützelburgenſis oppignoratus fuit a Wenceslao imperatore. Verum illa vtroque matrimonio ſterilis, et longa viduitate, grauiſſimis bellis, ac ſubditorum rebellione, eo paupertatis redacta fuit, vt ducatum Lützelburgenſem, qui ad*

(l) LOCCENIVS *Leg. Suev. c. X.*
(m) *De Pactis illuſtrium c. VI. p. 117.*

Digitized by Google

ad ipſam pleno iure, extincta ſtirpe maſcula ducum Lützelburgenſium peruenerat, Burgundiae duci Philippo concedere neceſſe habuerit. Anno enim Chriſtianae epoches 1443. contumacia, diſſidiisque ſuorum, quibus Saxon. dux Wilhelmus, eum Ducatum ſibi vindicans, ſubſidium miſerat, agitata, Philippi Burgundi opem implorauit, eumque Mamburnum et gubernatorem, vti et antea Wenceslaus Ludouicum Aurelianenſem, eius Ducatus conſtituit, pacta ſibi quotannis certa pecunia annua, 1000. librar. vt OLIVERIVS, *vel quinque millium coronatorum, vt* MAYERVS *ſcribit, in alimenta; Philippus vero, eodem anno Ducatum ſubegit, ac deinceps ditione tenuit ſub praefectis Cornelio filio ſuo notho, et Guilielmo Sanſouienſi, et ab illo tempore eius dominium ſemper ac continuata ſerie remanſit apud Burgundicam domum, et eius ſucceſſores. Verum Elizabetha circa extremum vitae ſuae tempus, adeo miſeram vitam et aerumnoſam ducere coacta fuit, vt in vrbe Treuirorum nulla Ducali pompa, aut ſplendore, ſed priuatae ſimilis, et ob aes alienum ab Eccleſiaſtica communione abdicata, fideque publica eius ciuitatis Senatus donec viueret, vsque ad annum Chriſti 1450. aduerſus creditorum vexationes ſecura, in ſilentio et ſqualore degeret, et ſemeſtri ſpatio poſt mortem, quod pactis nominatim cautum erat, inhumatum cadauer ibidem ſecure permaneret; triſti et miſerando foeminei imperii exemplo. Hinc etiam Carolus IV. in conſtitutione dotalitii Eliſabethae coniugis, cum ipſi omnes eius cenſus, reditus, fructus, vtilitates, iudicia, dominia et vniuerſas pertinentias in quibuscunque rebus conſiſterent, addixiſſet, hoc ſimul nominatim addidit: vt regina et ciuitates, quae dotalitii iure tranſierunt, promitterent, ſe Bohemiae regi qui pro tempore fuerit, tota potentia, omni fide et diligentia aduerſus quoslibet inuaſores regni et coronae Bohemiae, et in procurandis, manutenendis ac defenſandis iuribus commodis, profectibus et honoribus eiusdem regni et coronae pariter adſiſtere*

velle, ac ipſi Bohemiae regi nullis vnquam temporibus aduerſari (n).

§. XLII.

An epiſcopatus et abbatiae bona in dotalitium dari queant, variae ſunt opiniones. Equidem apud catholicos haec quaeſtio otioſa eſt, et Domitianae haud abſimilis, cum ex hypotheſi huius religionis poſſeſſores coelibes ſint, et nullas ſic viduas relinquant. Apud euangelicos autem vtique poteſt eſſe locus huic quaeſito, vbi qui electi, vel poſtulati nomine epiſcopi, vel adminiſtratoris eccleſiis praeſunt, et talia feuda tenent, matrimonia capeſſere ſolent. Non defuere, qui affirmatiuam tuebantur, illa moti ratione, quod, quia epiſcopo, vel adminiſtratori licet habere vxorem, non poſſit etiam illi denegari accipere dotem, illamque in feudum conuertere; atque ſic obligationem naſci ad dotalitium etiam conſtituendum vel praeſtandum. Verum licet haec ſpeciem habeant, mihi tamen non eſſe abſque dubio videntur. Nam facultas habendi vxorem non immutat naturam feudi, quod intuitu eccleſiae accipit epiſcopus. Cum itaque inſolens huc vſque fuerit feuda eiusmodi eſſe dotalitiis obnoxia, quorum praeſtatio moribus nititur, vix apparet, qua ratione ſucceſſor in hoc feudo vlla obligatione ſtringi poſſit ad has praeſtationes. Quod ſi vero conſenſu capituli, aliisque requiſitis neceſſariis conſtitutio talis facta, vel capitulatio cum poſtea electo, vel poſtulato aliud exigat, alia etiam deciſio inueniet locum. Pariter ſi dos conuerſa fuerit in commodum epiſcopatus, viduam repetere illam poſſe a ſucceſſore facile concedo. Plane in ſeculariſatis epiſcopatibus eandem rationem, ac in aliis feudis ſecu-

(n) SCHIFORDECKE *de iure regni Bohem. Hered. Tit. III. c. XLVIII. §. 4.*

Digitized by Google

ſecularibus obtinere, nemo dubitabit; niſi fortaſſe aliud quid obſtet (o).

§. XLIII.

Res, in quibus dotalitium conſtituitur, ſunt vel allodiales, vel feudales. Quod ad illuſtrium attinet allodia, illa ſunt vel auita vel adquiſita. De his libera poſſeſſori competit diſponendi facultas, et inde quoque maritus abſque liberorum, agnatorum ſeu aliis cuiuscunque conſenſu huiusmodi allodia in dotalitium pro arbitrio adſignat. Alia vero ratio eſt allodiorum auitorum. Haec inter illuſtres, vt iureconſulti dicunt, naturam habent fideicommiſſorum, ſeu potius, quia omnibus ex familia adquirentis ius competit ſuccedendi, nec alienari, nec pro arbitrio de illis ab eorum diſponi poteſt poſſeſſore (p). Hinc poſſeſſor allodiorum illuſtris ius agnatis quaeſitum nec interuertere, nec de fructibus in eorum diſponere poteſt praeiudicium, et proinde dotalitium in praeiudicium agnatorum in allodiis conſtitui nequit auitis.

§. XLIV.

Si res feudales in dotalitium conceduntur, conſenſus et domini directi et agnatorum non quidem de eſſentia requiritur, (q) aſt conſilii exigit ratio, vt adhibeatur. Conſiſtit enim dotalitium feudale in fructibus viduae ex feudo adſignatis. De fructibus feudi vaſallus tamdiu ſolum diſponendi ius habet, quam ipſe ſuique deſcendentes feu-

(o) Sunt verba HORNII *in iurispr. feudali c. XXI. §. X.* Adde MOSER. *Staats Recht T. XI. p. 117.*

(p) *Vide ſupra c. I. Sect. I. §. XI. n. b.*

(q) Quia de fructibus feudi inſciis agnatis et domino vaſallus valide diſponit, licet ſucceſſori agnato vel domino inde praeiudicium inferre non poſſit. Hinc ad dotalitium a patre abſque domini ſeu agnatorum conſenſu conſtitutum, liberi in feuda ſuccedentes paterna, omnino obligantur. Licet olim liberorum quoque conſenſus ad dotalitium requireretur. De quo *Ius feudale Saxon. Art. XXXI.*

Digitized by Google

feudum poſſident, minime vero de iis in praeiudicium domini vel agnatorum poteſt diſponere. Inde mortuo vaſallo eiusque deſcendentibus, nec agnati, iure ſuccedentes proprio, nec dominus iure conſolidationis feudum adquirens, ad vaſalli facta tenentur praeſtanda, ideoque ad dotalitium in feudo conſtitutum concedendum minime obligantur, niſi pacto in dotalitii conſtitutionem conſenſerint, aut feudum ſit hereditarium.

§. XLVI.

Media aetate, vt dotalitium in feudo conſtitutum eo certius conſequeretur vidua, non inter priuatos ſolum, ſed quoque inter illuſtres vſu obtinuit, vt de eo vxor conſentiente marito a domino inueſtiretur directo. Inde ortum eſt feudum dotalitii *Leibgedings-Lehnung*. De quo IVS FEVDALE SAXONICVM (r): *Dinget ein Lehn-Mann an ſeinen Guthe und Lehen ſeinen Weibe eine Leibzucht oder jährl. Auskommen, mit Willen und Wiſſen ſeiner Söhne, die zu ihren Iahren kommen ſind, das kan ihr hernach weder Herr noch ſeine Söhne brechen, ſo ferne, daſs ſie ihres Gedinges Zeugen und Beweiſung hat. Willigten aber die Söhne in ſolch Leibbedingung, ehe ſie zu ihren mündigen Iahren kommen wären, ſo mögen ſie ſolches hernach wohl widerreden. Aber der Herr kan ſolches nicht thun. Leihet auch ein Herr einer Frauen ein Guth, des Lehen iſt nicht nach Recht, ſondern mit dieſen ausgedruckten Worten zu ihren Leib oder Lebtag, dieſer Lehnung ſol er ihr ſtet und feſt halten, dieweil ſie lebet, ob ſie gleich hernach Söhne und Kinder gewönne, ſo mögen doch die Söhne das Leibgedinge nicht brechen. Es ſol aber der Mann ſolches Leib-Guth in ſeiner rechten Gewehr behalten, bis ſo lange, daſs er darinne erſterbe.* Sic etiam GLOSSA iuris Saxonici (s): *Das dritte heiſt Gedinge, das iſt, das ihr (der Frau-*

(r) *Art.* XXXI.
(s) Gloſſa *Land-Rechts*, *L. III. Art. LXXVI.*

Digitized by Google

Frauen) gedinget, und gegen ihre Mitgabe, und ehe man es der Frauen leibet, ſo ſoll der Mann die auf laſſen, denn ſolle es der Herr leiben, und der Mann ſol mit angreiffen. Sic Carolus IV. imp. Catharinam Friderici, Thuringiae Landgrauii coniugem a. 1367. inueſtit: *mit Sloz, veſten Land und Gueter, welche ir elicher Wirt zu einen Fürſtl. Leibgeding gemacht* (t). Wenceslaus imp. inueſtit Eliſabetham, Wilhelmi, Miſniae marchionis coniugem, a. 1389. *mit wol bedachten Mute, Rate unſer Fürſten und Getreuen, und von rechter Wiſſen, als ein Römiſcher Kunig haben wir die oben genande Elrz-Bethe, unſere Mumen, belehnt mit Lützſugk, Haus und Stadt, mit aller ſeiner Zugehörunge beſucht und unbeſucht keines ausgenommen, mit den Lehnen über die Burggrafſchaft zu Meiſſen, und mit allen andern Gütern und Herrſchaften, die von uns, als von dem Römiſchen Reiche zu Lehne gen, und leiben ihr die mit dieſem Brief von unſer Römiſcher Kuniglichen Machten, zu einen rechten Leibgedinge, von uns und allen unſern Nachkommen ewiglich, und geruhlichen zu beſitzen und zu behalten, in aller dermaſſen, rechte und weiſſe, als ſolcher Güter Recht und Gewohnheit iſt. Auch hat ſie uns dieſelbe unſere Muhme und mit uns den hochgebohrnen Joſten, Marggrafen zu Merhren, ihren Bruder, unſern lieben Vettern und Fürſten, zu Vormunde gekohren und gemachet, an denſelben ihren Leibgeding der ſie veſtiglichen und getreulichen ſchützen, ſchirmen und verteidigen ſollen, wie dicke ihr das immer Noth geſchicht, on alles geverde.* (u). Eiusmodi *Leibgedings-Lehn*

§. XLVI.

Ad dotalitium conſtituendum conſenſu domini directi, maxime imperatoris, inter illuſtres opus non eſt (x), aſt

(t) Extant litterae apud MVLLERVM *Staats-Cabinet T. IV. p. 29.*
(u) Apud MVLLERVM *c. l. §. III.*
(x) LVDOLF *de iure femin. illuſtr. P. II. C. II. p. 108. n. 54.*

aſt requiri ſolet, ſi feudum ad dominum ſit recaſurum, vel ſingulares quaedam circumſtantiae illius impetrationem ſuadeant. Sic conſenſum imperatoris adhibuit Eberhardus comes Wertheimenſis, dum coniugi Catharinae A. 1367. dotalitium concederet. Confirmationis verba haec ſunt (y): *Wir Carl von Gottes Gnaden Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und König zu Böheim, bekennen und thun kund öffentl. mit dieſen Brief, daſs vor uns kommen iſt, der Edel Eberhard, Grafe zu Wertheim, unſer lieber Getreuer, und hat uns fürgelegt, wie daſs Er, der Edlen Catharinen, Gräfin zu Wertheim, ſeiner ehel. Gemahlin, Ihre Morgengab auf Kenneghein Burg und Dorff, und was darzu gehöret, beſucht und unbeſucht (von uns als einen Könige zu Böheim zur Lehn rührend) gemacht und verſchrieben habe; und bate uns demüthiglich, daſs wir als ein König zu Böheim, und deſſelben Güther Obriſter Lehn-Herr, unſer Gunſt und guten Willen darzuzugeben, geruheten, das haben wir durch ſeine treue Dienſt und fleiſſige Bitte, zu demſelben Gemächnüſſe und Verſchreibung unſer Gunſt und Willen geben etc.*

§. XLVII.

Ad conſtituendum dotalitium agnati et dominus directus non niſi ex conſenſu obligantur. (§. 44.). Quemadmodum vero conſenſus eſt vel expreſſus, vel tacitus, vel praeſumtus, ita quoque dominus et agnati in dotalitium conſentiunt vel expreſſe, vel tacite, vel praeſumte. Expreſſus conſenſus plerumque nuda dotalis inſtrumenti ſubſcriptione declaratur (z). Tacite conſentiunt, qui praeſentes ſilent. Silentium vero tale intelligitur, quod praecedente communicatione pro conſenſu poteſt haberi, nam generaliter ratihabere non videtur, qui negotio praeſens tacet, neque ego ſuaderem, vt ſilentio illo ſecuram ſe fore

(y) Apud MYLERUM *Gamol. C. XII. §. XV.*

(z) LUDOLF *de iure femin. illuſt. P. II. C. II. n. 54.*

Digitized by Google

re vxor illuſtris putet (a). Praeſumtus conſenſus ex aequitate, ne quis cum damno alterius fiat locupletior, inducitur. Iam vero agnati, ſucceſſores in feuda ſeu allodia auita, imo et dominus directus, ad quem conſolidatione feudum rediit, locupletiores cum viduae fierent damno, ſi dotem in meliorationem feudi verſam, retinere, in eiusque compenſationem dotalitium conſtituere nollent. Hinc ex aequitate et agnatus et dominus, ad quem dos in feudum verſa peruenit, ad dotem vel reddendam, vel ad dotalitium in eius compenſationem conſtituendum obligantur.

§. XLVIII.

Dotalitium, quatenus vitualitio opponitur, ſemper dotem praeponit illatam (§. 32.). Inde conſenſus agnatorum, ſeu domini directi ſemper conditionem dotis habet illatae. Porro cum dotalitium in compenſationem dotis conſtituatur (§. 25.), et dotis compenſatio non niſi cum eo fieri poſſit, qui illam accepit (b); ſatis patet, quod conſenſus domini et agnatorum conditionem dotis in rem verſae inuoluat. Hinc licet agnati in dotalitium ſiue expreſſe, ſiue tacite, ſiue praeſumte conſenſerint, minime tamen obligantur, niſi vxor dotis illationem eiusque in feudum verſionem probauerit. Eſt autem ea inter verum et praeſumtum conſenſum differentia, quod ex vero conſenſu, ſiue expreſſe ſiue tacite declarato, agnati et dominus ſimpliciter ad dotalitium obligentur promiſſum, ſeque reddendo dotem ab obligatione liberare nequeant. Ex praeſumto vero conſenſu obligatio ſolum alternatiua enaſcitur ad dotem aut reddendam aut cum dotalitio compenſandam (§. 47.). In vero conſenſu ſufficit, initio dotem in feudum eſſe verſam, licet exinde meliorationes

 ſeu

(a) *L. C. §. 53.*
(b) *L. I. et XII. D. de compenſationibus.*

Digitized by Google

ſeu vtilitas ad agnatos haud peruenerint, dum vxor obligationem ex ſua adimpleuit parte, et agnatus vel dominus directus ex ſuo obligetur conſenſu. Ex praeſumto conſenſu agnatus et dominus non obligatur, niſi ex dote in feudum ſeu allodium auitum verſa fiant locupletiores (§. 44.). Tandem, ſi vere agnati in dotalitium conſenſerint, vxor mortuo licet marito dotem adhuc poteſt inferre et pro eo dotalitium exigere, minime vero, ſi praeſumtus agnatorum ſeu domini interuenit conſenſus. Parum enim agnatis intereſt, ſiue vxor viuo ſiue mortuo marito inferat dotem (c).

§. XLIX.

Dotalitium conſtituit maritus, ad conſtitutum vero praeſtandum, agnati ſucceſſores ſingulares non niſi ex conſenſu obligantur. (§. 44.) Simili modo dominus nec ad concedendum dotalitium, nec ad conceſſi tenetur praeſtationem (§. 46.) Territorium mariti non niſi dote in territorii vtilitatem verſa, vel ex conſenſu ad ordinandum viduae dotalitium ſeu ad ordinati praeſtationem cogitur. Apanagiatorum coniugibus pro dote ſibi conceſſa frater ſeu agnatus regens dotalitium praeſtat, aſt inuitus ad praeſtandum non adſtringitur, niſi aut pacto, aut teſtamento, aut conſuetudinibus familiae, aut ex proprio conſenſu ſe obligauerit. Conſtituens vero dotalitium percipit quoque in eius compenſationem apanagiatarum dotem (d). Licet vero agnatus ſucceſſor ſingularis, dominus

(c) LVDOLF *de iure femin. ill. P. II. c. II. §. p.*

(d) De LVDOLF *de iure femin. illuſtr. P. II. C. II. p. 107. Si frui vult vidua apanagiati dotalitio, dos eſt inferenda territorio. Ergo non poterit non eſſe domino territorii de ea vtiliter collocanda arbitrium. - - Ergo ſi dotalitium dotem abſorbetur, lucratur eam primogenitus, cuius etiam in pacto dotali apanag. componendo, potiores ſunt partes.*

Digitized by Google

nus dir. ad quem feudum conſolidatione peruenit, territorium regens princeps intuitu apanagiatorum regulariter ad dotalitium non obligantur conſtituendum, ſeu ad conſtitutum praeſtandum, attamen ad vitalitium ſeu alimenta pro dignitate neceſſaria praeſtanda, dote ſiue illata et in rem verſa ſiue nec illata nec in rem verſa omnino obligantur, ne vidua in ignominiam et mariti et familiae illuſtris viuere neceſſum habeat, ſicque illuſtrium vileſcat et contemtui ſit conditio (§. 29.). Minime autem vitalitium exigit vidua, quae ipſa iam habet, vnde vitam pro dignitate poſſit tueri, aut allodium adſit mariti, ex quo ſuſtentationem pro dignitate habere poſſit.

§. L.

In regnis electitiis dotalitium reginae viduae aliter non, quam cum conſenſu ſenatorum regni poterat conſtitui, de quo legibus Suecicis (e) olim erat ſtatutum (f): *Si rex matrimonium contrahere velit, coniugi ſuae dotalium dare, hoc dabit cum conſenſu ſenatorum regni, nec aliter, et quantum debeat eſſe. Non poteſt rex Caſtella vel propugnacula dare, ſed ex terra et praediis det. Illud vero non diutius durabit, quam ad coniugis ſuae vitam. Poſt mortem eius reuertetur ad Coronam. Si contingat Reginam Viduam velle tranſire ad ſecundas nuptias, vel regno excedere, ſedemque ſuam mutare tunc ſucceſſor prioris regis ei refuſionem pro dotalitio in pecunia dabit, cum ſenatus regni conſenſu et quantitatis determinatione. Nemo habeat poteſtatem adimendi ei dotalitium, dum innupta eſt et in regno permanet: niſi deprehendatur, ex manifeſto facto et plenis documentis, quod ſe opponat regno in illis, quae regno poſſint eſſe detrimento, tum amittit dotalitium ſuum et redemtionem eius; nec aliter.* Quomodo in Anglia dotalitium per parlamentum conſtituatur, vide infra.

(e) *C. X. §. 16.*
(f) *Sect. II. §. 16.*

Digitized by Google

§. LI.

De Poloniae reginis viduis docet MARTINVS CROMERVS: (g) *Quod ſi ea regi ſuperſtes ſit, vidua de ſuo ac de fructibus et reditibus eorum bonorum, quae rex ipſi dotis ac donationis propter nuptias nomine de amplisſimi conſilii ſententia attribuerit, ſeſe cum vniuerſo comitatu ſuo deinceps ſuſtentat.* Addit NICOLAVS ZALASZOWSKI: (h) *Quod ſi bonorum inſcriptorum ſibi non ſit compos facta, tunc viduae prouiſio annua in bonis regalibus aſſecuratur: prout Sereniſſimae Ludouicae Mariae per confoederationem Anno Domini 1648. Sic et Sereniſſimae Eleonorae poſt fata Sereniſſimi Regis Michaelis, mariti ſui, ducenta et triginta millia florenorum per confoederationem Anno Domini 1674. promiſſa, et deinde in Pactis conuentis Ioannis III. regis aſſecurata ſunt: non computando in eandem ſummam donum nuptiale annuum ex ſalis fodinis Vielicenſibus, ſcilicet duo millia vngaricalium, quod eidem vigore Conſtitutionis* Anni 1670. competebat (i): Adde, quae infra de dotalitiis reginarum Poloniae ſunt addita (k).

§. LII.

Moris tamen eſt, vt dotalitium inter illuſtres ante copulationem ſacerdotalem, vel ante conſummationem matrimonii *ehe die Decke beſchlagen wird*, per pacta dotalia conſtituatur. In regno Neapolitano et Siciliae conſtitui debet in die, quo ſponſalia contrahuntur, et quidem ante foras eccleſiae, alias pro inualido reputatur (l). Idem iuris et conſuetudinis in Luſitaniae regno, dum dotalitium, conſtante matrimonio, penitus ſit inualidum (m).

Aſt

(g) *De Magiſtratibus et Rep. Polon. l. II: p. 105.*

(h) *Iure regni Poloniae, T. I. l. I. Tit. XII. p. 426.*

(i) *Adde, quae Cap. ſuper §. de Michaelis donatione propter nuptias diximus.*

(k) *Sect. II.* §. 44.

(l) Doctores ad *Conſtit. Siculas l. III. Tit. XVI.*

(m) ALVARVS VALARCVS *Conſult. Luſitan. dec. IV. n. 2.*

Digitized by Google

Aſt hoc non impedit, quo minus poſt matrimonium iam conſummatum, vel pacto, vel teſtamento, ſeu alia qualibet vltima voluntate, vel etiam mortuo marito ab agnatis dotalitium ordinetur (n).

§. LIII.

Licet autem dotalitium plerumque per pacta dotalia conſtituatur ante matrimonium, non tamen, niſi matrimonio per conſcenſionem thalami conſummato, poterit peti. Si autem eueniret, vt maritus ante conſcenſionem thalami moreretur, dotalitium exigi non poſſet. Quod docet exemplum Alberti ducis Megapolitani, de quo ALBERTVS KRANTZIVS (o): *Albertus autem, vix exacto anno a die deſponſatae ſibi impuberis puellae, diem ſuum obiit. Intacta puella redit in paternam domum, ad patrem Fridericum Marchionem.* Oppidum Wittenburgum cum pertinentiis, donatione propter nuptias habebat deputatum. Sed quoniam in ſponſalibus res haeſit, nec eſt peruentum ad nuptias, arbitrati ſunt Magnopolenſes, donationem factam non conſtare. Eſt enim propter nuptias vocitata, etiamſi ante fiat. Sic in pactis dotalibus inter Rupertum II. et III. patrem et filium ex vna parte et Carolum ducem Lotharingiae, qui filiam Ruperti III. A. 1393. duxit, quibus adiectum (p): *So ſol er doch derſelben unſer Enckelin und Tochter dieſelben Schloſſe zu ihrem Wideme mit ingeben, und ſollen wir und hierauf keine Forderung darinnen thun, er habe*

(n) HENELIVS *de iure dotalitii c. III. §. 3. ſeqq.* Sic WENCESLAVS *ſenior Bohemiae rex teſtamento ſuo cauit, vt regni ordines Eliſabethae viduae ſuae dotalitium conſtituerent vel ei numerarent XXM. marcarum argenti* apud HAGECIVM ad A. 1305. *huc quoque pertinet transactio inter Adelheidem Viennenſem et ſuos liberos ſuper dotalio* apud du MONT. *T. I. P. I. n. 455. p. 240.*

(o) *L. XI. ineunte.*

(p) Apud SCHILTERVM *inſtit. iur publ. L. I. tit. I. §. VIII.*

Digitized by Google

habe dann vor bygeſchlaffen, by der obgenannt unſer Enckel und Dochter.

§. LIV.

Singulare tamen eſt, quod Stephanus, Tranſiluaniae Waywoda, ſponſae ſuae Agneti de Puchaim a. 1346. in dotalitium conſtituit, mille marcas puri argenti ante carnalem copulam praeſtandas, prout (q): *Stephanus Waybodą Tranſiluanie eo tempore excellentiſſimi Principis, Domini Ludouici Dei gratia illuſtris regis Ungarie, ſignificamus vniuerſis, quibus expedit praeſentium per tenorem, quod nobiles et magnifici viri Albertus et Iohannes de Puchaim ipſorum materteram virginem Agnetem nomine, filiam quondam Domini Heinrici Puchaim memorie felicis nobis legitimam dederunt in vxorem; cui pro dote* et dotalitio obligamus nos et tenemur ac promittimus, *noſtra fide mediante, dare et condonare mille marcas puri argenti ponderis Wiennenſis aut duo millia talentorum denariorum Wiennenſium et pro quocunque talento ſex penſ. latorum denariorum Wienn. computando. Super eo obligamus nos, quod cum dicto Domino Alberto de Puchaim a proxima dominica ante feſtum beati Cholombini martyris infra quatuordecim dies ſequentes in ciuitatem Budenſem venire ibidem dictum Albertum de Puchaim de dictis mille marcis argenti, aut duobus millibus talentis denariorum Wiennenſium pro quocunque talento ſex penſ. computando latorum denariorum Wiennenſium totaliter et ex integro tenemur expedire, priusquam cum matertera ſua,* virgine Agnete praedicta, commixtionem coniacendo habeamus aliqualem, *quod ſi autem praedictam pecuniam ante praedictos XIV. dies exſpirarent, expediremus ſatisfaciendo, extunc dictus Albertus de Puchaim et Iohannes frater ſuus dictam virginem Agnetem filiam Heinrici de Puchaim nobis tenentur aſſignare et apponere copulam per carnalem; quantocunque ipſam recipere aut conducere quocunque*

(q) Apud LVDEWIG *Reliquis MStorum T. IV. p.* 277.

que velimus, liberam habeamus facultatem. Quod autem dicta permiſſio rata permaneat, atque firma, ob maiorem cautionis abundantiam manus noſtras ſub iuramenti titulo ſuper ſanctum euangelium et crucem ſalutiferam et habitas manus, appenſione noſtri ſigilli roboratas poſuimus et uniuimus, quod nos praeſcriptas mille marcas puri argenti ponderis Wiennenſis, aut loco dictae pecuniae duo millia talenta denariorum Wiennenſium vel pro quocunque talento ſex penſ. latorum denariorum computanda, prout ſuperius eſt annotatum expedire tenemus, omni controuerſiae ſcrupulo ac dilatione remota. Et ſunt teſtes huius cauſae comes Paulus de Marteinſtorff et Piligramus Straeum cum ſuis ſigillis. Datum in Owar. feria ſecunda proxima ante feſtum ſancti Charolomanni martyris Anno Domini 1346.

§. LV.

Sed de eo ſuboritur dubium: quod ſi perſona illuſtris per procuratorem contrahat matrimonium, ipſe etiam procurator ſecundum morem, dicis gratia, thalamum cum ſponſa adſcendat, et ſponſus ante veram conſummationem, ſiue concubitum cum ſponſa decedat, an dotalitium peti poſſit? BERTRANDVS ARGENTRAEVS (r) hoc omnino negat, ea ex ratione, quod conſummatio matrimonii mediante copula carnali per procuratorem fieri nequeat, id quod tanto magis locum haberet, dum in conſtitutione dotalitii plerumque decerni ſoleat, illud ante matrimonii conſummationem locum habere non debere, niſi vel pactis dotalibus aliter fuerit prouiſum (s). Aſt cum dotalitium debeatur conſummato matrimonio (§.53.). Ad conſummationem vero copula neceſſario haud requiratur carnalis, ſed lecti ſufficiat conſcenſio; (t) puta-

(r) *Ad Conſuet. Britann. art. 429. gl. 2. n. 2.*
(s) HENELIVS *c. IV. §. 7. 8.*
(t) *Vide P. II. C. V. S. I. §. XV.*

Digitized by Google

tarem, ſponſae quoque, quae cum procuratore lectum ingreſſa eſt, dotalitium deberi.

§. LVI.

Licet vero conſummato matrimonio dotalitium vxori debeatur, illud tamen, quia in caſum viduitatis eſt conſtitutum, effectus habere nequit, antequam ſtatus exiſtat viduitatis. Viuo igitur marito vidua nullos ex dotalitio percipit reditus, ſed ſtatim a momento mortis mariti illi currere incipiunt. Confirmat haec ius Saxon. (u): *So iſt Leibzucht bey Leben des Mannes nur des Weibes Gedinge, aber nach ſeinen Tode, ſo iſt denn erſt daran ihr Recht zu ihrer Leibzucht.*

§. LVII.

Melioris tamen ſecuritatis cauſa dotalitium interdum viuo adhuc marito legitime tradi ſolet vxori, fructibus conſtante matrimonio referuatis marito. Ex hacce dotalitii traditione vxor ius conſequitur reale, quo non propria ſolum autoritate illud occupare, ſed quoque a quolibet poſſeſſore vindicare, imo aduerſus quoslibet mariti tueri poteſt creditores (x). Imo viuo adhuc marito, moto de eius bonis concurſu, vxor dotalitium exigere po-

(u) *Land Recht L. III. art. XXV.*

(x) Inde eſt, quod maritus traditum nec alienare nec oppignorare poſſit dotalitium, absque vxoris conſenſu. Quod probat charta apud HAHN. *Monum. veterum T. I. p. 92. Ego Ludouicus Thuringiae Landgrauius Saxoniae Palatinus, Hermanni Landgrauii filius, notum facio tam praeſentibus, quam futuris, quod certa cauſa interueniente obligatus tenebar Caeſario de Lewenberc. - - Cum autem inſtante termino ſoluere non potuiſſem, ad conſilium comitis Henrici et aliorum miniſterialium meorum, cum fauore Sophiae matris meae et Eliſabeth vxoris, ego et fratres mei - - Abbati praedicto contulimus in Noltbleden curiam vnam et decem manſos, cum areis attinentibus, et pratis ſiue paſcuis. Ego*

Digitized by Google

poterit, ne diſperſo patrimonio fruſtra, cauſae remedium quaerat vulneratae (y). Dotalitio vero haud tradito, vxori ius ſolummodo ex pacto competit perſonale, et inde nec dotalitium vindicare, nec, moto concurſu, illud in praeiudicium exigere poteſt creditorum, licet dotem repetere illi omnino ius ſit.

§. LVIII.

Ad conſequendum vero dotalitium vidua variis vti poteſt remediis. Illa enim, aut poſſidet dotalitium, aut poſſeſſionem non habet. Viduae poſſidenti remedia competunt poſſeſſoria, retinendae vel recuperandae poſſeſſionis. Imo quoque ius retentionis non poterit denegari. Vidua vero haud poſſidens, condictione ex moribus ad concedendum agit dotalitium (z). Auſtraegarum priuilegium in hac cauſa locum non habere, neque reuiſionis beneficium, tradunt (a); aſt noſtris temporibus recurſum ad comitia ex dotalitii cauſa ſumſiſſe Auguſtum Ludouicum, principem Anhaltinum, lineae Coethenſis, (b) notum eſt.

§. LIX.

Dotalitium in duplicatis ſeu quadruplicatis dotis vſuris conſiſtit, hae vt eo certius praeſtentur, inter illuſtres certae vxori ſolent adſignari praefecturae, ex quibus vidua non ſolum reditus percipit adſignatos, ſed quoque

Kk 2 va-

Ego Sophia Lantgrauia de praediis, quae mihi ex dote maritali peruenerant, neceſſitatibus Ludouici filii noſtri conſulens, praedicto contractui conſenſi, cum heredibus meis et praeſentem litteram bullae meae impreſſione roboraui.

(y) HENELIVS *de dotalit. C. VII. §. 8. p. 180. ſeqq.*

(z) CARPZOV. *l. IV. Reſp. XX.* G. A. STRVVE *c. XIV. Aph. XIV.* LVDOLF *de iure feminarum illuſtr. P. II. c. II. §. 5. n. 55.*

(a) LVDOLF *l. c.* ANDLER. *iuriſpr. l. II. tit. XV.*

(b) Scripta in hac cauſa vide in FABRI *Staats Canzley P. LXXIII. c. XIV. LXXIV. c. X. ſeqq.*

Digitized by Google

varia in illis iura exercere poteſt conceſſa. Quaenam vero haec ſint iura, curate definire non licet, dum illa ad pactum redeant omnia, et pacta pro affectione et conditione mariti valde ſint varia. Tenuia, mediocria et optima.

§. LX.

Vt vero, quae ſint tenuia, quae mediocria, quaenam optima dotalium pacta, eo melius cognoſcatur, ex Ludolfo exempla ſubiungere voluimus. Sunt vero

Tenues pactorum dotalium conditiones, non a quantitate dotis vel dotalitii, ſed pro ratione conuentionum additarum, vt adeo tenues mihi dicantur; vbi ad ordinariam iuris priuati regulam pleraque exiguntur, omnia etiam ad commodum mariti et ſucceſſorum magis, quam vxoris eiusque heredum ſunt directa.

Vt ſcil. 1. Viduae vſusfructus alicuius praefecturae ad quantitatem vſurarum dotis quadruplicium comprehenſa ſcil. donatione p. n. cum habitatione neceſſaria conſtituatur. Reditus, qui tempore mortis mariti nondum exigi poſſunt, ex fiſco ſucceſſoris ſuppleantur, ita vt ab eo die vxor integra redituum dotalitii ſumma fruatur.

2. Morgengaba in reditibus praeſtetur, quibus vxor non niſi in viduatu fruatur, relicta quidem ei diſpoſitione libera, ſed tantum inter liberos, quibus deficientibus reuertatur ſumma capitalis ad ſucceſſores territorii.

3. Aeſtimatio redituum ex praefectura dotalitio deſtinata fiat mediocri pretio, non quanti plurimi vendi poſſint, nec quanti minimi. Exempla appendici adiuncta hunc articulum illuſtrabunt.

4. Prouentus, qui cauſam perpetuam non habent et fortuiti ſunt, *unbeſtändige Gefälle*, v. gr. quae ex mulctis, ex iure detractionis, teloniis et ſimilibus, proueniunt, aeſtimentur ex rationibus nouem vel duodecim annorum pro-

Digitized by Google

proximorum, et ſumma diuidatur per numerum annorum e. gr. ſint reditus telonii nouem annorum 6000. Facta diuiſione per 9. quotiens 666⅔. erit ſumma, ad quam ſit computatio redituum vnius anni.

5. Quod ſi bellica inuaſione vel alio fortuito caſu dotalitium reddatur inutile, reſtituatur ex aliis prouentibus, habita tamen ratione circumſtantiarum, ne ſucceſſor nimis grauetur, vide *Lynckerum Reſponſo 172.* Caetera pericula, quae damnum continuum non adferunt vidua ferat.

6. Caeterum ſi ex praefectura dotalitio deſtinata tanti prouentus non redeant, quanti ad ſummam vſurarum quadruplicium ſufficiunt, ſuppleantur alia ratione. Econtra ſi ſuperent prouentus ſummam vſurarum, relinquatur ſucceſſori exceſſus.

7. Iurisdictio omnis et regalia, quae maiora vocant, relinquantur ſucceſſori, ex cautela *Betſii de pact. famil. illuſtr. c. 6. §. 28. 29. Myleri Gamol. c. XI. §. 10. ſeqq.* Praefectus tamen iubeatur promittere viduae omnem operam atque officia ad percipiendos ex dotalitio fructus.

8. Inſtruatur locus, vbi habitat vidua *der Wittben Sitz*, penu, ſupellectile neceſſaria, cum lege inuentarii et reſtitutionis.

9. Vidua reparationes aedificiorum modicas faciat.

10. Lignorum quantum opus eſt aduehatur ſine impenſis viduae.

11. Additur interdum aliquid ferarum vel pecorum ad iuuandam culinam.

12. Ne careat vidua miniſterio digno, iubeantur quidam ex nobilitate proxime habitantes, Viduae illuſtri miniſtrare, quoties aduocentur.

13. Vidua ad ſecunda tranſiens vota, relinquit dotalitium et recipit dotem numeratam.

Digitized by Google

14. Defuncta in viduatu, *wann ſie den Wittben-Stuhl nicht verruckt*, dos per dotalitium cenſetur abſumta, ita vt heredibus viduae repetitio non detur dotis, multo minus propter nuptias donationis.

15. Marito conceſſus ſit vſusfructus omnium parapher- nalium non viua ſolum vxore, ſed etiam defuncta ad dies vitae mariti.

16. Vxori maritus prouideat de veſtitu condigno, mi- niſterio etiam nobili vtriusque ſexus.

§. LXI.

Mediocres dico conditiones, quibus a regula iuris communis nonnullis in articulis receditur, ita vt melius vxori, minus vero marito vel ſucceſſoribus proſpiciatur. Scilicet in conditionibus iam relatis.

Num. 1. et 2. Reditus anni dimidii, quandoque to- tius, praenumerabuntur vxori, quae etiam vſuris Morgen- gabae a die nuptiarum fruetur. In caeteris et quae num. 3. 4. 5. dicta ſunt, nihil mutabitur.

6. Fructus ſuperantes ſummam vſurarum, viduae re- linquentur.

7. Iurisdictio etiam conceditur viduae, ſed tamen ita limitata, vt electio Praefecti et reliquorum officialium ei non ſit libera. Ius appellationis, vniuerſaque territo- rii iura, eorumque exercitium liberrimum ſucceſſori re- ſeruetur.

10. 11. 12. Semper ita conuentum eſſe obſeruamus, niſi quod interdum vſus ſyluae adiacentis concedatur.

13. Non ſolum dotem numeratam, ſed etiam propter nuptias donationem recipit vidua, ad alia vota tranſiens, neque dotalitium relinquit, ſed retinet, donec ei ſatisfa- ctum: donatione tamen propter nuptias, vel quantitate pecuniae in eius locum ſubſtituta, fruetur vxor tantum ad dies vitae, quae deinde ad familiam mariti reuertetur.

14. Dos

Digitized by Google

14. Dos per dotalitium non abſorbetur, ſed mortua etiam in viduatu vxore, reſtituetur eius heredibus vſufructu apud maritum ad dies vitae remanente.

15. Fruetur quidem maritus paraphernalibus vxoris viuae, ſed defuncta ea, reſtituentur omnia heredibus.

16. Numeretur vxori quotannis ſumma pecuniae ſufficiens, *Hand-Gelder*, vt ipſa pro lubitu veſtitum, mundum, et ornamenta ſibi comparet.

§. LXII.

Optimae denique conditiones ab vxoris parte erunt, quibus ipſi abunde, marito vero et ſucceſſoribus parum eſt proſpectum.

Ad num. 1. 2. 3. 4. ſoluta eſt ſponſa, vt a ſponſa praeter dotalitium cuius optio ei permittatur, eiusque reditus anni integri a die mortis mariti vxori praenumerentur ſine compenſatione, *ohne Zureichung*, augmentum aliquod inſigne redituum in parata pecunia promittatur, vel integra praefectura, cuius reditus ſuperare longe vſuras dotis quadruplices conſtat, ſine vlla aeſtimatione deſtinetur aſſigneturque, vel ſi aeſtimatio facienda, leuiſſimo fiat pretio, fortuitae acceſſiones non aeſtimentur.

Ad 5. periculum omne ſit ſucceſſoris.

Ad 6. vt §. praecedente.

Ad 7. Iurisdictio omnimoda et electio officialium libera permittatur viduae, et quod inprimis notandum, ſtatim poſt nuptias et numeratam dotem iureiurando adſtringantur viduae non ſolum officiales, ſed et vniuerſi praefecturae illius ſubditi: vide formulam apud *Myler. Gamolog. c. XI. §. 2.* conſtituaturque vidua in poſſeſſione dotalitii promiſſi. Quam deinde ſtatim poſt vltimum mariti ſpiritum redditum occupare non negligat. Vide *Lyncker. deciſ. 282. Carpzov. 3. 33. I.* Libertas appellandi etiam ad certam ſummam. v. g. 100. imperialium reſtringa-

Digitized by Google

gatur, ius faciendi gratiam delictorum non grauiſſimorum viduae permittatur. Caetera territorii iura integra erunt ſucceſſori.

Ad num. 8. 9. 10. 11. cauendum eſt, ne quidquam ex iſtis omnibus deſit et largiter viduae proſpiciatur, atque relinquatur in loco dotalitii quicquid ex fructibus repoſitum eſt. *Aller Vorrath.* Syluarum et venationum vſusfructus concedatur.

12. Nihil mutabitur.

13. Recipit vidua iterato nubens, cum dote donationem propter nuptias, relicta ei de vtraque diſpoſitione libera non limitata. Vtitur etiam donec ſatisfactum fuerit iure retentionis in dotalitio.

Ad 14. Dos reſtituatur heredibus viduae, vel ad familiam, ex qua prodiit vxor, reuertatur, cum annexo iure hypothecae et conſtituti poſſeſſorii in dotalitio.

Ad 15. Maritus nihil iuris habeat in paraphernalibus. Formulam exhibet *Sprengerus Tract. de Dotalitio p. 329. Mit den übrigen aber, ſo über die vorbemeldte Summe der 20000. Gülden Heyraths-Guth Ihre Liebden mitbringen werden, wie ſolches alles in ein ſonderbahres Verzeichnis gebracht, oder ſie noch künftig Erbs-weiſe oder in andere Wege überkommen würden, was deſſen ſeyn möchte, ſoll ſie, als mit derſelben zugebrachtem eigenthümlichen Guth, dero Willkühr und Gefallen nach, ohne Hinderung, Irrung oder Eintrag, derſelben Herrn und Gemahls Liebden oder jemand anders, mit freyer Verwaltung mächtig zu ſchaffen und zu handeln haben.*

Ad 16. Vxori numeretur annua pecunia *zu Hand- oder Spiel-Geldern*, ſed ei de veſtitu etiam, ornamentisque, nec non de ſalariis, cum miniſtrorum, tum reliqui famulitii, prouideat maritus, qui et natales dies et auſpicia annorum non ſine muneribus praeterire patiatur.

Additur etiam quandoque, vt ſucceſſor matri viduae, ſi ha-

habitationem mutare nolit, eam concedere, et pro leuiori compenſatione neceſſaria ei ſubminiſtrare teneatur.

§. LXII.

Si vero de iuribus, viduae in dotalitio competentibus, nil plane pactis conuentum dotalibus, certa tamen conceſſa ſunt praedia, illi omnino ius eſt, omnem ex praedio percipiendi vtilitatem, quam bonus paterſamilias vtendo fruendo perciperet. Vidua enim ſiue vſufructuaria ſit, ſiue pignoris iure dotalia teneat praedia, vtroque caſu illi omnes omnino fructus, quae ſalua rei ſubſtantia percipi queunt, omnino erunt tribuendi. Hoc enim et natura vſusfructus et pignoris Germanici exigit.

§. LXIII.

Ceterum vxor illuſtris de dotalitio, boni viri arbitratu vtendo, nec cautionem praeſtat (c), nec ob dotalitium homagii vinculo ſe obſtringit. De homagio remiſſo habemus exemplum Philippi Francorum regis, qui decernit (d): *Philippus D. G. Franciae et Nauarrae rex vniuerſis praeſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod cum dilectus et fidelis noſter I. Dux Britanniae pro toto Ducatu ſuo praedicto nobis homagium fecerit, nosque illud receperimus ab eodem: placet nobis et volumus, quod dilecta et fidelis noſtra Yolendis quondam Duciſſa Britanniae comitiſſa Montisfortis dotalitium, quod habet et tenet in Ducatu praedicto, ſub Ducis garimenta praedicti teneat absque alio homagio nobis propter hoc faciendi. In cuius rei teſtimonium praeſentibus litteris noſtrum fecimus apponi ſigillum.* Datum Pariſiis die XV. Martii anno Dom. MCCCXVI.

§. LXV.

(c) HENELIVS *de dotal. c. IX.* §. 4. *p.* 263.

(d) Apud LOBINEAV *hiſtoire de Bretagne T. II. p.* 472.

§. LXIV.

Finitur vero dotalitium morte. Conceditur enim ad meliorem viduae ſuſtentationem, qua vxor amplius non indiget mortua. Deinde quoque ceſſat, *repetita dote.* Mortuo enim marito penes viduam eſt electio, an dotalitium acceptare, ſeu dotem repetere malit. Dote electa, dotalitium locum non habet, quippe quod in compenſationem dotis conſtitutum. Locum quoque non habet, matrimonio, vel ob deſertionem malitioſam, vel ob adulterium diſſoluto, niſi ipſe maritus laeſionem remiſerit. Minime tamen finitur proſcriptione mariti. Ciuili enim morte in eum ſtatum res mariti deducuntur, vt alium nanciſcatur ſucceſſorem territorium. Ergo debebitur dotalitium viduae, ceu territorii onus: (e) Iniquitatis quoque foret, ſi vxori innocenti proſcriptione mariti ius ex eius pactis quaeſitum adimeretur.

§. LXV.

An vero dotalitium propter ſecundas ceſſet nuptias, quaeſtio eſt inter ICtos in diuerſas diſceptata partes? Plerumque hic pacta definiunt dotalia. His vero deficientibus, ad iuris communis regulam, et hac nil definiente, ad analogiam iuris eſt recurrendum. Iam vero ſatis clarum eſt, dotalitium eum in finem conſtitui, vt exinde vxor ad caſum redacta viduitatis vitam pro dignitate poſſit tueri. Cauſa igitur conſtituti dotalitii eſt, vt vidua pro dignitate mariti habeat alimenta. Hinc ceſſante viduitate, ceſſat dotalitii cauſa et cum hac ipſum dotalitium. Inde vxor, quae viduitatis haud retinet ſtatum, ſed ad ſecunda tranſit vota, dotalitium amittit. Et licet non deſint, qui putent, dotalitium in dotis conſtitui compenſationem, idque ſecundis haud amitti nuptiis, ignorantia tamen iu-

re-

(e) MYLER. *Gamol.* c. XIV. §. n. De LVDOLF *de iure feminarum illuſtr.* P. II. c. II. §. 5. p. 108.

reconſultorum huncce progenuit errorem (f), cuius proinde effectus non extendendi, ſed potius reſtringendi ſunt. Inde interdum pactis cautum dotalibus, vt ob ſecundas ceſſet nuptias dotalitium. Tale erat pactum, quod Ioh. Naſſouius cum Eliſabetha Haſſiaca iniit (g). Idem factum in pactis, quae Wilhelmus Loewenſtein. Cum Sophia com. Hohenloica celebrauit (h). Simile quid conuentum inter Henricum ſen Ruthenum et Sibyllam Iulianam Schwarzburgicam (i). In pactis inter Henricum Truchſeſſium in Waldburg et Catharinam Freundsbergiam A. 1545. conuentum, vt ceſſet dotalitium ob ſecundas nuptias (k). Interdum ſolum permiſſum, vt liberum ſit heredibus mariti, caſu, quo ad iteratas nuptias ſe conuertit coniux, dotalitium aut reſtituta dote reuocandi aut ea retenta ad dies vitae penes viduam relinquendi, ſic in pactis dotalibus inter Io. Fridericum Saxonem atque Sibyllam Cliuenſem a. 1527. eſt prouiſum (l): *So dann durch Schickung des Almächtigen, Ihre Lbd. unſern Sohn überleben würde, ſol Ihre Lbd. das Leibgeding, nach Ausgang der 4. Wochen ſambt allen den, ſo auf ſolchen Schlöſſern, wenn der Fall geſchieht, ſeyn würde, eingeräumet werden, daſs denn die Zeit ihres Lebens Ihre Liebde ſollen zu gebrauchen haben. Würde ſich aber geben, daſs Ihre Lbd. nach ſolchen tödlichen Abgang ihres Herrn und Gemàhls ſich wiederum verehlichen würde, alsdann ſol in unſers, des Chur-Fürſten zu Sachſen, und unſerer Erben und Nachkommen, Willen und Ge-*

(f) Vide ill. ESTOR. *diſſ. an dotalitium ceſſet propter ſecundas nuptias.* LVDOLF. *de iure feminarum illuſtr.*

(g) Aqud LVNIG. *ſpicil. ſaecul. p. 1829.*

(h) *L. c. p. 507.*

(i) *L. c. p. 908.*

(k) *L. c. p. 1420.*

(l) DITHMAR. *Cod. Dipl. n. 106.*

fallen ſtehen, ob wir Ihre Libde auf den Leib-Guth ihr Lebenlang wollen laſſen, oder Sie darab löſen. Und diſsfalls, wann wir oder unſer Erben oder Nachkommen Ihre Liebde zu laſſen Willens, ſoll Ihre Liebde mit 50000. Gulden an guten unverſchlagenen wichtigen Golde von berürten Leib-Guth gelöſet werden.

§. LXVI.

Interdum tamen pacto vel lege ſancitum vt reiteratis nuptiis dotalitium ceſſet. Sic in legibus RIPVARIORVM: (m) *Si quis mulierem deſponſauerit*, quicquid ei per tabularum ſ. chartarum inſtrumenta conſcripſerit *perpetualiter inconvulſum permaneat.* Simili modo ius Saxonicum decernit (n): *Nimmt ein Mann eine Wittbe, die eigen oder Leben oder Zinſs Güther zu Leibzucht hat, was er alſo an dem Guth mit ſeinen Pflug arbeitet, ſtirbet dann das Weib, ehe er das beſäet, er ſol es vollends arbeiten und ſäen, und auch abſchneiden, Zinſs und Pflicht ſol er aber davon geben, und zu dem, den es gehört.* Sic Carolus IV. Imp. ac rex Bohemiae legem ſanxit de viduis reginis, qua continetur, ſi regina vidua generoſo cuidam principi nupſerit extra regnum Bohemiae, non manere ſolum in regno, ſed et bonis ſuis dotalibus vti frui tantiſper poſſit, dum ius illud rex Bohemiae repraeſentatis argenti decies mille marcis, redimat. Quod ſi vero regnicolae eiusdem regni nupſerit, atque impares nuptias contraxerit, ius dotalitii a priori marito conſtituti amittat, cumque marito, qui eam duxerit, et omni eius ad tertium vsque gradum ſtirpe, regno toto excedere iubeatur. Talis vero eſt integra conſtitutio (o): *Hu-*

(m) *Tit. XXXIX.*

(n) *L. III. Art. 76.* MATH. WESENBECIVS *conſ. CCCXXXIII. n. 58.* MART. COLER. *conſ. XXV.* MYLERI *Gamol. c. XIV. §. 8.*

(o) Extat apud PAVLVM GENSCHINIVM *Maieſtatis Carolinae Rubr. XXXVII.* Ex quo habet HENELIVS *p. 343.*

Digitized by Google

Humanae conſiderationis diſcretae prouiſio, ex actis praeteritis, futuris ordinationibus ſumit exemplum: Et tunc poteſt venturis caſibus remediis opportunis occurrere, ſi quae praeceſſerunt ſimilia, voluerit diligenter inſpicere. Dudum ſiquidem illuſtris quondam Regina Bohemiae, Rege marito ſuo defuncto, relictis liberis in regno ipſo ſucceſſuris matrimonio ſecundo ſe iunxit cuidam Baroni regni praelibati. Cuius occaſione, quantae in regno ipſo ſuperuenere diſſidiae, atque diſpendia, regni ipſius ſciſſio, enormisque iactura, putamus ex cauſa, ſanctius ſubticere, quam literarum praeſentium hiſtorico ſermone vulgare. Sed ne iterum cauſa fluctuoſi periclitantisque maris pelagum generoſa regni noſtri nauis introeat, ſacra conſtitutione praeſenti prouidimus ordinandum. Quod ſi in poſterum quandocunque illuſtrem reginam Boemiae, coronatam ſcilicet, et (vt decet, et vt moris eſt) ſacra vnctione linitam, viduamque relictam, ſecundo nubere alicui Principi, vel Baroni, aut cuicunque Regnicolae dicti regni contingat: Regina ipſa a iure dotalitii ſui, ipſo facto cadat, et a regno ipſo exilii perpetui poenam portet. Qui vero Regnicola taliter eam vxorem habere praeſumſerit, eadem exilii poena plectatur, quam protendi in generationem temerarii ſanguinis ſui per lineam deſcendentem incluſiue volumus et iubemus. Meriti enim ſunt regni ſolatio et habitatione priuari, qui regnum a periclitationibus variis, deſolationibus et ſciſſuris non curarint tutum debite praeſeruari. Vbi vero cuicunque alteri Regnicolae nupſerit (dum tam principi generoſo, ipſius reginae honorificentiae et ſtatui digne nubat, quod ſibi libere permittimus) receptis atque reductis locis et terris ſibi pro dotalitio aſſignatis in poteſtate atque cuſtodia ſuccedentes legitime in regno praedicto, decem millia marcarum argenti reginae praedictae pro dotalitio ſuo aſſignentur; vel ſi magis elegerit rex ipſe ſuccedens, dictarum terrarum atque locorum reditus ſiue fructus ad vitam ſuam deductis ſumptibus tribuantur.

 §. LXVII.

Digitized by Google

§. LXVII.

In Suecorum legibus eſt ſtatutum (p): *Quod ſi regina tranſit ad ſecundas nuptias, vel exit e regno, et non intendit reſidere in regno, tenetur rex qui regnum obtinet illi pro donationibus ſatisfacere iuxta arbitrium Conſiliariorum. Nec cuiquam ſit permiſſum ipſi donationes auferre, quamdiu innupta permanſerit, et in regno reſederit, niſi manifeſte compertum fuerit, quod ſe regno opponit in iis, quae regno damnoſa ſunt: et extunc priuata eſt donationibus, alias non.* In tabulis etiam dotalibus (q) inter Ludouicum Vngariae atque Bohemiae regem et Mariam Maximiliani I. imp. filiam ita ſancitum: *Si vnus ex maritis poſt matrimonii conſummationem fatis concederet, et vxor relicta ad ſecunda vota tranſire vellet; eidem relictae ſumma ducentorum millium Ducatorum perſolui, et ipſa relicta ſtatim, e reditibus pro contradote ſibi aſſignatis, ſibi cedere debet. Interim verò, et quamdiu ſolutio dotis ducentorum millium Ducatorum non ſit, reditus annuos, et ſtatum ſuum tenere et percipere poterit ac debet.* Ex quibus ſatis patet non vnum eundemque modum circa Bohemiae reginas ad ſecunda vota tranſientes fuiſſe obſeruatum. Quin etiam codicem illum Carolinum iuris Bohemici non modo a Bohemis non fuiſſe receptum, ſed etiam ab ipſo Imperatore, non diu poſt iterum fuiſſe abrogatum, patet ex atteſtatione Ioannis Marchionis de a. 1355. (r). Licet MELCHIOR GOLDASTVS (s) hoc ita interpretetur, vt non leges ſiue conſuetudines vniuerſim a caeſare ſublatae notentur, ſed ea tantum, quae in praeiudicium principum, baronum et ſtatuum regni vergere videbantur, ne ad obſeruantiam eorum vllo modo adſtricti tenerentur et obligarentur.

§. LXVIII.

(p) LOCCENIVS *Legibus Suecorum.* HENELIVS *p. 346.*
(q) Quae extant apud SAMBVCVM *Append. Rerum Vngar. p. 341.*
(r) Quae extat in GOLDASTI *Append. Documentorum p. 64.*
(s) *De Rege Bohemiae l. IV. c. XV. n. 9.*

Digitized by Google

§. LXVIII.

Germanae de Foix viduae, Ferdinandus Catholicus non ſolum, quinquaginta millia Ducatorum annuos reditus reliquit, verum etiam inſigne conſtituit dotalitium in regno Neapolitano, quod tamen poſtea fuit immutatum, de quo PETRVS BAYLE: (t) *Revenons à Germaine de Foix. Il lui avoit laiſſé en mourant par un codicille cinquante mil Ducats de rente, outre ſon Doüaire, aſſignez ſur le Royaume de Naples. Elle en voulut être paiée par quartiers, et il falut que le Cardinals Ximenés la paiât de ſon argent. Mais on ne tarda gueres à prendre d' autres meſures. Le Conſeil de Flandres conclut à diminuer les penſions de cette Princeſſe, ſi l'occaſion s'en preſentoit, parce qu' on la croyoit dans les intereſts de l'Infant; ou du moins à luy en aſſigner le fond dans la Caſtille, parce qu'on craignoit qu'une Reine Françoiſe ne ſe ſerviſt de ce bien pour favoriſer les reſtes du parti d'Anjou dans le Royaume de Naples, ou pour y établir le Prince de Tarante priſonnier alors en Eſpagne, qu'elle avoit envie d'épouſer. Le Cardinal Ximenés chargé de la faire conſentir à prendre en échange de ſa penſion quatre villes de Caſtille, négocia ſi adroitement cette affaire, qu'aprés avoir fait convenir la Reine qu'elle ne vouloit pas ſortir d'Eſpagne, et que ne pouvant trouver un Mary de la dignité du premier, elle ne ſongeoit pas, à de ſecondes nopces, il luy montra evidemment que la Condition qu'on luy offroit, et qu'il feroit agreer au Roy, eſtoit plus honorable, plus commode et plus avantageuſe pour Elle, que celle que le feu Roy luy avoit faite. Sur cela on voulut mettre cette Princeſſe en poſſeſſion de ces quatre places pour en jouir pendant ſa vie. Mais on trouva des opoſitions, et pendant que le Cardinal agiſſoit pour les lever, la Reine Germaine*

(t) *Reſponſe aux Queſtions d'un Provincial Tom. II. p. 255.* VARILLAS *praſtiqué de l'education des Princes p. 220. 221.* FLECHIER *Hiſtoire de Card. Ximenes p. 517. 584.*

Digitized by Google

ne cherchoit de ſon côté les moyens de lui nuire, et ſe liguoit ſecrétement avec le Gouverneur et le Précepteur de l'Infant. Elle auroit voulu voir le jeune Prince ſur le Trône à la place du Roy ſon Frere. Elle luy offrit, non ſeulement ſon credit, mais encore les quatre Villes, qu'on luy donnoit; qui par leur ſituation et par les Fortifications qu'on y avoit faites, eſtoient devenuës ſi conſiderables, qu'on etc. ... Le Cardinal qui avoit l'oeil ſur la Maiſon de l'Infant, et qui ne manquoit pas de bons avis, découvrit bien-toſt cette intelligence et manda promptement au Roy Catholique qu'il n'eſtoit pas ſeur de donner à une Princeſſe inquiéte des moyens de troubler le repos public, et que c'eſtoit aſſez de luy laiſſer pour ſes penſions la Ville de Madrigal avec ſon Territoire. ..... Du reſte, il prioit qu'on ne s'étonnaſt pas des plaintes et des invectives de la Reine; et qu'encore qu'elle menacaſt de s'en retourner en France, il falloit croire qu'il n'y avoit point de lieu où elle puſt faire plus de mal à l'Eſpagne qu'en Eſpagne même. Le Conſeil de Flandres luy répondit qu'il pouvoit faire la-deſſus ce qu'il jugeroit à-propos. Il ſe contenta pourtant de veiller ſur les actions de la Reine, et laiſſa l'affaire indéciſe jusqu' à ce que ſa Majeſté fuſt arrivée dans le Païs. Tout ceci ſe paſſa l'année même de la Mort de Ferdinand. Je ne ſai pas ce qui fût reglé par Charles-Quint à l'egard de notre Germaine, après qu'il fut arrivé en Eſpagne ſur la fin de Septembre 1517. mais on eut deſſein avant ce tems-là de la marier avec l'Empereur Maximilien.

§. LXIX.

Hinc] dotalitium ad ſecundum maritum dotis loco tranſire poteſt. Exemplum praebet Chriſtina, Chriſtiani II. regis Daniae filia, quae in priori matrimonio Franciſco Sfortiae Mediolanenſi Duci fuit nupta, poſtea vero Franciſco, Lotharingiae Duci in manus conuenit, cui Dotalitium ſuum in Ducatu Mediolanenſi in dotem attu-

attulit, prout in tabulis dotalibus (u) Kl. Martii 1540. fuit definitum: *Et en faveur et contemplation dudit Mariage, ladite Dame Ducheſſe aura et emportera en dote les rentes et Doüaire qu'elle a et lui compete en la Duché de Milan, par vertu de ſon premier Mariage avec de recommandée memoire le feu Duc de Milan Franciſco Sfortia; enſemble ſes autres biens quelconques, et tous droits tant paternels, maternels que autres, comme ils luy appartiennent et ſont reſervez par le Traicté dudit premier Mariage, ypothecques, aſſignaulx, et aſſeurances en faictes, et auſſi par celuy d'entre tres illuſtre Prince Monſeigneur le Duc Fredericq Palatin, et tres excellente Princeſſe Madame Dorothée Princeſſe de Dennemarque, ſour aiſnée de maditte Dame la Ducheſſe. Les quels Traictez ſe obſerveront ſelon leur forme et teneur. Et pour plus grande ſeureté desdites rentes et Doüaire conſtituez et aſſignez à ladite Ducheſſe en l'Eſtat dudit Milan, ladite Majeſté Imperiale en fera nouvelle confirmation en bonne forme, promettant de non diſpoſer dudit Eſtat de Milan comme ny pour qui que ce ſoit, ſi non avec la charge desdites rentes et Doüaire, et moyennant l'expreſſe reſervation d'icelle, et laquelle elle declairera par ladite confirmation eſtre faicte dés maintenant avec clauſe irritante de tout ce que ſe pourroit faire au contraire:* Quandoque dotalitium ſub hac conditione fuit relictum, dummodo vitam vidualem honeſte duxerit. Docent hoc matrimoniales tabulae (x) inter Carolum I. Sabaudiae ducem et Blancam Montisferratenſem Caſalis Kl. Aprilis 1485. confectae, in quibus: Item: *convenerunt quod praefatus illuſtriſſimus Dominus Dux pro ſe, et ſuis heredibus ex nunc conſtituit ipſi illuſtriſſimae Dominae Blanchae pro augmento dictae dotis ſummam Ducatorum viginti mille, et quod ipſa dos una cum augmento prae-*

di-

(u) Extant apud du MONT. *Tom. IV. P. II. n. CXXXVII. p. 193.*

(x) *C. L. T. III. P. II. n. LXXVII. p. 145.*

Digitized by Google

dicto, et quinque mille florenis Sabaudiae eidem Illuſtriſſimae Dominae Blanchae conſtitutis, dummodo vitam vidualem honeſte duxerit, reſtituantur praefatae Illuſtriſſimae Dominae Blanchae, ſuisque heredibus libere, integre, et abſque aliqua exceptione iuris vel facti, et pro maiori cautione, et aſſecuratione dictae Dotis, Augmenti, et Doarii dictus Dominus Antonius nomine praedicto obligat Terras, et loca infra ſcripta eiusdem illuſtriſſimi Domini Ducis, cum ipſorum redditibus, et emolumentis, teloneis, cenſibus, et praeſtationibus quibuscumque, videlicet Terram et Locum Montiscalerii, Terram, et locum Vigoni, ac Villae Franchae, Carignani, Lancei, et omnes alias Terras, quae ſunt correſpondentes ad ſolutionem dictae Dotis, Augmenti, et Doarii.

§. LXX.

Ceſſat dotalitium ſecundis nuptiis (§. 65.). Hoc vero ceſſante, aequitas iubet, vt viduae dos reſtituatur repetenti. Non enim alia ex ratione penes mariti heredes dos remanet, quam quia dotalitio ad dies vitae percepto abſorbetur. Et inde dotalitio viuente vxore denegato, dos ei reddenda eſt repetenti. Aſt licet dos reſtituatur viduae ad ſecunda tranſeunti vota, illa tamen donationem propter nuptias a viro adſignatam, niſi pactis aliter conuentum nuptialibus, exigere minime poterit. Eſt enim donatio p. n. dos illa Germanorum, viduae ad ſuſtentandam vitam data (y). Reſpicit igitur donatio p. n. caſum viduitatis. Hoc ſecundis mutato nuptiis, vxori nouus de alimentis proſpicere tenetur maritus, et inde cauſa conſtitutae a priori marito donationis, et cum ea effectus ſeu ipſa ceſſat donatio p. n.

§. LXXI.

Denique an dotalitium viduae, extra territorium principis, illud praeſtantis, domicilium conſtituenti, poſſit de-

(y) *Vide ſupra Cap. II. Sect. I. §. 24.*

Digitized by Google

denegari, interdum quaeſitum (z). Et licet aequitas exigat, vt pecunia dotalitii cauſa a territorio praeſtanda, in illo conſumatur, vidua tamen, ſicuti ad pecuniam dotalitiam haud obligata conſumendam, ita multo minus, vt in territorio conſumat, cogi poterit. Inde qui territorio proſpectum voluerunt principes, pacto ſibi ſtipulati ſunt interueniente, ne vidua extra territorium migret. Sic Philippo II. Hiſp. regi cum Anna Maximiliani I. imp. filia conuenit (a): *adſignat ei pro eius ſuſtentatione, ſi tamen ad ſecunda vota non tranſierit, et in his regnis viuere et reſidere voluerit.* Et paullo poſt: *Item - - caſu, quo - - ſuperſtes exiſtat, neque ad ſecunda vota tranſeat, et in his regnis reſidere velit, ſimiliter ei catholica Maieſtas aſſignabit in ipſis regnis oppida etc.* Interdum tamen ſibi ſponſae libertatem, dotalitium vbicunque velint conſumendi, ſunt ſtipulati. Factum hoc in pactis dotalibus Iacobi V. et Magdalenae Gallicae (b). Simile quid factum in nuptiis Ludouici XII. Gall. R. cum Maria Henrici VII. Angl. R. filia initis (c), quod etiam in pactis ſancitum dotalibus, quae Carolus VIII. R. A. cum Eliſabetha Auſtriaca iniit (d).

§. LXXII.

Tandem cum nemo ex alterius damno fieri debeat locupletior, ſatis patet, viduae heredibus finito dotalitio reſtituendas eſſe eius meliorationes, heredesque iure retentionis donec iis ſatisfactum omnino gaudere. Ea vero in aeſtumandis dotalitii meliorationibus habenda eſt ratio, vt praeſens earum pretium, non vero quid earum cauſa impenſum, ſit reſpiciendum, dum plus, quam locu-

(z) De LVDEWIG *diff. iur. Rom. et Germ. in dote mariti p. 32.*
(a) *Vide infra Sect. II. §. 12.*
(b) *Vide infra Sect. II. §. 18.*
(c) *ibid. §. 29.*
(d) *ib. §. 31. aliud exempl. vide §. 41.*

Digitized by Google

cupletior ſit dominus, ad quem dotalitia redeunt bona, ſoluere haud teneatur (e).

SECTIO II.

EXEMPLA DOTALITIORVM ILLVSTRIVM EXHIBENS.

§. I.

Progrediamur nunc ad exempla. Dum matrimonium inter Ludouicum Vngariae regem et Mariam regis Hiſpaniarum filiam; nec non Ferdinandum, tunc Archi ducem Auſtriae et Annam Ladislai, regis Vngariae filiam mediante imperatore Maximiliano I. contrahebatur, huius generis conſtituebatur dotalitium (f): *Nos vero Vladislaus rex, cum vtraque iſta matrimonia non ſolum de conſenſu et voluntate noſtra, imo ex ardentiſſimo noſtro deſiderio facta ſunt, vt praefatam filiam noſtram chariſſimam dote decenti, et conuenienti honeſtaremus, eidem filiae noſtrae Annae ducenta millia florenorum Hungaricorum, dotis nomine, tenore praeſentium inſcribimus, et aſſignamus: ita tamen, quod huiusmodi pecuniae ſolutio, neque ad praeſens, neque tempore conſumationis matrimonii fieri, ſed ad illud tempus differri debet, quo chariſſimus filius noſter Ludouicus cum Domina Maria matrimonium per copulam conſummabit, cui Dominae Mariae ſimiliter, vt infra patebit, ducenta millia florenorum Hungaricalium dotis loco ſunt inſcripta. Hoc namque matrimonio filii noſtri cum Domina Maria per copulam conſummato, huiusmodi dos vtrinque compenſata, et neutra partium ad illius ſolutionem alteri obligata ſit, vel eſſe debeat. Vt autem viciſſim nos Maximilia-*

(e) Vide HENELIVM *de iure dotal.* C. XI. §. 14. et 15.

(f) Prout patet ex tabulis dotalibus, quae extant apud SAMBVCVM *Append. Rer. Vngaricar. p. 540.* in BONFINII *Hiſtoria.*

lianus Imperator, Dominam Annam, vt par eſſet, debite et ingenue remuneremus, loco donationis propter nuptias, ſeu contradotis eidem Dominae Annae reditus annuos viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium ſuper certis caſtris, locis, ſeu territoriis noſtris in tenore praeſentium aſſignamus, videlicet, medietatem illorum redituum in Prouinciis noſtris Auſtralibus inferioribus, videlicet ſuper oppidis et caſtris Iudenburg, Leolen, Styra, Leinbach ad ſanctum Hippolytum, et Gars, vna cum omnibus ac ſingulis ipſorum territoriis, diſtrictibus et emolumentis. Alteram autem medietatem in Comitatu noſtro Tyrolis, videlicet, ſuper oppidis, et Caſtro Vmbſt, Caltbarn, vna cum officio in Altemburg, et ſuper oppido et caſtro in Ratemberg, vna cum eorum omnibus pertinentiis, vt ſupra aſcribimus, vna cum omnibus aliis, quae vel ex priuilegio, conſuetudine, aut de iure Prouinciae noſtrae Auſtralis Archiduciſſae debentur, pro contra-dote. Si autem ipſorum locorum, per nos aſſignatorum, reditus ad praeſcriptam ſummam non aſcenderet, ex aliis reditibus noſtris huiusmodi defectum, vt par eſt, ſuppleri vsque ad integrum valorem ſummae viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium curabimus, et pari firmitate promittimus, ipſamque Dominam Annam ſtatim poſt conſummationem matrimonii inter nos per copulam in poſſeſſionem ſupradictorum locorum ponemus, et introducemus, curabimusque vt omnes officiales ac ſubditi ſupradictorum locorum Dominae Annae per nos aſſignatorum homagia, et alia fidelitatis iuramenta, eidem Dominae Annae praeſtare debeant. Ipſaque Domina Anna de omnibus iſtorum locorum officiis ac perſonis inſtituendis ad arbitrium ſuum diſponere poſſit et valeat; Ita videlicet, vt praefata Domina Anna huiusmodi reditibus, vita ſua durante, vti, frui, ac gaudere, et ex illis ſtatum ſuum ſuſtinere, et intertenere poſſit et valeat. In cauſa autem quo alter ex nepotibus noſtris Ferdinandus, aut Carolus, cum praefata Domina contraheret, nos vna cum Sereniſſimo Principe, Domino Ferdinando

Aragonum, vtriusque Siciliae, et Hieruſalem rege Catholico, communionem nepotum noſtrorum tuo, concordabimus et prouidebimus, vt Domina Anna pro ſupradicta ſumma contra-dotis viginti quinque millium Ducatorum Hungaricalium conuenienter ac ſufficienter aſſignetur et aſſecuretur. Circa vero contractum D. Ludouici regis cum Domina Maria: *Nos imperator eidem Dominae Mariae dotis nomine ſimiliter ſummam ducentorum millium florenorum Hungaricalium tenore praeſentium adſcribimus, et aſſignamus recompenſandam tum ſuo tempore, cum alia dote, ſicut ſuperius eſt expreſſum clare. Viciſſim vero nos Vladislaus rex, nomine chariſſimi filii noſtri Ludouici, loco donationis propter nuptias, ſiue contra-dotis praefatae Dominae Mariae reditus annuos valoris viginti quinque millium florenorum Hungaricalium ſuper bonis ac locis in regnis noſtris Hungariae et Bohemiae reginis aſſignari ſolitis, inſcribimus, et per tenorem praeſentium aſſignamus, videlicet, in regno noſtro Hungariae Maramaruſium, cum Cameraſalium, et Caſtrum Hwzth, cum quinque oppidis, et aliis poſſeſſionibus: in regno autem noſtro Bohemiae, Hradas, ſuper Albim fluuium, Chrudini, Dunor, et Jaronir, cum attinentibus vna cum aliis omnibus, quae vel ex priuilegio, conſuetudine, aut de iure praefatorum regnorum noſtrorum reginis debentur, pro contra-dote. Quibus omnibus ipſa Domina Maria temporibus vitae ſuae libere gaudere, vti, ac frui poſſit, ac valeat, hoc pacto, vt ſi ſupra dicta ſumma in eorum reditibus ſummam praefixam, videlicet, viginti quinque millium florenorum Hungaricalium, non attingeret, quod de aliis reditibus noſtris hunc defectum ſupplere debeamus. Si autem hanc ſummam viginti quinque millium Ducatorum excederent, nihilominus id totum Dominae Mariae cedere debet. Ipſamque Dominam Mariam ſtatim poſt conſummationem matrimonii cum filio noſtro, Domino Ludouico, per copulam in poſſeſſionem ſupradictorum locorum ponemus, et introducemus, curabimusque vt omnes officiales, ac ſubditi praefato-*

rum

rum locorum Dominae Mariae praeſtare debeant. Ipſa quoque Domina Maria de praedictorum locorum officiis, et perſonis inſtituendis, et deſtituendis, ad arbitrium ſuum diſponere poſſit et debeat. Haec duo matrimonia tametſi ad laudem inprimis Dei glorioſi, et ad propagationem regalis ſanguinis qualis eſſe debet finis et intentio Sacramenti matrimonii, a nobis inſtituta et formata ſunt: tamen, ſi Deo aeterno placeret, ſicut omnes mortalitati obnoxii ſumus, reuocare ad ſe (quod tamen longius abeſſe velit) vnum ex ſponſis, et ſponſabus, ante vel poſt matrimonium per copulae conſummationem: Ita inter nos eſt conuentum, et concluſum eſt, et inprimis in caſu: In quo ſponſum ſiue maritum Dominae Annae, ſiue nc, ſiue alterum nepotem noſtrorum ex humanis ante copulam diſcedere contingeret, quod tunc praefatae Dominae Annae, ſumma centum millium Ducatorum in ſpatio vnius anni tunc proxime futuri perſoluatur, aut iocalia tanti valoris, ſecundum verum aeſtimationem ad numerum centum millia florenorum Hungaricalium, quae apud Prouinciales noſtros inferioris Auſtriae deponere debemus, in euentum non ſolutionis ſupradictae ſummae centum millium florenorum Hungaricalium tradantur, cum conditione tamen, nos aut heredes noſtri de Domina Anna, aut heredibus ſuis, huiusmodi iocalia, cum ſumma memorata centum millium Ducatorum Hungaricalium redimere poſſe. Pro qua re Praelati, Comites, Barones, Nobiles, Comitatus, omnesque ſtatus et ordines Prouinciae Auſtriae ſufficienter ſub fide atque honore ſuo, et ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum, mobilium et immobilium, ſe obligabunt: quod ſupraſcripto caſu ſumma 100000. Ducatorum Hungaricalium, abſque omni diminutione, aut iocalia ipſa a nobis apud eos deponenda, manibus praefatae Dominae Annae aut Sereniſſimorum regum Vngariae, et Boemiae, ſiue aliorum, quos ſerenitates ſuae, aut regna ipſa ad hoc deputabunt, in arce Poſonienſi tradent, et aſſignabunt, omni dolo et fraude, et quauis machinatione ſiniſtra procul remotis. Quod vt faciant illis tenore

nore

nore praeſentium praecipimus, iniungimus, et mandamus, ipſosque ab omni obligatione ſubiectionis, fidelitatis, et obedientiae, quibus nobis et heredibus noſtris ſunt aſtricti, ad hunc duntaxat effectum abſoluimus, et liberos fore circa executionem praedictorum expreſſe pronuntiamus, et ex nunc declaramus. Hi autem, qui huiusmodi pecuniam ſiue iocalia in ſupra dicto caſu ad arcem Poſonienſem perferent, numerum ducentorum, ſiue equites, ſiue pedites fuerint, excedere non debebunt. Similiter moriente ante conſummationem matrimonii per copulam ſponſae praefatae Dominae Annae quicunque is fuerit, idem Prouinciales noſtri, ipſam Dominam Annam cum omni honeſtate, ſaluis perſonis, et omnibus rebus ſuis, et omnium ſuorum, ad omnem eius atque Sereniſſ. Regum Hungaricorum voluntatem, et arbitrium, ad regna paterna, Poſonium videlicet, aut Znaymam reducere debebunt, et tenentur; in caſu vero, quod vnam ex ſponſabus ante matrimonii conſummationem per copulam mortem obire contingeret; nihilominus alteri ſponſae, quae ſuperſtes erit, dos expreſſa, videlicet, ducentorum millium Ducatorum, perſoluatur. Similiter ſi vnus ex maritis poſt matrimonii conſummationem fatis concederet, et vxor relicta ad ſecunda vota tranſire vellet; eidem relictae ſumma ducentorum millium Ducatorum perſolui, et ipſa relicta ſtatim, e reditibus pro contra-dote ſibi aſſignatis, ſibi cedere debet. Interim vero, et quamdiu ſolutio dotis ducentorum millium Ducatorum non fit, reditus annuos, et ſtatum ſuum tenere, et percipere poterit, ac debet.

§. II.

Friderici II. imp. filius Conradus IV. rex Romanorum vxori ſuae Eliſabethae pro dotalitio adſignauit, *oppidum Schongow, caſtrum Reitengow, Ambergaw, Curiam ſuper monte, Curiam Stauffe, villam Iglingen, villam Durncheim, villam Möringen cum toto Heytische, Caſtrum Swebekke, caſtrum et oppidum Swebiswerde, caſtrum Capfheym, oppidum Nouum Forum, cum toto officio, Perengow, nouum caſtrum, et ca-*

caſtrum Schonenberch, quae poſtea Wenceslaus, rex Bohemiae, Ludouico Bauariae duci in feudum obtulit. (g)

§. III.

Carolus Auſtriae archidux inter imp. dictus quintus, antequam adhuc fieret rex Hiſpaniae atque imperator, Renatam, Ludouici XII. regis Gallorum filiam, ſibi per ſingularia pacta, Pariſiis d. 24. Maii. 1524. concluſa, deſponſauit, conſtituto dotalitio aureorum viginti quinque millium et ſi Caſtellae rex fuerit factus triginta millium aureorum cum domo regia, prout verba tractatus habent: (h) *Reciproquement du côté de mondit ſieur le Prince, ſera la dite Dame Renée doüée de la ſomme de vint-cinq-mille écus d'or au ſoleil de rente annuelle, ſa vie durant qui lui ſera aſſignée par mondit ſeigneur le prince, ou ſes heritiers, dedans ſes pais étant du reſſort du Roi, ſi avant que faire ſe poura; et le reſte ès païs plus prochains, les maiſons et forteresſes pour rien contées, des quelles y en aura une meublée ainſi qu'il appartient à ſon état pour ſa demeure; laquelle maiſon, et toutes autres, qui lui ſeront baillées et aſſignées, elle ſera tenuë maintenir et entretenir en bon et ſuffiſant état, comme douaire et viagere doit et eſt tenuë de faire.*

§. IV.

Alfonſus Portugalliae rex in tabulis nuptialibus, cum Maria Franciſca Eliſabetha Sabaudica Pariſiis d. 24. Febr. 1666. initis, (i) tale conſtituit dotalitium: *Le Sereniſſime Roi de Portugal deſirant paſſionément de faire voir à tout le monde l'eſtime qu'il fait des tres-hautes qualitez et vertus de la Sereniſſime et tres-Excellente Princeſſe Madame Marie Françoiſe*

(g) Extat *Diploma* apud GEWOLDVM *de Septemviratu cap. IX. p. 743.*

(h) Extant in *Recueil des Traitées de Paix Tom. II. p. 49.*

(i) Extant apud du MONT. *T. VI. P. III. n. XXXII. p. 104.*

çoiſe Eliſabet de Savoie, veut qu'advenant le decés de la Sereniſſime Reine de Portugal ſa Dame et Mere, ladite Sereniſſime Princeſſe Dame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoie, ait aprés elle la cité de Faro, Alenquer, Cintra et autres Villes, Gouvernements, Châteaux, Juriſdictions, nominations et diſpoſitions d'Abbayes, et autres Benefices, et generallement toutes les Terres dont ladite Sereniſſime Reine, Mere joüit à preſent, pour être poſſedées par ladite Sereniſſime Princeſſe Dame Marie Françoiſe Eliſabet de Savoye durant ſa vie, ainſi que la Sereniſſime Reine-Mere, et les autres Reines de Portugal en ont toujours joüi, lesquels Etats valent quatrevingts à cent mille Croiſades ou Ducats par un, et quelque fois plus.

§. V.

Petrus Luſitaniae rex eandem a fratre ſeparatam in vxorem ducens, eidem tale conſtituit dotalitium (k):
Et le Sereniſſime Prince Dom Pedro ſe conſtituë en dot avec la prochaine eſperance (ſi Dieu lui donne la vie) de la ſucceſſion legitime de ce Royaume de Portugal, et avec tous les Etats et revenus, que ſon Pere tres-Haut et tres-Puiſſant Prince le Roi Dom Jean IV. de glorieuſe memoire, lui à laiſſes par ſon decez, lesquels ſe tiennent pour duëment declarés et énonécs dans cet Article. Que ladite Sereniſſime Princeſſe ſe conſtituë en dot un million de Croiſades ou Ducats, monnoie courante de ce Roiaume, afin que le Sereniſſime Prince Dom Pedro, aprés la conſommation du Mariage, ait et gagne ladite dot, et en diſpoſe à ſa volonté. Et parce que, quand la Sereniſſime Princeſſe vint de France, elle apporta avec ſoi une ſomme qui ſe montoit à la Valeur d'un million, laquelle à eſté effectivement remiſe entre les mains des Miniſtres de ce Roiaume, et que par conſequent ce Rojaume lui doit, on eſt convenu que ledit Sereniſſime Prince, parmi les autres biens dudit Roiaume, qui eſt obligé à la reſtitution de ladite ſomme; ſe contente de la même dot,

(k) *Dans Recueil T. IV. n. LXXXI. p. 244.*

dot; comme s'il l'avoit reçû lui-même; et tient la Sereniſſime Princeſſe pour bien et duëment déchargée de la païer une autre fois, de même que ſi elle la lui païoit réellement et actuellement à cette heure. Et le Sereniſſime Prince Dom Pedro, pour mar-quer en quelque maniere la grande eſtime qu'il fait de la perſon-ne, et du merite de la Sereniſſime Princeſſe ſa future épouſe, lui donne en dot tous les Etats, Villes, Revenus, Iurisdictions, Pa-tronages, et tous les autres biens, que poſſedoit en ſon vivant la Sereniſſime Reine Dona Luiſa ſa mere, et que les Reines de Por-tugal ont toûjours eûs pour appanage; afin qu'elle en ait la jo-uiſſance et l'adminiſtration, avec toutes les franchiſes, priuileges, prérogatives et emolumens, que leſdites Reines ont accoûtumé d'avoir. Pour les mêmes raiſons le Sereniſſime Prince Dom Pe-dro, conſiderant que les vingt mille Croiſades qu'on avoit aſſig-nées par an à ladite Sereniſſime Princeſſe pour l'entretien de ſa Maiſon, et qu'on lui aſſigne de nouveau par ce preſent Contract, ſçavoir quinze mille Croiſades ſur les revenus du bois de Breſil, et cinq mille ſur les rentes de la Maiſon de Bragance, ne ſont pas ſuffiſans, leſdits Marquis de Niza et Dom Rodrigue de Me-nezes promettent, au nom du même Prince leur committant, vingt mille Croiſades par an, qui ſeront priſes ſur les Doüaires, afin que ladite Sereniſſime Princeſſe joüiſſe de ces quarante mille Croiſades durant ſa vie, ainſi que de tous les revenus affectés aux Reines de Portugal, qui lui appartiennent déja en vertu de ce Contract.

§. VI.

Carolus rex Arragoniae in tabulis matrimonialibus cum Margaretha Caroli II. regis Siciliae filia a. 1290. (l) dotalitium in certas terras adſignauit, his verbis: *Verum tamen ſi ipſe Comitatus Cenomaniae à Dotalitio Domi-nae et Matris noſtrae Marguaritae Reginae Ieruſalem et Siciliae, nondum fuerit liberatus, habebit ipſa Filia noſtra ſuper Comita-tu Andegaviae tria millia librarum Andegavenſis monetae, dicto Dotalitio ſolummodo durante; eodem vero Dotalitio deficiente, ceſſabit perceptio ipſarum trium millium librarum Andegavenſium.*

Con-

(l) Apud du MONT. *T. I. P. I. n. LV. p. 420.*

Conuentum eſt etiam, vt quocumque modo, ſiue in Hereditatem, ſiue in Maritagium, dicta Terra, ſeu Comitatus ipſi Carolo fuerint aſſignati, dicta filia noſtra ſi eidem Carolo, prole de eorum Matrimonio extante, ſuperuiuat, jure balli ſecundum locorum conſuetudinem ſibi ſaluo, habebit etiam poſt ballum finitum cum Dotalitio illo, quod in propria Terra dicti Caroli percipit, quod ad tria millia librarum Turonenſium annui reditûs per dictas conuentiones eſt ſtatutum: et tenebit atque expectabit, quamdiu ipſa vixerit, totum Comitatum Cenomanenſem, de quo nihil alienare poterit, quum ad prolem eorum, ſi extet, vel ad Dominum regem Franciae ſeu ad Heredem ſuum regem Franciae, ſi ipſa proles defecerit; Pace interueniente, vt dictum eſt, plene et libere cum ſuis pertinentiis devenient poſt obitum praedictae Marguaritae: et poſt ballum finitum, Comitatum Andegauenſem ſtatim eidem proli derelinquet. Item, per easdem Conuentiones tenebamur dictos Comitatus, ſeu Terras Andegauiae Cenomaniaeque, quocumque modo ipſi Carolo fuerant aſſignati, liberare ab illa penſione annua ſiue aſſignatione, quam exinde habet et percipit Auita noſtra Marguarita regina Franciae, et a Dotalitio dictae Matris noſtrae Marguaritae reginae Ieruſalem et Siciliae, Conſors noſtra, ab omni eo praeterea quod habebat, vel habere, ſeu petere poterat in eis Domicella Maria de Ieruſalem, aliiſque obligationibus et Iuribus vniuerſis, ſed ad redemtionem noſtri, pro huiusmodi liberatione, et exoneratione procuranda habere, et percipere debebimus totum emolumentum quatuor auxiliorum, Terrarum, ſeu comitatuum eorumdem; videlicet pro redemtione noſtra, pro militia filii noſtri, pro terrae noſtrae racheto, et pro Maritagio Filiae noſtrae praedictae. Ceterum cum praefata Marguarita Franciae, et Marguarita Ieruſalem et Siciliae Reginae oblatam a nobis ibi recompenſationem congruam, pro iis quae percipiunt, ſeu habent in ipſis ſeu comitatibus praedictis acceptare, et renuntiare Iuri penſionis et Dotalitii praedicti renuerint, inter nos ex vna parte, et praefatos Dominum Franciae, et Carolum Aragoniae reges ex altera, de nouo conuentum eſt, et in Pactum deductum, quod nos ab omnibus aliis oneribus ſpecialiter et generaliter ſupra expreſſis, dictos Comitatus, ſeu Terras Andegauiae et Cenomaniae cum ſuis pertinentiis dicto Carolo liberos et abſolutos cum dicta filia noſtra tradenus.

§. VII.

Digitized by Google

§. VII.

Petrus, rex Arragoniae in tractatu matrimoniali, cum Eduardo I. Anglorum rege de maritando filio ſuo Alfonſo cum Eduardi I. filia Alionora a. 1282. tale coram multis teſtibus conſtituit dotalitium: (m) *Nos autem, Archiepiſcopus et Epiſcopus praedicti, eiusdem Domini regis mandatis parere volentes, virtute et auctoritate praedicti mandati, contracto matrimonio per verba de praeſenti inter illuſtrem Domicellum Alfonſum, eiusdem Domini regis primogenitum praeſentem, et illuſtrem Domicellam Alianoram, illuſtris regis Angliae primogenitam, per nobilem virum Dominum Iohannem de Veſcy, Procuratorem eiusdem Domicellae ad hoc ſpecialiter deſtinatum, nomine eiusdem Domicellae contrahentem per eadem verba de praeſenti conſenſum eiusdem Domicellae exprimentia, prout iura permittunt, eidem illuſtri Domicellae, vice, nomine, loco, et auctoritate Domini noſtri regis Arragonum praedicti, pro arris et arrarum nomine, damus et aſſignamus Loca inferius annotata, ſcilicet, Iactam, Barbaſtrum, Lunam et Pertuſiam, cum omnibus Villis, Aldeis, Pechis, Moneticis, Iudaeis et Sarracenis ibidem habitantibus, et in poſterum habitaturis; alta et baſſa Iuſtitia, mero etiam et mixto Imperio, cum omnibus homagiis, fidelitatibus, ſeruitiis, caenis, et aliis omnibus pertinentiis ad dicta Loca, ſeu ad Dominium praedictorum Locorum, quoquo modo ſpectantibus, cuiuscumque ſeruitii, expletamenti, nominis, ſeu conditionis exiſtant, licet ſpecialiter habent nominari; nihil Dominii vel proprietatis praedicto Domino noſtro regi penitus retinentes; immo eadem ab ipſo totaliter abdicamus, quamdiu eadem Domicella praedicta loca tenuerit, ſeu tenere debuerit, ſecundum formam aſſignationis huiusmodi ſibi factae; Habenda, tenenda et poſſidenda per ipſam Domicellam, vel Mandatum ſuum, praedicto conſtante Matrimonio, et etiam ſoluto, ſi ipſa ſupravixerit, ſiue ſit in regno Aragon. ſiue extra, ſiue ſit vidua, ſiue coniugata, ad voluntatem ſuam inde faciendum, cum omnibus fructibus, redditibus, et exitibus de dictis Locis et pertinentiis eorumdem, quoquo modo ex nunc leuandis et percipiendis, eisdem in ſortem ſeu ſolutionem Dotis minime computatis,* do-

(m) Apud du MONT. *T. I. P. I. n. LII. p.* 415.

donec de quadraginta millibus Libr. nigrorum Turon. quos eadem Domicella affert praedicto viro ſuo in Dotem ſeu Maritagium, et liberauit eidem, vel Domino regi Aragonii nomine praedicti Domini Alfonſi Filii ſui Mariti eiusdem Domicellae, tempore traductionis, plene fuerit ſatisfactum. Et, ſi redditus, exitus, et prouentus praedictorum quattuor Locorum et eorum pertinentiarum, non valerent ſingulis annis, vno cum aliis computato, deductis expenſis, tria millia Librarum nigrorum Turonenſium Dominus rex praedictus, et nos, nomine eiusdem, tenemur, vsque ad ſupplementum dictae quantitatis, eidem Domicellae, vel eius Procuratori, reſiduum in Terra praefati Domini regis, in Locis conuenientibus, aſſignare.

§. VIII.

Carolus, rex Caſtellae, ſponſae ſuae, Ludouicae Franciſci I. Galliarum regis filiae per tractatum Nouiodunenſem d. 16. Auguſti 1516. (n) tale aſſignauit, dotalitium.
Item: *Et par ce preſent Traité de Mariage ledit Seigneur Roi catolique doüera ladite Dame Louiſe, ou les autres Dames en cas deſſusdit, de la ſomme de cinquante mille écus d'or au ſoleil, de rente annuelle leur vie durant, qui leur ſera aſſignée par ledit Roi Catolique, ou ſes heritiers, en bonne et convenable aſſiette. C'eſt à ſavoir trente mille écus ſur Hedin, et les pieces que tenoit Madame Marguerite d'Angleterre, veuve de feu le Duc Charles, ſi les pieces le valent; ſi nom le reſte ſur autres pieces de prochain en prochain, jusques au parfait de ladite ſomme, les Maiſons et Fortereſſes étans audit aſſignat de Doüaire non comptées, des quelles il y en aura une meublée, ainſi et comme il apartient à ſon état pour ſa demeure lesquelles, Places et maiſons ſeront tenües et toutes autres, qui ſeront baillées pour ledit Douaire, en bon et ſuffiſant état, comme Douairiere viagere doit et eſt tenue de faire.*

§. IX.

Richardus Anglorum rex coniugi ſuae Beringariae ann. 1191. terras ſuas in Waſconia in dotalitium aſſignauit

(n) Extat apud du MONT. *T. IV. P. I. p. 226.*

Digitized by Google

Cum igitur hic multa ſcandala confluant, rogamus Cels. Veſtram, vt hanc rem maturo iudicio expendere velit. Illud quoque eſt verum, quod Cels. Veſtram omni modo rogamus et adhortamur, vt fornicationem et adulterium fugiat. Habuimus quoque, vt, quod res eſt, loquamur, longo tempore non paruum moerorem, quod intellexerimus Veſtram Cels. eiusmodi impuritate oneratam, quam diuina vltio, morbi aliaque pericula ſequi poſſint. Etiam rogamus Cels. Veſtram, ne talia extra matrimonium leuia peccata velit aeſtimare, ſicut mundus haec ventis tradere, et parui pendere ſolet. Verum Deus impudicitiam ſaepe ſeueriſſime puniuit. Nam poena diluuii tribuitur Regentum adulteriis, item adulterium Dauidis eſt ſeuerum Diuinae vindictae exemplum: Et Paulus ſaepius ait, Deus non irritetur, adulteri non introibunt in regnum Dei. Nam fidei obedientia comes eſſe debet, vt non contra conſcientiam agamus, *primo Timoth.* et primo *Ioh. 3. ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, poſſumus laeti Deum inuocare; et Rom. 8. ſi carnalia deſideria ſpiritu mortificauerimus, viuemus, ſi autem ſecundum carnem ambulemus, hoc eſt, ſi contra conſcientiam agamus, moriemur.*

Haec referimus, vt conſideret, Deum ad talia non ridere, prout aliqui audaces fiunt, qui ethnicas cogitationes animo fouent. Libenter quoque intelleximus, Veſtram Cels. ob eiusmodi vitia angi et conqueri. Incumbunt Cels. Veſtrae negotia totum mundum concernentia, accedit Cels. Veſtrae complexio ſubtilis et minime robuſta, ac pauci ſomni, vnde merito corpori parcendum eſſet

eſſet, quemadmodum multi alii facere coguntur. Legitur de laudatiſſimo Principe Scanderbego, qui multa praeclara facinora patrauit contra duos Turcarum Imperatores Amurathem et Mahometem, et Graeciam, dum viueret, feliciter tuitus eſt, ac conſeruauit. Hic ſuos milites saepius ad caſtimoniam hortari auditus eſt, dicere: nullam rem fortibus viris aeque animos demere ac venerem. Item, quod ſi Veſtra Cels. inſuper alteram vxorem haberet, et nollet prauis affectibus et conſuetudinibus repugnare, adhuc non eſſet Veſtrae Cels. conſultum ac proſpectum.

Oportet vnumquemque in externis iſtis ſuorum membrorum eſſe Dominum, vti Paulus ſcribit: *Curate, vt membra veſtra ſint arma juſtitiae.* Quare Cels. Veſtra, in conſideratione allatarum cauſarum, nempe ſcandali, curarum, laborum ac ſollicitudinum et corporis infirmitatis, velit hanc rem aequa lance perpendere, et ſimul in memoriam reuocare, quod Deus ex moderna Coniuge pulchram ſobolem vtriusque ſexus dederit, ita vt contentus hac eſſe poſſit. Quod alii in ſuo debent patientiam exercere, ad vitandum ſcandalum? Nam nobis non ſedet animo Cels. Veſtram ad tam difficilem nouitatem impellere aut inducere. Nam ditio Cels. Veſtrae aliique nos ideo impeterent; quod nobis eo minus ferendum eſſet, quod ex praecepto diuino nobis incumbat, matrimonium omniaque humana ad diuinam inſtitutionem dirigere, atque in ea, quoad poſſibile, conſeruare, omneque ſcandalum remouere. Is iam eſt mos ſeculi, vt culpa omnis in Praedicantes conferatur, ſi quid difficultatis incidat: et humanum cor in ſummae et inferioris conditionis hominibus inſtabile; vnde diuerſa pertimeſcenda.

Si autem Veſtra Celſitudo ab impudica vita non abſtineat, quod dicit, ſibi impoſſibile, optaremus Celſit.

Ve-

Veſtram in meliori ſtatu eſſe coram Deo et ſecura conſcientia viuere, ad propriae animae ſalutem, et ditionum ac ſubditorum emolumentum. Quod ſi denique Veſtra Celſitudo omnino concluſerit adhuc vnam coniugem ducere, rogamus, id ſecreto faciendum, vti ſuperius de diſpenſatione dictum, nempe, vt tantum Veſtrae Cels. illi perſonae, ac paucis perſonis fidelibus conſtet Cels. Veſtrae animus et conſcientia ſub ſigillo confeſſionis. Hinc non ſequuntur alicuius momenti contradictiones, aut ſcandala; Nihil enim eſt inuſitati, Principes concubinas alere, et quamuis non omnibus e plebe conſtaret ratio, tamen prudentiores intelligerent, et magis placeret haec modeſta viuendi ratio, quam adulterium et alii belluini, et impudici actus, nec curandi aliorum ſermones, ſi recte cum conſcientia agatur, ſic et in tantum hoc approbamus. Nam, quod circa matrimonium in lege Moſis fuit permiſſum, Euangelium non reuocat aut vetat, quod externum regimen non immutat, ſed adfert aeternam iuſtitiam ad aeternam vitam, et orditur veram obedientiam erga Deum, et conatur corruptam naturam reparare. Habet itaque Cels. Veſtra non tantum omnium noſtrum teſtimonium in caſu neceſſitatis, ſed etiam antecedentes noſtras conſiderationes, quas rogamus, vt Veſtra Cels. tanquam laudatus, ſapiens et Chriſtianus Princeps velit ponderare; Oramus quoque Deum, vt velit Cels. Veſtram ducere ac regere ad ſuam laudem, et Veſtrae Celſitudinis animae ſalutem.

Quod attinet ad conſilium, hanc rem apud Caeſarem tractandi, exiſtimamus, illum adulterium inter minora peccata numerare; Nam magnopere verendum illum Papiſtica Cardinalitia, Italica, Hiſpanica, Saracenica imbutum fide, non curaturum Veſtrae Celſitud. poſtulatum, et in proprium emolumentum vanis verbis ſuſtentaturum,

 ſicut

Digitized by Google

ſicut intelligimus, perfidum ac fallacem virum eſſe, moriſque Germanici oblitum. Videt Cels. Veſtra ipſa, quod nullis neceſſitatibus Chriſtianis ſincere conſulit. Turcam ſinit imperturbatum, excitat tantum rebelliones in Germania, vt potentiam Burgundicam efferat. Quare optandum, vt nulli Chriſtiani Principes illius infidis machinationibus ſe miſceant. Deus conſeruet Celſitudinem Veſtram. Nos ad ſeruiendum Veſtrae Cels. ſumus promptiſſimi. Datum Wittenbergae, die Mercurii poſt Feſtum Sancti Nicolai, 1539.

Veſtrae Cels.

Parati ac ſubiecti Serui

Martinus Lutherus.
Philippus Melanchthon.
Martinus Bucerus.
Antonius Coruinus.
Adam F
Iohannes Leningus.
Iuſtus Winther.
Dionyſius Melander.

Des Notarii *Zeugniſs über obiges Bedencken.*

Ego Georgius Nuſpicker, accepta a Caeſare poteſtate Notarius publicus et ſcriba teſtor hoc meo Chirographo publice, quod hanc copiam ex vero et inuiolato originali propria manu a Philippo Melanchthone exarato, ad inſtantiam et petitionem mei Clementiſſimi Domini et Principis Haſſiae, ipſe ſcripſerim, et quinque foliis numero, excepta inſcriptione, complexus ſim, etiam omnia proprie et diligenter auſcultarim et contulerim, vt in omnibus cum originali et ſubſcriptione nominum concordet, de qua re iterum teſtor propria manu.

Varii inter Pontificios fuere, qui Lutheri indulgentiam ſuam valde exprobrarunt, aſt contra hos Lutheri cau-

Digitized by Google

cauſam dixit SECKENDORFF (h). Imo ipſe Lutherus in litteris ſe defendit (i) verbis: *Se et antea et poſtea diuerſis vicibus docuiſſe, reducendam non eſſe Legem Moſaicam, et ſi clam in caſu Neceſſitatis NB. vel etiam publice, ſi Magiſtratus iubeat pro Exemplo vti illa liceat. Quamuis igitur afflictae alicuius Conſcientiae ex Neceſſitate arcanum Conſilium daret, vt Moyſis Lege vel exemplo agat, non tamen Ius manifeſtum aut Exemplum ſtatuerit, ſed reſpondiſſe, vt Confeſſionarium, als ein Beicht-Vater, qui nihil agit publice, ſed in Arcano, pro Neceſſitate Conſcientiarum, nec procedi debere ad Propalationem. Tandem etiam Landgrauium monet, ne* Puellam deſerat, *cuius Coniugium, tantas cum Neceſſitatis et Conſcientiae* „Allegatio-„ne, obtinuerit; et Claudit: coram Deo defendi a ſe „poſſe cauſam Landgrauii ex ſecreto Confeſſionis NB. „et neceſſitate, ſed coram Mundo et Iure nunc regente „ſiue vſitato nec poſſe ſe nec velle illam defendere.„ *Et Elector Saxoniae Iohannes Fridericus ibidem in Literis ad Landgrauium Haſſiae Philippum:* „Aliud eſt, ſcribere et „docere, quid in hoc vel illo caſu Deo et Scripturae non „aduerſetur; aliud vero factum contra iura publica et „Morem Vniuerſalem palam audere et defendere. In „Doctrina et Confeſſione Conſcientia inſtruitur, quate-„nus ex neceſſitate excuſari poſſit, et Canoniſtae quaedam „ſcripſerunt et concesſerunt, quae vtique in Foro Ciuili „defendere nollent. Cum Lutherus ſcribit, ſe Bigamiam „non ſuadere, eo ipſo indicat, nolle, vt publice intro-„ducatur et Scopus Concionis eius is potiſſimum tunc „fuit, vt Patriarchas a variis Interpretum Cenſuris de-„fenderet, non vero, vt Chriſtianos ad Licentiam pro-„uocaret.

Landgrauius ipſe in Literis Reſponſoriis ad Lutherum:

 ſcio,

(h) *Hiſt. Lutheraniſmi L. III. Sect. XXI. §. 79.* Addatur *p. 280.*
(i) *L. c.* apud SECKENDORFF.

ſcio, inquit, abs te et Melanchthone in Tribunali Externo defendi me non poſſe, neque id a Vobis deſideraui : „ Contentus „ Vobiſcum ſum , quod non negatis , quae mihi reſpon- „ diſtis : „ *Deus, cui interiora Cordis mei nota ſunt, inpoſterum quoque Auxilium feret, ſi non fecerit, et aliquid patiendum mihi eſt, tolerabo id in Nomine Domini Conſcientiae meae Securitate et Puritate laetus, et quod pro me habeam Verbum Dei, tuumque* „ *et aliorum Doctorum Conſilium. Id mihi in* „ *Afflictione maius ſolatium affert, quam Omnium Iuriſconſulta-* „ *rum incerta Reſponſa.*

§. XI.

Carolus Ludouicus, Palatinus Elector, ex Anglia in Germaniam redux A. IIIO. Guilielmi V. Haſſiae Landgrauii filiam ex Amalia Eliſabetha Hanonienſi duxit vxorem, verum orto inter dictos coniuges sereniſſimos diſſidio, Mariam Ludouicam Degenfeldiam Chriſtophori Martini L. B. de Degenfeld S. R. I. equitis et Annae Mariae Adelmanniae ab Adelmansfelden filiam in thori genialis ſocietatem admiſit, et vxoris loco habuit (*ehefürml. beygelegte Frau*) Raugrauiae appellatam titulo, copulam ſacerdotalem adhibente Heilando Parocho, Heidelbergenſi ecclesiae A. C. addicto. Et quidem matrimonium ad Morganaticam hoc ſaltim fuiſſe (k) videtur, quod Raugrauii ex iſto matrimonio nati a ſucceſſione fuerint ex-

(k) IOANNIS Appendix poſterior ad *Parei hiſtoriam Palatinam p. 562.* REIGERI *linea electoralis Palatina extincta p. 59.* Litterae vero amatoriae, quae circumferuntur, inter electorem et Degenfeldiam ſcriptae, et quas inſeruit Ferd. BVCKISCH *hiſtoriae Genealog. Bauarico Palatinae P. II. p. 151. ſeqq.* ſunt fictae, dum linguam latinam non adeo fuerit edocta, vt cultiori ſermone litteras potuerit exarare, prout etiam IVNCKERVS docet *Schauplaz der Welt ad A. 1666. p. 1274.* quaedam etiam litterae reperiuntur *im Leben Friedrich des V. Carl Ludewig und Carls, Cöln 1703.*

Digitized by Google

excluſi. De hac Digamia vero Auctor Vitae Caroli Ludouici ſic ſcribit (l): *L'Atachement qu'il eut pour la Baronne de Degenfeld a peu s'excuſer quelque tour et quelque adouciſſement, qu'on lui donné. Charles Louis avoit beau dire qu'il en avoit fait ſon Epouſe: il n'en pouvoit avoir deux a la fois, et la Princeſſe Landgrave meritoit de poſſeder ſon coeur et ſon lict ſans aucun partage. C'eſt icy que ce Prince fut aſſurement un bien mauvais uſage de ſa Theologie. Il voulut ſoutenir, contre toute ſorte de raiſon, que la Polygamie n'étoit pas plus defendue aux fidels du nouveau teſtament, qu'a ceux de l'ancien. Son intereſt luy faiſoit ſoutenir cette Theſe avec une Chaleur ſans egale. Il ne voulut jamais l'abandonner, quoy qu'on luy puiſt dire; et par une pratique de pluſieurs années, il la ſoutint opiniatrement.* Hinc etiam plures defenſionem Electoris atque Polygamiae tunc temporis ſuſceperunt. Potiſſimum Fridericus BOEKELMANNVS ſub nomine DAPHN. ARCVARII, LAVRENTIVS BEGERVS, et ſub nomine THEOPHILI ALETHEI IO. LYSERVS (m). Iſta vero Degenfeldia, dum quartam et decimam prolem in vtero geſtaret d. 15. Kal. April. 1677. fuit defuncta (n).

§. XII.

Simile exemplum praebet Bernhardus Dux Saxo-
Ie-

(l) *La Vie et les amours de Charles Louis a Amſterd. 1697. 12. p. 99.*

(m) Scripta hac in cauſa ventilata vide in bibliotheca iuris *C. XIII. §. 45.*

(n) IOANNIS *c. l.* qui etiam ſingulos liberos ex hoc matrimonio recenſet, addens: Vtrum mortua illa conſilium de diuortio cum coniuge Charlotta penitus faciendo, alteroque coniugio ineundo, inierit, ſuo relinquimus loco, quamuis ſint, qui id tradant, addantque filium etiam Carolum adduxiſſe, vt id matri miſſo Caſſellas Hachenbergio, tum exponeret tum commendaret; Electricem vero grauiter id accepiſſe mariti propoſitum prorſus indignatam.

Digitized by Google

lenenſis. Duxerat iſte in matrimonium Mariam Tremolliam, ſed dum inter sereniſſimos coniuges varia oriirentur diſſidia, quae in tantum increſcerent, vt eorum animi ab inuicem plane facti fuerint alieni, dictus Bernhardus amore Mariae Eliſabethae de Koſpoth captus, illam matrimonio ſimultaneo per copulam ſacerdotalem, obſtetricante Andrea Wigando, qui relicta Catholica religionem adſumſit Euangelicam, ſub nomine Madame d'Alſtadt ſibi iunxit, certa ipſi conſtituta Morgengaba et reditibus annuis, prout pacta teſtantur (o):

Von GOttes Gnaden, wir Bernhard, Herzog zu Sachſen etc. Vor uns, unſere Erben und Nachkommen, uhrkunden hiermit, daſs, nachdem zwiſchen uns und der Durchl. Fürſtin, Frau Maria, Herzogin zu Sachſen, gebohrner Herzogin von Tremoville, unſerer freundlich geliebten Gemahlin Lbd. ſo wohl Anfangs nach unſerer Fürſtl. Vermählung, als nachgehender Zeit viel ſchwere Irrungen, Zwiſtigkeiten und Miſsverſtände ſich ereignet, wodurch die gegeneinander tragende eheliche Liebe faſt gäntzlich erloſchen, bald wir uns unſerer Fürſtl. Gemahlin, bald dieſelbige, ſich uns zu entziehen, bewogen worden, und uns beederſeits viel unzehliche Beſchwerungen zugewachſen, wir endlichen aus groſſen Vnmuth in die Gedancken gerathen, und uns folgends feſtiglich fürgeſezt, wir könten und wolten, zu Hochgedachter unſerer Gemahlin und unſerer eigenen Beruhigung, vermittelſt einer gänzlichen Ehe-Scheidung, uns von derſelben ſondern laſſen; Dieweil wir aber bey uns befinden, daſs wir in ledigen Stande ein unſträfflich Leben zuführen nicht gefaſſet; Als haben wir uns darauf ferner entſchloſſen uns mit Hochgedachter unſerer Gemahlin damahls beſtalten Cammer-Jungfer, M. E. von Koſpodt, in Anſehung deren ſonderbahren bekanten Qualitäten und alten Ade-

(o) Apud LVNIG. *Reichs-Archiv. P. Spec. cont. II. p. 592.* et LVDOLFF *de iure feminarum illuſtr. app. III. p. 402.* ibi etiam bina hanc Polygamiam concernentia Reſponſa adducuntur.

Digitized by Google

Adelichen Geſchlechts nach vorhergegangener Ehe-Scheidung, ehelichen trauen zu laſſen, und zu verbinden. Wiewohl nun dieſelbige, nachdem wir ihr hievon Eröffnung gethann, eine ſonderbahre Diſplicenz hierüber ſpühren laſſen, ſich darneben, uns auf andere Gedancken zu wenden, ernſtlich bemühet, auch bey ſolchen Diſſenſu lange Zeit feſt beſtanden, und in Hoffnung gelebet, es würden ſich die zwiſchen uns und unſerer Fürſtl. Gemahlin herfür gethane Miſsverſtände verliehren, und wir dadurch auf andere Gedancken von ſelbſten gedeyhen. So hat ſich dennoch befunden, daſs ſich ſelbige von Tage zu Tage gehäuffet, der zwiſchen uns und unſerer Fürſtl. Gemahlin ſchwebende Haſs, ſich je mehr und mehr vergröſſert, und die von uns gefaſſte Reſolution von Zeit zu Zeit feſter geſezt, ſo, daſs gedachte von Koſpodt, nachdem wir ſie, daſs keine Verſöhnung mehr zu hoffen, verſichert, und wir unſer ihr gethanes Verſprechen mit theuren Eyd-Schwüren und andern hohen Betheurungen nochmahls befeſtiget, endlichen, auf unſer ferneres Anſuchen, uns, wann wir von unſerer Gemahlin geſchieden ſeyn würden, ſich vermählen, und inzwiſchen in ſolcher ehelichen Intention beyzuwohnen bewegen laſſen. Als nun hierauf wir, zu ſolcher Ehe Scheidung zugelangen, billig vonnöthen befunden, die hierzu vermeyntlich habenden Urſachen unterſuchen zu laſſen, und ſolche von Geiſt und Weltlichen vor allerding unzuläſslich befunden worden, es auch nochmahls durch göttl. Schickung dahin gekommen, daſs wir mit unſerer freundlich-geliebten Gemahlin Lbd. in ein gutes Vertrauen, und alſo die gantze Sache in ſolchen Stand geſezet worden, daſs, wie wir nunmehr von unſern Theologen berichtet, ohne Verlezung unſers Gewiſſens, und groſſem ſonderbahren Nachtheil, die der von Koſpot geſchehene Verſprechung noch zur Zeit unmöglich vollenzogen werden können; So ſteiget uns unmöglich zu Gemüth, daſs wir dieſer hochwichtigen Sachen Bewandnis nicht beſſer überlegt, ihr der von Ko-

Digitized by Google

Koſpot, ſo groſſen unwiederbringlichen Unfall, wiewohl wider Intention, zugezogen, und dadurch dero Anverwande und gantze Familie zu rechtmäſſigen Eifer bewogen, und achten uns verbunden, ihre hierbey habende Unſchuld hiermit zu conteſtiren, auch uns hiermit kräfftiglich zu verbinden, ihrer nun und nimmermehr zu vergeſſen, ſondern vielmehr ſorgfältig, und als unſers rechtgetrauten Ehe-Gemahls zu pflegen und ſie zu ſchützen, auch von jedermann dafür reſpectiren und halten zu laſſen, ſowohl die nachdrückliche Verfügung zu thun, daſs gedachter Koſpot, nebſt dem Praedicat Dame de Altſtadt, jährlich und erblich 1000. Rthl. ohnfehlbar gereichet werden mögen, welches wir der von Koſpot hiermit bey Fürſtl. Treu und Glauben, und an Eydes ſtatt, verſprechen, worwider uns keine Exception noch Ausreden, wie die in Rechten verordnet, oder Nahmen haben mögen, ſchützen noch aufhalten ſoll, geſtalt wir ſolchem ſamt und ſonders in genere et in ſpecie hiermit renunciret und uns derſelben begeben haben wollen, treulich ſonder Gefährde. Uhrkundl. mit unſerm Fürſtl. Secret und eigenhändiger ſubſcription bekräfftiget und geben Jena, den 20. Octobris 1672.

Bernhard,
Hertzog zu Sachſen.

Zu wiſſen, daſs zwiſchen dem Durchlauchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Bernhardt, Hertzogen zu Sachſen etc. an einem, und der Wohlgebohrnen Frauen, Frauen M. E. gebohrnen von Koſpot, Madame von Altſtädt, folgende Punctation in vim Inſtrumentorum matrimonialium beſtändig und unwiderruflich, wohlbedächtig überlegt vor accordirt und beſchloſſen worden, wie folget:

Erſtlich verſprechen beyde reſpective Fürſtl. und Hochherrliche Perſohnen einander Krafft des zwiſchen Ihnen ohnänderlich ergangenen unauflöslichen ehelichen Bandes, auch darauf erfolgter Prieſterlicher Einſegnung, treulich zu lieben, zu ehren, reſpective zu ſchützen und zu verſorgen; Krafft ſolcher Ehe-Verbindung

dung ſoll auch der verſprochene Ehe-Seegen, und künftig erzeugte Kinder, wie von Rechtswegen, alſo von männiglich, wes Standes, Würden oder Qualitaet der, oder dieſelbe ſeyn mögen, vor rechtmäſſige und aus einem Ehe-Bette erzeugte Adeliche Kinder, bis ſo lange bey Kayſerlicher Majeſtät die erlangte Erhebung in höhern Stand ausgewürcket und zu wege gebracht werde, erkennet, gehalten und reſpectiret werden.

Zum andern verſprechen Herrn Hertzog Bernhards zu Sachſen Fürſtl. Durchl. ſeiner vermählten Hertzlieben zur Morgengabe 20000. Rthl. Haupt-Stamm oder Capital, ſolche Summe jährlich, und zwar jedes auf gewiſſe Termine zahlen und damit itzo inſtehende Michaelis des 1674ſten Jahres den Anfang mit einer anſehnlichen Poſt machen zulaſſen, die übrigen reſtierenden Termine aber allewege Land-übliche mit 5. pro Cento jährlich zu verpenſioniren und zu verzinſen, auch jeden Jahrs-Zins alle Jahr in 4. Terminen quartaliter auf Madame Lebens-Zeit, zu ihrem eigenmächtigen Nutz und Gebrauch, reichen und liefern zu laſſen.

Zum dritten verſichern Hochgedachte Ew. Fürſtl. Durchl. ſolches Capital und Zins-Reichung insgemein auf alle und jegliche Dero Rent- und Cammer-Gefälle, in ſpecie aber ſoll jeziger und künftiger Ambt-Schreiber zu Dornburg, oder wer ſonſten hiernechſt mit Einnahme und Ausgabe des Amts-Gefälle zu thun haben wird, Ihro der Madame von Alſtädt alle Quartale den gefälligen Zins ohne Verzug und der Madame Koſten und Schaden reichen und zahlen und damit nechſtkünftige Michaelis den Anfang machen, darüber auch jedes mahl gehörige Quittung empfahen.

Zum vierdten, zur Reſidenz und Wohnung wird Ihr das Schlos Dornburg und darinnen benöthigte Zimmer ſamt Kirchen, Keller, Stallungen und andern Pertinentien, Krafft dieſes, auf Fürſtl. Durchl. Lebens-Zeit zu nutzen und zu bewohnen, eingeräumet, daraus Sie wider Ihren Willen zu weichen unverbunden

ſeyn, ſondern ſich vielmehr des iuris Retentionis, bis zu Ihrer anderweitiger gäntzlicher Befriedigung, zu gebrauchen haben ſoll.

Zum fünften, zur Küche wird Ihr bewilliget jährlich durch unſer Jäger-Meiſter 2. Hirſche, 4. Thiere, wie auch Wilpret und Rehe, ohne Entrichtung einiges Jäger-Rechts oder Unkoſten, wie auch zu nothwendigen Brand- Back- und Brenn-Holtze, die jährlich benöthigte Quantitaet, jedoch ohne allen Miſsbrauch, zu rechter Zeit anzuführen, und ohne Entgeldt herbey zu ſchaffen.

Vors ſechſte: Im Fall Madame von Altſtädt ohne Leibes-Erben mit Tode abgehen würden, ſoll die Ihro verſprochene Morgengab wieder zurück auf Fürſtl. Durchlauchtigkeit, oder Hochgedachte Deroſelben Fürſtl. Leibes-Erben, fallen; Und ſoll lezlich die Madame die zwiſchen Fürſtl. Durchlauchtigkeit und Ihre vorgegangene eheliche Trauung bey Lebzeiten der Fürſtl. Gemahlin, in Verſchwiegenheit, zu Ihrem ſelbſt beſten, und Verhütung allerhandt Widerwärtigkeiten, behalten, inſonderheit aber davon an Königl. Dennemarckiſchen auch andere Chur-Fürſtl. und Hohe Höffe davon nichts, weder in Schrifften, noch durch mündliche Zuentbiedung gelangen laſſen, widrigenfalls, und da etwas dieſer Punctation zu entgegen geſchehen ſollten, wollen Fürſtl. Durchl. an dieſen Vergleich, Verſprechung und Zuſage, ohnverbunden ſeyn. Alles getreulich und ſonder Gefährde.

Bernhard, H. zu Sachſen.

§. XIII.

De Polygamia comitis Gleichenſis, quem Erneſtum vel Sigismundum vocant, ſic ſcribit IO. WOLFFIVS (p): *Quidam comes de Gleichen, multis Erphurdiae notus, cum vxore ſua honeſte vixit. Is cum in militia aduerſus Turcos praelio captus eſſet a Soldano rege in Turciam tranſuectus eſt. Vbi cum diu in vinculis retentus, faciendis operibus ruſticis defatigaretur,* ac-

(p) *Lect. memor. T. II. p. 236.*

accidit, vt filia regis voluptatis cauſa expaciaretur, et ibi forte videret comitem ſuas operas exercentem, quem ſtatim adit, interrogans, qua ratione eo perueniſſet? Interea dum ſic cum eo colloquitur, hominis forma et induſtria ita delectata eſt, vt ipſum inciperet amare. Proponit ei, ſi vellet ipſam ducere, ſe facile eum ex vinculis liberaturam, ac vna cum eo in patriam profecturam eſſe, cui ille reſpondit, in ſua patria ſibi eſſe coniugem et liberos. At ipſa inquit, nihil obſtare, cum moris ſit apud Turcos, vt vni marito duae vel plures coniungantur vxores. His auditis, acquieſcit facile, pollicetur, ſe fidem praeſtiturum. Tunc regina ſtatim, vt ex vinculis dimitteretur captiuus, effecit, et cum comite abiit. Sic comes liberatus, poſtquam veniſſet Venetias, inuenit ibi ſuum miniſtrum iamdudum ipſum quaerentem et expectantem: ex quo cognoſcit, coniugem cum liberis et reliqua familia ſaluam eſſe. His auditis, comes Romam proficiſcitur, et rem omnem Pontifici exponit, vt facta erat, quod videlicet alteri fidem dediſſet, redimendi ſe cauſa, et non ex petulantia, aut laſciuia, cum tamen prior coniux domi ſit ſalua et incolumis. Quare abſolutus eſt a Papa, et acceptis ab eo literis reuertitur domum.

Redeuntem ſtatim agnoſcit vxor, nihil offenſa propter Turcicam reginam, et amore magno proſecuta eſt pellicem, cuius beneficio chariſſimum maritum receperat Regina etiam facile tulit Comitiſſam, ita, vt familiariſſime ſine vlla diſcordia vitam inter ſe agerent. Deus autem, qui facile tolerauit hoc matrimonium, verum ſeu priorem coniugem multa prole beatam fecit, altera prorſus ſterili manente: quae tanquam famula tractauit et fouit alterius liberos.

Horum monumentum adhuc hodie Erphordiae extat, in quo ex vtroque latere vxores comiti aſtant; altera regina, marmorea corona ornata: Comitiſſa ſculpta eſt nuda, et infantes iuxta pedes eius reptantes.

Digitized by Google

§. XIV.

De Conuenarum comite in Aquitania dicit BERNARDINVS GOMESIVS (q): *Eſſe etiam compertum eundem comitem tempore contractus duas publice ductas vxores, viuas retinuiſſe, alteram Guillermam Baneuſem alteram, comitis Begerontum filiam, ex quibus et filios habuiſſe.*

§. XV.

Celebratiſſimi illius Chriſtophori Columbi nepos Ludouicus Mariam de Crozeo duxit vxorem, eidemque adhuc viuenti Mariam de Mosquera ſuperinduxit. Ambabus adhuc in India ſuperſtitibus, tertiam duxit, Annam de Caſtro Aluari Oſorii, ex Beatrice de Caſtro comitis de Lenox filiam, ex omnibus vero nihil liberorum ſuſtulit (r). Circa ſaeculum XIII. in Hiſpania vſitatum fuit, vt nobiliores ſibi quatuor vel plures vxores, deque Raimundo comite de Tholoſa ſpeciatim proditum, quod quinque vxorum fuerit maritus, et tres vno die ſibi fecerit copulari (s).

CAPVT V.
DE
PARTV SVPPOSITO
ET
CVSTODIA CORPORIS.

SVMMARIA.

§. I.

Puffendorfii ſententia de liberis ſuppoſitis.

§. II.

Triplici ratione partus ſuppoſitus conſideratur.

§. III.

(q) De vita IACOBI *L. I. p. 396.*
(r) IMHOF *Stem. Luſitan. Tab. VI. p. 41.*
(s) ANDR. FAVIN *in Hiſt. Nauarr. l. V, adit. 1234.*

Digitized by Google

§. III.

Partus adulterini exempla.

§. IV.

Alexander M. partus adulterinus.

§. V.

De Philippi Maced. regis filio Perſe.

§. VI.

Exemplum in Ferd. IX. Luſitan. regis vxore Eleonora Meneſia.

§. VII.

Singulare exemplum in regno Caſtellae.

§. VIII.

Tancredus in domo Robanea per ſentent. pro ſuppoſititio et adult. declaratur.

§. IX.

Partum ſupponere olim crimen capitale.

§. X.

Lepida partum ſupponere ſimulauit.

§. XI.

Chlot. Gall. rex fil. ſuum agnoſcere non vult.

§. XII.

Carolus VIII. rex Gall. dicitur fuiſſe partus ſupp.

§. XIII.

Canuti I. reg. Dan. filius Suanus, atque alter Harald. dicuntur eſſe ſupp.

§. XIV.

Guidoni duci Vrbinati partus fuit ſuppoſitus.

§. XV.

Actii vice-comitis Mediol. coniux partum ſuppoſuit.

§. XVI.

Bertha Adalb. It. march. vxor liberos ſuppoſuiſſe fertur.

§. XVII.

Apud Rom. vſitatum, liberos tollere, quo ipſo partus agnoſcebatur legitimus.

§. XVIII.

Ad amouendam ſuppoſitionis fraudem ventris inſpectio locum habuit.

§. XIX.

Examinata Eliſabethae Bohemiae per ventris inſpectionem pudicitia.

§. XX.

Fr. Sfortias dux Mediolan. ſponſam ſuam per medicos vult inſpici.

§. XXI.

Corporis cuſtodes quandoque adhibiti.

§. XXII.

De Alex. Spart. rege.

§. XXIII.

Lud. Hutini regis Francor. frater Longus ventris curator factus.

§. XXIV.

Parturienti feminae illuſtres proceres ſunt praeſentes.

§. XXV.

Conſtantiae Fridr. II. matri parturienti proceres adfuerunt.

§. XXVI.

Idem factum in partu Ladislai poſthumi.

§. XXVII.

Digitized by Google

§. XXVII.

Maria Io. Arrag. regis vidua petit cuſtodes.

§. XXVIII.

Puerperio Mariae Petri II. Arrag. R. coniug. adfuerunt proceres.

§. XXIX.

Idem apud Gallos obtinet.

§. XXX.

Idem obſeruatur apud Anglos et Vngaros.

§. XXXI.

Exemplum Praetendentis apud Anglos.

§. XXXII.

De Parmenſis ducis vidua ſe grauidam ſimulante.

§. XXXIII.

Iuſta natiuitas per iuramentum fuit declarata.

§. XXXIV.

Childeberti II. filius per arma legitimus fuit declaratus.

§. I.

Ingens in regnis ſucceſſiuis eſt malum, ſi liberi ſupponantur. De quo ita PVFFENDORFIVS (t): *Illud praeterea monet* GROTIVS (u): *Tunc demum filios ab inteſtato ſuccedere, ſi modo conſtet, eos ab iſto eſſe genitos, aut ni contrariae voluntatis indicia exſtiterint. Nam neque paterno affectu quis ſobolem ab alio procreatam proſequitur; et praeſumta voluntas ceſſat, vbi diuerſum expreſſa oſtenderit. Caeterum eſſe aliquem alterius patrem, neque ſemper rationibus indubiis demonſtrari, neque teſtimoniis aliorum ita liquido oſtendi poteſt, ſicut de matre conſtat; praeſertim vbi foeminae degunt abs ſuo fere pudore atque conſcientia cuſtoditae. Igitur praecipuum heic argumentum habentur ipſae nuptiae, quibus et fidem mulier viro dat, quod corpus ſuum nemini, praeterquam marito ſit praebitura, et vxor quaſi ſub oculis mariti conſtituitur, ſimulque huic poteſtas conceditur eius corpus cuſtodiendi* l. 5. D. de in Ius vocando. *Semper autem praeſumitur quemque et fidem datam obſeruare, et poteſtate ſua vti, niſi manifeſte contrarium probetur. Igitur quilibet quidem eſt in hac velut poſſeſſione, vt ſit filius eius, quem nuptiae ſuae matris demon-*

(t) *De I. N. et G. l. IV. c. IX. §. X. Add.* BARBEYRAC.
(u) *Lib. II. c. VII. §. VIII.*

monſtrant. Tacitus H. IV. Iulius Sabinus, ſemper ob inſitam vanitatem falſae ſtirpis gloria incendebatur, proauiam ſuam diuo Iulio per Gallias bellanti corpore atque adulterio placuiſſe. *Sed alii ſi litem heic mouerint, onus probandi ipſis incumbet; puta, eum qui pater fertur, tempore conceptionis ſontico morbo decubuiſſe, aut peregre abſuiſſe. Apud Xenophontem rer. Graec. l. 3. Ageſilaus Leotychidae ex hiſce rationibus controuerſiam mouet, quod aliquando pater eum eſſe ſuum negaſſet, quod patre eſſet formoſior, quod decimo menſe poſt vltimum congreſſum Agidis cum matre foret natus, quod Agis matrem ipſius thalamo expuliſſet.*

§. II.

Triplici tamen ratione partus ſuppoſitus venit conſiderandus, *vel pro partu adulterino,* qui ex adulterio conceptus obtruditur familiae alienae, *vel pro infante,* qui a matre partum ſimulante, tanquam verus eſſet partus, ſupponitur, *vel etiam pro infante in veri et legitimi infantis amiſſi, aut fato ablati, aut praepopere defuncti locum vel a matre vel hac inſcia ab aliis, quorum intereſt, ſuppoſiti.*

§. III.

Prioris, partus nempe adulterini ſuppoſiti exemplum ſiſtit mater, quae vel ſola, inſcio marito, adulterio ſe polluens, partum concipit, vel conſcio marito ad firmandam regni ſucceſſionem alium admittit. Peſſimum huius rei exemplum eſt Henricus IV. rex Caſtellae, qui, dum matrimonio parum eſſet aptus, conceſſit, vt Bertrandus ad procreandam ipſi ſucceſſuram prolem cum Iohanna Luſitanica concumberet, de quo IO. MARIANA: (y) *Ille* (Henricus IV.) *dimiſſis copiis ſe Madriti tenebat, vxoris partu laetus, quam lecticariorum humeris eo deferendam curarat,* in-

(x) L. B. de LYNCKER. *de partu ſuppoſito* §. 1.

(y) *Lib. XXIII. c. IV.*

ineunte anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo. proli Iohannae nomen inditum: atque in eius verba a cunctis regni ordinibus iuratum, ſi vita ſuppeditaret, haeredem regni futuram. Vidit Caſtella, quod vltimum in ignominia erat, regiae ſtirpi inſertam, quam furto genitam fuiſſe vulgo fuerat perſuaſum habitus praeterea honos patri, mercesque ſtupri data. Bertrandus Ledesmiae comes renuntiatus eſt. Regiae procuratore in eius locum Andrea Cabrera amico eius et familiari: qui gradus illi ad amplas opes fuit, non absque multorum obtrectatione, priuati paulo ante hominis creſcentem felicitatem malignis oculis intuentium. Totum negotium prolixius adhuc deſcribit AELIVS NEBRISSENSIS (z) de Henrico ſic ſcribens: *Hinc cum adhuc princeps eſſet (ſic enim vocant Hiſpani filium regis primogenitum, qui omnium procerum et ciuitatum populorumque iure iurando futurus rex deſignatur) Blancham Ioannis Nauarrae atque deinceps Tarraconenſium regis filiam duxit vxorem, ſed ab illius nuptiis ſe continuit, ſiue impotentiae ſuae conſcius, ſiue ex alia quadam ratione incognita, vnde ingentes ſequutae ſunt querelae atque diſſenſiones, altero in alterum ſterilitatis cauſam reiiciente: donec controuerſia ad ſummum Pontificem deuoluta eſt, qui facta partium diſquiſitione, illos ad certum tempus lege coniugali ſoluit. Facto itaque diuortio Enriquus alteram ſuperinduxit Ioannam Eduardi regis Luſitanorum filiam, ex qua nihilo magis quam ex priore liberos genuit. Cumque apud omnes Hiſpanos atque exteras quoque nationes conſtaret regis infoecunditas, idque multis experimentis virginum corruptarum, natu grandiorum, atque mulierum etiam vulgo proſtitutarum omnibus teſtatum eſſet, quinto anno poſteaquam conuenerant, regina praeter omnium ſpem deprehenſa eſt concepiſſe: neque fuit qui dubitaret illam a quodam ex regis amicis adulteratam, cuius nomen honoris cauſa etiam nunc tacendum eſſe decreui. Sunt qui opinentur regem ipſum ex cacozelia per manus, vti aiunt,*

(z) *Dec. I. l. I. c. I. et II.*

aiunt, in manus amico potiundam tradidiſſe. Quae res cum non ſolum apud regni primores ſed etiam apud infimae conditionis homines certo certior eſſet, indignitate rei omnes permoti regem aduerſari deteſtarique: reginam vero non diſſimulanter odiſſe, quod virum tam inſigni macula dedecorauerit: ipſum vero tanti ſceleris autorem violatae fidei publicae atque proditionis inſimulare. Non defuerunt interea praeſules et religioſi atque ordinis equeſtris boni viri, qui tum ſermone praeſentes tum per literas abſentes regem hortarentur, ſuaderentque foetum illum male ominatum turpique ex adulterio conceptum ablegaret aliquo, vbi lateret aeternum atque eadem via et regis ipſius ignominia dilueretur, et regni pernicioſa illa fax intercideret. At rex ſecum reputans reginae conceptum non poſſe celari, atque proinde ſi partus cuiuscumque alterius nomine exponeretur, magnum dedecus inde ſubeundum, nullum exhortationibus monitisque amicorum reliquit locum, quin potius, quicquid regina peperiſſet, decreuit tollere atque pro ſuo educare. Peperit itaque filiam, cui inditum eſt nomen Ioannae, quae multorum poſtea malorum cauſa fuit. Rex cum putaret ſe turpitudini ſuae quaſi velum quoddam poſſe praetendere, ſi puellam profiteretur ex ſe genitam, ſimul etiam vt ſuae virilitatis argumentum aliquod relinqueret: ex primoribus regni alios pollicitationibus, quosdam etiam praemiis nonnullos quoque precibus, complures et minis, cum quibus etiam et ciuitatum municipiorumque procuratores inducens eo rem deduxit, vt ſuppoſititiam illam recens natam pro vera filia iureiurando principem regnique haeredem ex Hiſpanorum conſuetudine deſignarent: id quod eſt Madriti geſtum. Quae res cum publice tranſigeretur, a plerisque tamen ſecreto reclamatum eſt, dicentibus ſe iuſto terrore compulſos peieraſſe, propterea quod regis potentia eſſet illis tunc formidoloſa. Qui non multum poſt tempus conſcientia tanti facinoris adacti, remque ipſam profeſſi palam a rege deſciuerunt, miſſis oratoribus qui dicerent illi, ſe nolle ſtare iuriiurando, quod eſſet ab illis extor-

Digitized by Google

tortum, aut minis, aut illicitis pactionibus: quin potius illum per ſuperos, perque maiorum ſuorum manes, et per ipſius regni maieſtatem obteſtabantur puellam vel ipſo teſte atque, iudice ex foedo concubitu genitam abdicaret, ablegaretque aliquo, vnde nec nomen ad Hiſpanos vnquam redire poſſet. Petiere inſuper, vt Hiſpanae reip. proſpiceret, ne quid detrimenti pateretur, quod fieri non poſſet facile, niſi Alphonſum fratrem natu minorem declararet principem haeredem regniquie ſucceſſorem. At rex permotus ſiue conſcientia, quae valet pro mille teſtibus: ſiue quod verebatur, ne proceres atque populi, niſi id faceret, ſe ab imperio ſubducerent: ſiue quod intelligebat, vno omnium conſenſu fratrem expeti, qui ſibi ſuccederet: oratoribus reſpondet, quando quidem iuſta et honeſta petebant ſe illorum precibus velle acquieſcere: id quod eſt ab eo factum e veſtigio. Nam et Alphonſum fratrem principem ſibi ſucceſſorem regnique haeredem declarauit. Quae res omnibus omnium ordinum viris qui modo erant pacis et quietis amatores iucundiſſima fuit. Nam ex ea principis haeredisque nuncupatione pax Hiſpanae reip. haud dubie promittebatur. Exinde hac reiecta Henrici ſoror Iſabellae, Ioanni Arragoniae regi nupta regni haeres fuit declarata, de quo LVCIVS MARINEVS (a): *Caſtellae regni proceres fere omnes multique pontifices, qui vxoris faecundae regis Henrici partum non legitimum fuiſſe opinabantur. Henrici fratris haeredem futuram legitimeque ſucceſſuram iureiurando conſtituerunt* (b).

§. IV.

(a) *Lib. XIX. p. 470.*

(b) De eadem re Franciſcus TARAPHA *in Schotti Hiſp. illuſtr. T. I. p. 566.* HEINRICVS *eo nomine quartus, Ioannis principatu finito, in regno Caſtellae patri ſucceſſit anno ſalutis humanae 1454. aetatis ſuae 31. Blancam Ioannis Aragonum regis filiam matrimonio ſibi iunxit, eaque dimiſſa Ioannam Eduardi Portugalliae regis filiam ſuperduxit: quae dubium pepereritne an ſibi puellam Iſabellam ſuppoſuerit, quae vulgo pro regis filia*

Digitized by Google

§. IV.

Alexandrum M. equidem matre Olympiade in lucem fuiſſe progenitum, ſatis conſtat, de patre vero admodum dubitatur, potius partus adulterinus eſſe creditur, de quo PLVTARCHVS (c): *Viſus eſt draco etiam ad dormientis Olympiadis corpus exporrectus: idque praecipue Philippi erga eam amorem et familiarem conſuetudinem aiunt extenuaſſe, vt raro cubitum ad illam commearet, quod vel timeret faſcinationes eius et veneficia, vel conſuetudinem eius, vt quae conſueſceret cum maiore, deuitaret.* De eodem IVSTINVS (d): *Namque mater eius Olympias confeſſa viro Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo ſe, ſed ex ſerpente ingentis magnitudinis concepiſſe. Denique Philippus vltimo prope vitae ſuae tempore, filium ſuum non eſſe palam praedicauerat. Qua ex cauſa Olympiadem, veluti ſtupri compertam, repudio dimiſerat.* Verum, non infrequens erat, adulterii ignominiam ſub diuinitatis ſpecie celare. Dubium tamen erat, an Iouis eſſet filius, an Nectanebi, Regis Aegypti. De quo in Supplementis CVRTIANIS: (e) *Caeterum draconem in cubili matris eius viſum quem Iupiter induerit, eoque genitum fuiſſe Alexandrum, multi crediderunt: in ſomniis etiam, vatumque reſponſis fidem generis factam: et quum Philippus Delphos ſciſcitatum miſiſſet oraculo monitum, vt Hammonem inprimis reuereretur. Nec deſunt, qui fabuloſum id quidem; non tamen adulterium matris falſo iacta-*

 tum

lia colebatur. Hic ſobrino ſuo regis Portugalliae filio qui patri ſucceſſurus erat Iſabellam eius filiam collocauit. Sed ſoror Henrici Iſabella ſuaſu quorundam principum, clam fratre a Ferdinando Ioannis Aragonum regis filio in vxorem duci curabat. nam rumor erat, Iſabellam quae filia Henrici putabatur, a matre fuiſſe ſuppoſitam, quum ſatis conſtaret, Henricum genitalibus eſſe debilem, neque per naturam patrem fieri poſſe.

(c) ALEXANDER *p. 660.*

(d) IVSTINVS *lib. XI. c. XI.*

(e) *Lib. I. c. I.*

tum adſerant. Quippe pulſum Aegypti regno Nectanebum, non, vt vulgo arbitrantur, in Aethiopas conceſſiſſe; ſed quum aduerſus vim Perſicam in Philippo maxime praeſidium ſperaret, in Macedoniam vectum, magicis praeſtigiis inluiſſe Olympiadi, thorumque hoſpitis temerauiſſe. Suſpectam quidem exinde Philippo, neque aliam tam intimam diuortii quod inter eos ſequutum eſt, cauſſam, pro comperto poſtea fuiſſe. Etiam quo die Philippus Cleopatram domum deduxerat, Attalum ſponſae auunculum, Alexandro natalium dedecus exprobrare auſum, ipſo quoque rege ex ſeſe genitum negantes: denique de Olympiadis adulterio non in noſtro ſolum orbe, ſed apud deuictas quoque nationes pertinacem rumorem obtinuiſſe. Verum velandae ignominiae repetitum ex antiquis fabulis de dracone commentum: idem enim olim de Ariſtomene, Meſſenios, de Ariſtodama Sycionios iactauiſſe.

§. V.

De Philippi Macedoniae regis filio Perſe ſic ſcribit PLVTARCHVS (f): *Fama eſt eum nec legitime fuiſſe natum, vxorem autem Philippi eum poſt partum ſuſtuliſſe a matre ſartrice quadam Argolica, Gnathaenia nomine et clam ſibi ſuſtuliſſe. Hinc potiſſimum videtur metu Demetrium peremiſſe, ne legitimus habens filium ſuam domus aperiret ignobilitatem.*

§. VI.

Ferdinando IX. Luſitaniae regi liberos ab vxore Eleonora Meneſia fuiſſe ſuppoſitos tradit MARIANA (g), ſcribens de eadem: *Plurima gratia, potentiaque Ioanni Andeyro. Natione is Caleucus erat, atque Oremii comes creatus, eo regina multum et familiariter vſa, remotis ſaepe arbitris mutui ſtupri ſuſpicionem praebuit. vulgoque iactatum, filios ex ea conſuetudine regi ſuppoſitos mendacio an ex fide non ſatis compertum erat, et ſaepe veritas vulgi rumoribus prona in deterius perſuaſione publicaque inuidia corrumpi conſueuit.*

§. VII.

(f) PAVLO AEMILIO *p. 259.*
(g) *Lib. XVI. c. XVI.*

Digitized by Google

§. VII.

In Caſtellae regno, moriente (g) Iohanne Caſtellae rege, ſuperſtites fuere Henricus atque Eliſabetha, quae poſtea Ferdinando, Iohannis Aragonii Siciliae regis filio nupſit. Cum autem Henricus Eliſabethae frater procreationi impotens haberetur, atque vt interdum contingit, verbis cum eo ſoror contendens, dixiſſet, etiam inuito ſe poſt eum regnaturam: tantum ex eo indignationis Henricus concepit, vt ſtatueret, omnino operam dare, ne ſoror prout optabat, ſuccederet. Itaque cum Hiſpanum iuuenem conſpexiſſet, decora quidem facie, ſed humili fortuna natum, nomine Beltramum Cueuam, in regiam eum acceptum, ducem Albucherchenſem creauit, egitque, vt cum regina concumberet, itaque a. 1461. filiam edidit, cui Ioannae nomen inditum eſt, quae magnorum in Caſtiliae regno motuum cauſſa extitit. (h) Proceres enim nullo Principis metu inter ſe coniurare priuati compendii ſpe inducti, vt tantum dedecus depellerent, inde tumultus, turbaeque: Regina igitur ſe ex vrbe ſubduxit, quaſi Emporitanorum tumultus pacatura, re, quoniam maieſtatem publico offerre metuebat in tanto animorum motu. Gerundae, quorſum res euaderent, in Auſetanis expectare conſtituit. Rex vero ſe Madriti dimiſſis copiis tenebat, vxoris partu laetus, quam lecticariorum humeris eo deferendam curarat, ineunte anno Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo, proli Ioannae nomen inditum; atque in eius verba a cunctis regni ordinibus iuratum,

(g) Hic §. cum §. III. eſt coniungendus errorus antecedenti folio priori typis ex ſcripto demum eſt obſeruatus.

(h) IO. MARIANA *l. XXII. c. XX. Bertrandus Cueua regiae Magiſter, Principis gratia potens, magnisque ab eo opibus auctus ad Reginae familiaritatem eſt admiſſus, nulla maieſtatis cura vulgus in deterius pronum perſuaſione, turpem conſuetudinem interpretabatur? nonnullis etiam perſuaſum Rege conſcio, et hortante: quo impotentiae maculam elueret; Incredibilis turpitudo dedecusque.*

Digitized by Google

tum, ſi vita ſuppeditaret, haeredem regni futurum, vidit Caſtella quod vltimum in ignominia erat: regiae ſtirpi inſertum, quam furto genitam fuiſſe, vulgo fuerat perſuaſum, habitus praeterea honos patri, mercesque ſtupri data. Bertrandus, Ledesmiae comes renunciatus eſt. (i) Verum, licet non deeſſent, qui filiam Ioannam Henrico eſſe ſucceſſuram venditarent, plerique tamen Proceres ignominiam partus adulterini ferre nolentes, facta coniuratione, vel Alphonſum Henrici fratrem, vel Iſabellam, eius ſororem Henrico ſucceſſores, dabant. (k) Vicit tandem eorum ſententia, qui Alphonſum ipſi darent ſucceſſorem. (l) Hoc vero a. 1468. veneno vel peſte defuncto, (m) vni-

(i) IO. MARIANA *l. XXIII. c. IV.*

(k) MARIANA *l. XXIII. c. VII. Honeſta aliqua coniurandi cauſa quaerenda erat: optima viſa eſt, Ioannae Principis abdicatio quaſi ex adulterio natae, Alfonſum et Iſabellam regios fratres, qui Maquedae cum matre erant, in poteſtatem vindicandi, idoneos arbitrati, per quos ima ſummis confunderent, turbarent omnia.* Et paullo poſt: *Ioannam adulterio natam, regni haeredem contra fas et auſpicia eſſe renunciatam.*

(l) MARIANA *l. XXIII. c. IX. Alfonſus, qui toti actioni aderat, ſuggeſto impoſitus atque humeris procerum elatus, rex proclamatur Caſtellae, regis vexillis pro more explicatis, atque Alphonſi et Caſtellae nominibus promiſcue multitudinis clamore euulgatus.*

(m) MARIANA *lib. XXIII. c. XI. In eo pago* (Cardegniſa) *Alfonſus Princeps repentina vi morbi oppreſſus, atque extinctus eſt ad tertium Nonas Iulii. Corpus Arevalum relatum, et in D. Franciſci ſepultum, conſequentibus annis in Burgenſe Carthuſianorum monaſterium translatum eſt, de obitu non vna opinio fuit, aliis peſte deceſſiſſe, quae lues iis locis vehementer graſſata eſt, plerique veneno affirmarunt, trocta medicata: idque certis indiciis in corpore extincto a medicis deprehenſum. Alfonſus Palentinus in Henrici regis hiſtoria, qua in caeteris libertate, id pro certo ponere non dubitauit, tetri parricidii au-*

Digitized by Google

vnicam regis ſororem Iſabellam, a. 1469. Ferdinando, Arragoniae Principi, in matrimonium collocabant, ea tamen conditione, vt Henricus ad vitae dies regionem teneret; Caſtellae regnum vero poſt ipſius mortem cederet Iſabellae. (n) Licet autem Henricum hoc male haberet, ideoque dictam Ioannam Carolo Bituricenſi Duci, Ludouici XI. Gallorum regis fratri in matrimonium promitteret, (o) qui tamen poſtea has nuptias, vt ob incertos natales atque dotem ambiguam adſpernabatur. (p) Inter haec

auctore etiam deſignato Villenae Marchione, quod non puto. qui enim vir eximius tanto dedecore familiam foedaſſet? aut quae culpa in puero eſſe poteſt vix ſedecim annos nato?

(n) MARIANA *l. XXIII. c. XII.* dicit: qua ratione Archiepiſcopus Toletanus Iſabellae regnum detulerit, his etiam vſus verbis: *Toletanus puellae animum longa oratione ad capeſſendum imperium incitare conatur, iure ſuum regiae dedecus, ignauiam, ſocordiam, impudicitiam, ſuppoſitos partus in ſpem alieni regni, aeternas gentis maculas commemorat, eius auctoritate et praeſidio vindicanda.*

(o) MARIANA *l. XXIII. c. XV. Ad Leſiae vallem, Segobiam inter et Butracum, vbi Carthuſianorum monaſterium nobiliſſimum eſt Paularis nomine, rex, regina, filiaque conuenere: praeterea D. Iacobi Magiſter, Hiſpalenſis, Areuali Dux, Seguntinus et fratres inſigni apparatu. Eo loco Iſabella publicis tabulis abdicata, Ioannae Principis ſponſalia celebrata ſunt ſeptimo Kal. Nouembris, rege et regina iuratis, iuſtam prolem eſſe, proceribus nouo Sacramento adactis non aliam regni haeredem fore. Bononienſis comes pro Carolo vicarius in manum traditam accepit. caeremoniae antiſtes Albigenſis Cardinalis.*

(p) MARIANA *l. XXIII. c. XVII. Carolus Aquitanus Ioannae nuptiis contemptis, incertis natalibus, ambigua dote ad Burgundi filiam, patris incitatu, ſuaque ſponte animum retulerat.*

Digitized by Google

haec conſilia, iſte a. 1472. moriebatur, quod ipſum Henricum Caſtellae regem permouebat, vt cum Ferdinando et Iſabella tranſigeret, (q) eidemque moriens Caſtellae regnum relinqueret. Alphonſus V. equidem Luſitaniae rex, poſtquam ſe cum dicta Ioanna deſponſaſſet, (r) in Caſtellae atque Legionis regnum praetendebat, idemque armata manu perſequi tentabat; (s) ſed victus a Ferdinando a. 1476. ad Taurum (t) atque a. 1479. ad Albuquerckam pacem cum Ferdinando ad centum annos et vnum fecit, his conditionibus: vt Luſitanus Caſtellae regis appellatione et inſignibus abſtineret; idem de Luſitania faceret Ferdinandus. Ioanna Princeps nuberet Ioanni, Ferdinandi filio, cum primum ad iuſtam aetatem perueniret. Si is ſui arbitrii factus recuſaret, centum aureorum millia mulctae nomine penderentur. Ioannae liberum eſſet, virginiem ſacram induere, ſi mora coniugii longa videretur. Alfonſo nepoti Iſabella Ferdinandi filia imperatur. (u) Ioanna vero hiſce ſponſalibus ludificata, denique a. 1480. Conimbricae in S. Clarae coenobio velum induxit, ibidemque aetate confecta deceſſit. (x)

§. VIII.

Aliud apud Gallos in domo Rohanea vidimus exemplum. Henricus de Rohan, dux et Par Franciae ex Margaretha de Bethune, Maximiliani ducis de Sully filia reliquit Margaretham, Ducem de Rohan, quae, poſtquam ſua voluntate et propenſione fuiſſet vſa, inconſulta et in-

uita

(q) MARIANA l. *Carolus Aquitaniae Dux Burdigalae diem obiit, in medio apparatu noui belli.*

(r) MARIANA *l. XXIV. c. I.*

(s) MARIANA *l. XXIV. c. VI.*

(t) MARIANA *l. XXIV. c. VII.*

(u) MARIANA *l. XXIV. c. X.*

(x) Extant hae conditiones apud MARIANAM *l. XXIV. c. XX.*

Digitized by Google

uita matre, Henrico Carolo, equidem nullius proſapiae viro, ſed ſuorum natu minimo et facultatibus deſtituto nupſiſſet, cum eodem Rohaneae domus praerogatiuam et opes communicatura, oſtentari coepit iuuenis Batauus arceſſitus, et Tancredus, idemque filius ducis Rohani dictus, is a multis ac ipſa vidua Rohana creditus et promulgatus, a Margaretha vero protinus repudiatus et pro ſuppoſititio diuulgatus. Certe hinc eſt controuerſia, qua nobiliorem Parlamentum vix habuit ſaeculo praeterito. De hac controuerſia ad Salmaſium ſic ſcribit CLAVDIVS SARRAVIVS (y): *Interea hic laborat ampliſſimus ordo in Tancredi filii cauſa cognoſcenda, quae ſane caret difficultatibus: et adſunt vtrinque ſtrenui vindices, qui ſumma contentione negotium vrgent. Adoleſcentis liberalis indoles ſuauiter ad ſe allicit plurimos, quos ſororis ferocior animus parum ſibi conciliat. Si diutius in Edictali auditorio iudicis officio functus fuiſſem, ſatis notabiles fuiſſent partes meae in hac cauſa. Me enim mater delegerat, qui de rebus ſuis ad ſenatum referrem; nec infeliciter hactenus in iis verſatus ſum. Sed poſt exactum biennium, ex ordine inter nos conſtanter ſeruato, oportet me loco cedere et lampadem tradere ſequuturo. Caeterum ſatis leue fuiſſe videtur argumentum, quo eius filius* νοθείας *tibi ſuſpectus fuit. Quid enim, an adultera vxor non poteſt ex marito ſuſcipere prolem legitimam? Pater eſt quem nuptiae demonſtrant, inquiunt leges noſtrae. Vbi libellus ſupplex curiae oblatus fuerit, rem omnem tecum communicabo, et vt video tibi inaudita audies.* Pergit iſte in alia epiſtola (z). *Contendit mater et turba teſtium vult probare, Rohanium patrem ſciuiſſe Venetiis ſe grauidam eſſe: quia autem nunquam niſi cum ſummo vitae diſcrimine parere ſoleret, conſenſiſſe, vt in Galliam paritura veniret: praebuiſſe ad iter pecuniam et familiam: ſciuiſſe ex hoc partu filium*

 na-

(y) *ep. CXXXIV.*
(z) *ep. CXXXVI.*

Digitized by Google

natum; celare voluiſſe, quia verebatur ne eminentiſſimus mortalium, qui odio in parentem, Olympiae filiolae, quae Luteriae apud nutricem relicta fuerat, cuſtodes olim adhibuerat, filium itidem prebenderet, et in eum crudele aliquod facinus ſtatueret. Patrem poſtea Pariſiis moratum non diu, filium ſaepiuſcule clanculum inuiſiſſe: In Neuſtriam educatum eo volente miſſum eſſe. Filiam vero per militum manum curaſſe, parentibus inſciis, eum in Bataviam aſportari, tum mortuum publicari penſionem ſoluiſſe quamdiu iſtic ignotus vixit. Ex quo autem ſocialia ſubiit vincula omnem lapidem mouiſſe, vt per interpoſitas perſonas iſtinc alio educeretur, quia illis, quorum opera ſua facinora patrauerat, infenſis vtebatur. Capilli, oculi patrem et matrem referunt. Alia minutula numero infinita omitto. Coniecturalis eſt hic cauſae ſtatus, et negat filia teſtibus, ſed teſtimoniis negotium decidi oportere: et habet forſan mater non nulla non inualida ſuo tempore publicanda. Certe ſi haec omnia veritate nitantur, fatearis neceſſe eſt, non iniuria diuidi aulae et fori animos et iudicia. Idem in alia epiſtola (a) ſcribit: *Vidi quae περὶ* [illegible] *τῦ Ῥοανὶς ad amicum ſcripſiſti, nec iudicii libertatem improbo. Monere tamen debeo, vt in hac re cautius procedas. Omnis aula propter hunc puerum in factiones diuiſa eſt. Nec deeſt dubitandi ratio vtrinque intricatiſſima. Margaretha vero haec riſu et cauillationibus excipiebat, ſomnia, fabulas appellabat, nonnulla in contumeliam trahebat, cauſſas claudeſtinae educationis eleuabat, eis vota patris ac deſideria pro maſcula prole opponebat, tandemque ſententiam a ſuprema curia exſculpebat, qua ipſa ſola pro haerede Ducis Robanei declarata. Tancredus vero ſuppoſititius pronunciatus, ſubque poena capitis prohibitus fuit, nomine aut inſignibus Robaneis vti. Dedit exinde Tancredus nomen militiae, ortoque Regem inter et Parlamentum ciuili bello, poſteriori meruit, cumque ad Vincennas forti-*

(a) SARRAVIVS *ep. CXXXI.*

titer pugnando vitam profundiſſet, enatum eſt dicterium: il a tout fait pour la juſtice, mais la juſtice rien pour luy. (b)

§. IX.

Praeter adulterium partus patri ſubſtituitur duabus potiſſimum ex cauſis. Vel enim fit haec ſuppoſitio propter deſiderium haereditatis conſequendae; quod apud Romanos non infrequens erat, vel etiam euitandi mali cauſa, ſi maritus ab vxore fiat alienus, eo quod liberos non gigneret, vel mortem minetur, ſi filiam non edat. Hanc enim ſupponendi prauitatem iam antiquiſſimis temporibus inualuiſſe, docent nos antiqui ſcriptores. Sic DIO CHRYSOSTOMVS (c) auctor eſt, ſaepius hoc fuiſſe factum á liberis mulieribus ſterilibus, vt partu tali maritos retinerent. Nec infrequens fuiſſe hoc crimen, ex eo patet, quod morte illud plecti, leges voluerint. (d) Carbonianum equidem edictum, nullam poenam definit. (e) Aſt lex Cornelia de falſis pro capitali habet, (f) ita tamen, vt de partu ſuppoſito ſoli accuſent parentes, aut hi, ad quos ea res pertineat: non quilibet ex populo, publicam actionem intendat. (g) Nec tamen ſolum matrem, ſed etiam obſtetricem, quae partum alienum attulit, vt ſupponi poſſet, ſummo ſupplicio adfici placuit. (h)

§. X.

Propter deſiderium capiendae hereditatis Romae,

 Le-

(b) IMHOF *Gen. Gall. p. 107.*

(c) *Orat. XV. p. 237.*

(d) APOLLONIVS TYANENSIS *lib. II. c. XXIX.*

(e) *l. I. §. vlt. D. l. IX. de Carboniano Edicto.*

(f) *l. 1. L. 10. C. ad L. Corneliam de falſis.*

(g) *l. 30. §. 1. D. ad L. Corneliam de falſis.*

(h) IVLIVS PAVLVS *l. II. Sent. Tit. XXIV. §. IX.* Vid. vberius LYNCKERVS *de partu ſuppoſito.*

Digitized by Google

Lepida (i), cui ſuper Aemiliorum decus L. Sulla ac Cn. Pompeius proaui erant, defertur, ſimulauiſſe partum ex P. Quirinio diuite atque orbo, adiiciebantur adulteria, venena, quaeſitumque per Chaldaeos in domum Caeſaris, defendente ream Manio Lepido fratre Quirinius poſt dictum repudium adhuc infenſus, quamuis infami ac nocenti miſerationem addiderat. Haud facile quis diſpexerit illam cognitione mentem Principis adeo vertit ac miſcuit irae et clementiae ſigna, deprecatus primo ſenatum, ne maieſtatis crimina tractarentur. Mox Marcum Seruilium e conſularibus aliosque teſtes inlexit ad proferenda, quae velut reticere voluerat idemque ſeruos Lepidae cum militari cuſtodia haberentur, tranſtulit ad conſules; neque per tormenta interrogari paſſus eſt, de his quae ad domum ſuam pertinerent. Exemit etiam Druſum conſulem deſignatum dicendae primo loco ſententiae quod alii ciuile rebantur, ne ceteris adſentiendi neceſſitas fieret quidam ad ſaeuitiam trahebat neque enim ceſſurum, niſi damnandi officio Lepida ludorum diebus, qui cognitionem interuenerant, theatrum cum claris feminis ingreſſa, lamentatione flebili maiores ſuos ciens, ipſumque Pompeium, cuius ea monimenta et adſtantes imagines viſebantur, tantum miſericordiae permouit, vt effuſi in lacrymas ſaeua et deteſtanda Quirinio clamitarent, cuius ſenectae atque orbitati et obſcuriſſimae domui, deſtinata quondam vxor L. Caeſari, ac diuo Auguſto nurus dederetur, dein tormentis ſeruorum patefacta ſunt flagitia itumque in ſententiam Rubellii Blandi, a quo aqua atque igni arcebatur. Huic Druſus adſenſit, quanquam alii mitius cenſuiſſent, mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum ne bona publicarentur. Tum demum aperuit Tiberius

(i) Sunt verba TACITI *Annal. l. III. c. XXII.* Adde SVETONIVM *Tiberio c. XLIX.* PETRVM AERODIVM *Rer. iudic. l. IX. c. VIII.*

Digitized by Google

rius compertum ſibi etiam ex P. Quirinii ſeruis, veneno eum a Lepida petitum.

§. XI.

Chlotharii Gallorum R. filius haberi volebat, quem tamen ipſe pater non agnoſcebat, de quo GREGORIVS THVRONENSIS (k): *Quo viſo Chlotharius iuſſit tonderi comam capitis eius dicens: Hunc ego non generaui.* Suppoſitus potius partus habebatur, vel molendinarii vel lanarii filius, prout Guntramnus rex declarabat (l): *Omnibus autem haec cauſa animos accendere debet, vt repellatur a finibus noſtris aduena, cuius pater molendina gubernauit, et (vt vere dicam) pater eius pectinibus inſedit, lanasque compoſuit. Et quamquam poſſit fieri, vt vnus homo vtriusque artificii magiſterio ſubderetur, ad increpationem tamen regis quidam ex ipſo reſpondit: Ergo duos, vt adſeris, patres hic homo habuit, lanarium molendinariumque. Abſit a te, o Rex, vt tam inculte loquaris. Non enim auditum eſt, vnum hominem praeter ſpiritualem cauſam, duos habere poſſe pariter genitores.*

§. XII.

De Carolo VIII. Gallorum rege, filio Ludouici XI. credebatur a quibusdam, quod fuerit ſuppoſitus. (m).

§. XIII.

Canutus I. qui ex Danis apud Anglos imperabat, ex Albina Concubina, quam Olao Norwegiae regi praeripuerat, filium naturalem habebat Suanum, quem Norwegis regem praefecit, quem tamen de quadam presbyteriſſa recens natum ſibi decubanti ſuppoſuiſſe, et Canutum regem ad id credendum ſub dolo induxiſſe dicunt: (n) Al-

(k) *Lib. VI. c. XXVII.*

(l) GREGORIVS TVRONENSIS *l. VII. c. XIV.*

(m) METZERAI Tom. III. exeunte ſic de eo: *pluſieurs meſme ſoupçonnerent qu'il avoit eſté ſuppoſé.* Du HAILLAN. *l. II. p. 176.*

(n) HENR. KNYGHTONVS de Euent. Angl. l. I. p. 2325. *Rex canu-*

Digitized by Google

Alter Albinae filius dicebatur Haraldus, quem tamen filium cuiusdam ſutoris fuiſſe dicunt, et Albinam illam, rege neſciente, in filium ſibi adoptaſſe, et quaſi regis filium feciſſe nutriri. (o)

§. XVI.

Nouum ſuppoſiti partus exemplum nobis praebet Guido, dux Vrbinatenſium, de quo AENEAS SYLIVVS (p): *In Vrbino dux gentis Otto, matre Columnenſi nobiliſſima natus, cum per libidinem in matronas nobiles debaccharetur, nec modum licentiae faceret; populari tumultu interfectus eſt. Incentor nequitiae et adoleſcentiae ſuae corruptor, Protbonotarius Carpenſis nobili genere ortus, ſed ingenio peſſimo: Qui nuptis ac virginibus quam plurimis vim intulerat, qui per omnia ad ſummum vitiorum peruenerat; eadem nocte cum diſcipulo ſuo necatus, inexhauſtae libidinis poenas dedit. Cadauer eius in forum delatum, deſecta virilia in ore mordicus tenuit. Guido pater Oddonis prius quam coniugem ex Columnenſi familia duceret, cum proles ei nulla virilis eſſet, anxius quonam pacto in gente ſua imperium propagaret, concubinam ex ſe praegnantem aſſimulavit. Exin Bernardini Cardenſis agnati ſui; praeclari copiarum ducis, filium tunc forte natum ſupponi pro ſuo nutririque iuſſit, Friderici nomine indito. Sed coniugio deinde contracto, cum filium legitimum ſuſtuliſſet, conuerſa in eum cura Fridericum adhuc puerum militiae tradidit: in qua ille ad aetatem vsque virilem perſeuerauit. Deinde Ottone mortuo, vocatus a populo Vrbinatium factus eſt*

natus parum ante mortem ſuam conſtituit ſuper Noreganos regem, Suanum quendam, qui ipſius Canuti et Elgiuae Hamptunenſis filius putabatur, aſſerebant quidem nonnulli ipſam Elginam cum prolem de rege concipere non poſſet, praefatum Suanum de quadam presbyteriſſa recenti natum ſibi decubanti ſuppoſuiſſe, et regem Canutum ad id credendum ſub dolo induxiſſe. IO. BROMTONI *Chron. p. 914.* THORMODVS TORFAEVS vero *Hiſt. Norweg. P. III. c. XI.* Suanum vocat Canuti filium naturalem ex Alfiſa Comitis Alfrini filia.

(o) RAD. de DICETO *Abbreuiat. Chron. p. 470.*

(p) *de Statu Europae c. LVII.*

eſt princeps, Clarus vir et Caſtrenſibus diſciplinis apprime inſtituto: cui nec in adminiſtrandis rebus bellicis Conſilium, nec in capeſſendis periculis animus unquam defuit: nec vero factis quam fide clarior: quae quidem vel maxime potuit, cum bello Picenti Franciſcum Sfortiam, qui ad eum ſe receperat, fortunae afflatu iam pene deſertum, conſtantiſſime iuuit ac fouit. Indignus profecto qui militari ludo dextrum perdiderit oculum.

§. XV.

De Actio, Mediolanenſi Vice-Comite dicit PAVLVS IOVIVS, (q) quod ſe ipſo amarior atque turbidior fuiſſet effectus, quo adamatam nobilem feminam a matrimonio Othorici Vice-Comitis abreptam, ſubita concitatus iracundia, apud Roſatum in profunda arcis foſſa demerſerat, quod illa lenitate muliebri mentita partum, ſibi alieni ventris puerum ſuppoſuiſſet. Sed eam ab eo flagitio ita oderat, vt necatam impotenti amore percitus, ſera deinde praecipitis vindictae poenitentia deploraret, indeque nouus perturbatae menti furor adderetur.

§. XVI.

De Bertha, Adelberti Italiae Marchionis, vxore Hugonis Italiae regis matre, ſic LVITPRANDVS, (r) *Aiunt Bertam, Hugonis Regis matrem Adelberto Marchioni viro ſuo nullum filium peperiſſe, ſed ab aliis mulieribus clam acceptos ſimulato partu Widonem et Lambertum ſibi poſuiſſe; quatenus poſt mortem Adelberti Berthae, non deeſſent filii, quorum adiutorio omnem viri ſui potentiam poſſideret. Hoc autem mendacium mihi ideo videtur eſſe inuentum, quatenus inceſtum ſuum Rex Hugo tegeret, et infamiae ὕβριν, id eſt contumeliam et vituperium euaderet.*

§. XVII.

Hinc apud Romanos, vt cognoſcerent, partum recentem eſſe legitimum, tollendi eundem erat viſitatum. Infans

(q) *vita Actii p. 122.*
(r) *L. III. c. XIII.*

Digitized by Google

ſans enim in lucem emiſſus, et in terram de matre cadens, non habitus eſt legitimus, neque omnino educatus eſt, niſi pater praeſens, vel abſentis loco procurator, vel etiam obſtetrix infantem de terra leuaſſet. Vnde nata formula, puerum tollere, id eſt, domi educare. Cuius contrarium erat, puerum exponere, quando abſque miſericordia eſt proiectus. Hinc DIO CASSIVS: (s) *Liuia cum Caeſare agens, Claudium Druſum Neronem peperit, eumque Caeſar tollens patri ſuo miſit.* Hoc ipſo adgnoſcebatur, recentem partum eſſe legitimum, nec adulterinum, nec ſuppoſitum, verum a patre adgnitum atque alendum. (t)

§. XVIII.

Potius tamen ſuppoſitionis fraudem vt illuſtres a ſe amouerent, ſuborta fuit ventris inſpectio. Exemplum praebet Henricus I. Miſnenſis Marchio, qui a. 1103. moriebatur, relicta vxore ſua, Gertrude, Ecberti I. Miſniae Marchionis filia grauida. Fucum ſubeſſe credens adgnatus ipſius, Conradus Budſetienſis et Wettinenſis Comes, dicta Gertrudis coram altari nudum vterum oſtendit, vt an vere eſſet grauida, iudicaret. Partum tamen enixa, nihilominus Conradus dicebat, coqui eſſe filium, pro femella recens nata fuiſſe ſuppoſitum, (u) de quo CHRON. MONTIS SERENI: (x) *Accidit vt quidam occaſione narrandi aliquid coram Conrado Comite, Henrici Marchionis mentionem fa-*

(s) *L. XLVIII.*

(t) Plenius hunc ritum exponit CASPAR BARTHOLINVS *in expoſitione veteris in puerperio ritus cap. II.*

(u) ANNALISTA SAXO ad a. 1103. *Henricus Marchio de Ilburg filius Dedonis Marchionis ex Adhela Marchioniſſa, quae vidua extabat Ottonis Marchionis de Orlagemunde defuncti, vir ſui temporis in Saxonia praepotentiſſimus. Habuit autem filium de Gertrude Comitiſſa de Bruneſuice Heinricum Marchionem iuniorem qui ſuppoſitus nec vere filius eius eſſe dicebatur.*

(x) *p. 4. 5.*

Digitized by Google

faciens, eum cognatum ipſius appellaret. Comes vero eum contemtu reſpondit: eum, qui filius eſt coci, cognatum ſuum non eſſe. Huius autem ſermonis occaſio talis fuit. Henricus Marchio de Ileburg ſenior, pater huius, uxorem praegnantem fertur moriens reliquiſſe. Quod cum ille in ſepultura ipſius, utero tumenti demonſtrato, praeſentibus indicaſſet; quia Conradus Comes Marchionis mortui haeres futurus erat, ſi filium non reliquiſſet, quidam miniſterialium eius huiusmodi rumorem diuulgauerunt, quod ipſa, plumario ventri alligato, praegnantem ſe eſſe hoc artificio mentiretur. Quo illa cognito, die quadam vniuerſis mariti ſui miniſterialibus conuocatis, in medio ipſorum in loco eminenti, aſtans deuoluto ex humeris ad nates pallio, nudam ſe oſtendit, dicens; vt ipſi, an vere grauida eſſet, iudicarent. Poſtquam vero enixa eſt, rurſus illi talem ſparſerunt rumorem, quod foeminam peperiſſet, eamque pro filio cuiusdam pauperculae, quae maritum habebat cocum, quae et eadem hora pepererat, commutaſſet. Hac ratione Comes eum coci filium appellauit. Quidam Miniſterialium Conradi Comitis Heldolfus nomine, auus Simonis et Genehardi de Zcurbeke in quodam colloquio quod inter praefatum Comitem et Henricum Marchionem de Ilenbourg in ipſo caſtro agebatur, in Eccleſia B. Petri altare complexus, quaſi ad probandum, quod Henricus pro foemina commutatus fuiſſet, ita ſe obligauit, vt ſi idem filius eſſet Henrici Marchionis, ipſe ſui corporis perderet ſanitatem. Quo rumore comperto, Marchio admodum motus, vt ſuam iniuriam vindicaret, omnibus fidelibus ſuis ſupplicauit. Quorum duo eundem Heldolfum diu inſidiis appetentes, tandem oportune in itinere repertum aggrediuntur. Quos ille ſibi inſtantes videns, quamuis ſuſpectos haberet, tamen equo, cui inſidebat, confiſus, nec dum agnitis eis fugere deuitabat. Sed cum iam prope eſſent, recedere volens, equumque calcaribus vrgens, mouere non potuit, ſicque illis irruentibus captus, et oculis, naſo, labiis, lingua, auribusque mutilatus, propriae maledictionis effectum viſus eſt probaſſe, quod Henricus Marchio non fuit pro foemina commutatus. Quod verbum cum multis viciſſim ſibi referentibus ad Marchionis notitiam peruenisſet, indignatione graui permotus, bellum Comiti intulit, eumque captum et in caſtro Kirchberg cuſtodiae traditum, lecto ferreo et multis malis vsque ad mortem ſuam oppreſſum detinuit. Verum, iſte Henricus poſthumus ann. 1123. ex ve-

veneficio periit, (y) pro quo Henricus IV. Imp. inſtituit Wigbertum diuitem et Hermannum. Sed Albertus et Conradus, comites de Saxonia, Lotharii duci Saxonum adiutorio, illis pulſis, eorum invaſerunt locum et dignitates. (z)

§. XIX.

Singulare inſpectionis ventris exemplum ad examinandam pudicitiam, nobis exhibet ALBERTVS ARGENTORATENSIS (a) de Eliſabetha, Wenceslai V. filia, dum Ioanni, Henrici VII. filio, eſſet deſponſanda, ideoque Spiram vocata, ita ſcribens: *audito autem eo tempore, quod Elſa puella circiter viginti annorum, grandis et bruna, olim Regis Wenceslai Bohemiae filia, neptis Rudolfi Regis, Ioanni, filio Henrici regis, annorum circiter XI. nupta, et cum ea ipſi Ioanni regnum Bohemiae traderetur, eaque Spiram cum excellenti decentia veniente ac Principe propter falſam ſuſpicionem fornicationis, illi copulare filium dubitante, illa morae anxia, cum cauſam protractionis omnino ſcire vellet, et a ſuis cauſam ſuſpicionis difficulter audiſſet, dixit: Abſit quod Dominus rex filium ſuum mihi denegat ex hac cauſa, quia virginitatem meam per aſpectum corporis comprobabo. Examinato ergo per honeſtas matronas, et reperta virgo, fuit filio regis ſolenniter copulata. Quos coniuges Petrus de Treuiri, Archiepiſcopus Mogunt. Bohemiam inducens, Pragae in regem et reginam, prout antiquitus ad Moguntinum pertinet, coronauit. Solennitas autem nuptiarum Spirae, paratis ſedibus, propter contentionem antiquam Moguntini et Colonienſis, quorumlibet ad dextram Principis ſedere voluit, eſt turbata.* (b)

§. XX.

(y) ANNALISTA *Saxo ad an. 1123.*

(z) CHRON. BIGAVGIENSIS *ad an. 1122.*

(a) p. 115. Adde DVBRAVIVM *lib. XIX. p. 115.*

(b) GESTA BALDVINI *lib. II. c. V.* ANONYMVS LEOBIENSIS *lib. V. p. 939.* BERNARDVS GVIDO *Vita Clementis V. p. 72. Eodem anno, Henricus filius Regis Alemanniae accepit in uxorem filiam Regis Bohemiae, quae erat heres regni. Vnde et ipſe factus eſt Rex Bohemiae cum eadem.* AVCTOR VETVS *Vitae Clemen-*

§. XX.

Aliud nobis exhibet FRANCISCVS ARETINVS: Franciſcus Sfortias, dux Mediolanenſis, cum Ludouico Gontzaga, marchione Mantuano pactus fuerat, vt, ſi filia marchionis Dorothea, poſtquam decimum quartum aetatis attigiſſet, ſine difformitate fuerit et defectu, ipſius filio Galeatio eſſet copulanda. Cum igitur ad iſtam aetatem perveniſſet, et matrimonium nunc eſſet conſummandum, poſtulabat Sfortias, vt per certos medicos, quos in hunc finem miſerat, inſpiceretur, an aliqua adſit deformitas, quod tamen marchio denegabat, eandemque aliter non, quam Cotta, quam ad eum Galeatius miſerat, coopertam obtulit videndam. Hoc probabat FRANCISCVS ARETINVS. (c) ANDREAS vero TIRAQVELLVS (d) de eo ſic iudicat: *Proinde non recte fortaſſis plerisque videbitur conſuluiſſe, vir alioquin doctiſſimus auctorque grauiſſimus, Franc. Aret. conſ. 142. ex facto proponitur, quod illuſtris in tertio, et iterum in quarto dubio eiusd. conſ. cum omnibus nervis contendit probare, Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolani iure petiiſſe, vt Dorothea filia Ludouici Marchionis Mantuae Galeatio ipſius Ducis filio deſponſata, nuda a quibusdam Medicis a ſe miſſis inſpiceretur, vt bini aſſeruerunt, ſi qua puellae eſſet deformitas: contra Ludouicum hoc ipſum iniuria recuſaſſe, ſed potius filiam obtuliſſe videndam, Cotta (ſic enim appellat) quem ad eum Galeatius ipſe miſerat, coopertam. Cuius tamen conſilium probat Philip. Dec. in d. conſ. propoſuiſſe in 2. notab. An tamen bene vterque ſenſerit, aliorum ſit iudicium.* Idem TIRAQVELLVS (e) pergit: *ſuam quisque deformitatem futuro marito aut vxori detegito. Ne tamen ſe propterea, praeſertim foemina nudato.* (f)

§. XXI.

mentis V. p. 86. Quae vero Albertus Argentinenſis de examinata puellae virginitate tradit, alii, praeter CVSPINIANVM p. 363. reticent.

(c) *Conſ. CXLII.*

(d) *in Legem Connubialem IV. n. 28.*

(e) *p. 87.*

(f) BAYLE *voce Sforce p. 2712.* deſuper plurimum agit, iudicatque.

§. XXI.

Quandoque ante partum adhuc corporis cuſtodes fuerunt adhibiti, ne qua eſſet ludificatio. Exemplum praebet Ioannis III. Arragoniae Regis a. 1395. defuncti vidua Violanta, quae praegnantem ſe eſſe relictam, ſimulabat, cuſtodes igitur adhiberi ſancit, ne qua eſſet ludificatio. Hinc illa conatu ſimulationeque deſtitit. (g)

§. XXII.

De Alexandride Spartiadum rege dicit HERODOTVS: (h) *qui duas dehinc vxores habens, binis aedibus habitabat, haud quaquam Spartiatice faciens. Non longo interiecto temporis, vxori, quae poſterius ducta eſt, parit hunc Cleomenem, quem mater ſucceſſorem regni Spartiatarum nuncupabat. At vxor prior quae hactenus ſterilis fuerat, et ipſa concepit, hoc fato vſa: quae quum reuera praegnans eſſet, domeſtici tamen poſterioris vxoris id audientes, ac moleſte ferentes, dicere, iactari hoc ab illa animo ſubiiciendi ſibi partum. Itaque his indigne ferentibus, exacto tempore pariendi, ephori increduli foeminae parturiendi cuſtodes appoſuerunt: quae Doricum peperit, moxque Leonidem, et poſt hunc gradatim Cleombrotum.*

§. XXIII.

Ludouicus Hutinus rex Galliae defunctus vxorem grauidam relinquebat, de quo PAVLVS AEMYLIVS: (i) *Hutini Regnum breuis aeui fuit, altero Regni ſui anno deceſſit. Clementia vxore grauida relicta: vnde natus Ioannes octo tantum dies vixit. Longus Hutini frater, et ventris procuratorem et infantis tutelam geſſit.*

§. XXIV.

Plerumque tamen vſu venit, vt parturienti feminae illuſtri proceres tam viri, quum feminae adeſſent, ad auertendam omnem fraudis ſuſpicionem. Res iſta minime recens, verum antiquiſſimi fuit inſtituti, prout in Polydectae regis Lacedemoniorum coniugis partu fuit factum, de quo

(g) MARIANA *lib. XXX. c. V.*

(h) *lib. V. p. 344.*

(i) *ſub Philippo Longo p. 263.*

Digitized by Google

QUO PLVTARCHVS: (k) *Regnum maiori filio reliquit Polydectae: Quo non diu ſuperſtite regnum redibat (vt erat omnium opinio) ad Lycurgum, ac regnauit, priusquam vxorem fratris conſtaret eſſe praegnantem. Simulatque id fuit perſpicuum, declarauit regnum ad infantem, ſi filius eſſet, ſpectare: interim regnum tutorio nomine adminiſtrauit. Regum pupillorum tutores vocant Lacedaemonii Prodicos. At mulier ſummiſit ad Lycurgum, offerens ſe partum abacturam, ſi obtinens ille Spartae regnum, ipſam vellet ſibi adiungere matrimonio. Ille enimuero improbitatem mulieris execratus eſt, poſtulationem non reiecit tamen: ſed probantis et conditionem accipientis ſpeciem negauit faciendam ei eſſe, vt elidendo medicamentis partu corpus ſuum laederet, et perniciem ſibi acceſſeret, vbi editura eſſet, ſibi curae fore, vt confeſtim tolleretur e medio. Ita ad partum vsque lactauit mulierem. Vt inſtare ſenſit puerperium, arbitros enitenti, et cuſtodes adhibuit cum mandatis, ſi puellam edidiſſet, vt traderent eam foeminis: ſin ſtripem virilem, ad ſe quidquid ageret, vt eum deferrent.*

§. XXV.

De Friderico II. imp. dubitabatur, an partus ſit genuinus, an vero ſuppoſititius. Audiamus de eo ALBERTVM STADENSEM (l) ita loquentem: *plurium cum rumoribus pluries euolauit, eundem Fridericum non fuiſſe Heinrici Imperatoris realem filium, ſed vocalem. Quod ſic contigiſſe dicitur: Quondam Conſtantia filia regis Siciliae, ſic Imperatori fuit in matrimonio copulata, vt ſi patruus eius, qui regnum Siciliae, Apuliae et Calabriae poſſidebat, antequam Conſtantia moreretur, regnum ad Conſtantiam haereditario iure volueretur. Conſtantia autem cum Imperatorem duceret, Sexagenaria videbatur. Timebatur autem ſterilis permanſura. Vnde Imperator medicorum vti Conſilio nitebatur, vt ſterilitate repulſa, foecunda fieret, ne ſine haerede regnum Siciliae permaneret. Et medici ei ad tale propoſitum et opem et operam ſpoſponderunt. Fecerunt autem vterum eius per Medicinas paulatim intumeſcere,*

(k) *Lycurgo p. 40.*
(l) *ad an. 1220.*

re, ita vt Imperator eam vehementer crederet impraegnatam. Medio autem tempore Phyſici ſibi de Infantulo prouiderunt, ita, quod de diuerſis mulieribus impraegnatis, et tempore partus Conſtantiae parere debentibus, ſecretiſſimo conſilio vnius infantulus raperetur in palatium, ad lectum Conſtantiae partus tempore deferendus, vt ſic alius natus tanquam de Conſtantia naſceretur, et filius alterius pro Imperatoris et imperatricis filio haberetur. Vicit tamen dubium eſſe, vtrum ille puerulus Phyſici, aut Molendinarii, aut aucupitrarii filius fuerit, ſed vere aiunt, eum vnius ex his tribus filium extitiſſe. Ratio autem, cur partus eſſet ſuſpectus, exinde ſumebatur, quod Conſtantia eſſet annoſa, iamdum ſexagenaria, (m) ideoque vterum mentita. Licet iſta an. 1154. nata, (n) an. 1185. cum eſſet annorum triginta et vnius, nupta, (o) ann. 1195. vero Fridericum II. fuit, enixa (p) dum igitur annoſa

(m) Prout tradit ALBERTVS STADENSIS *ad an. 1220.* Idem dicit FRAGMENTVM CHRONICI BRANDEBVRGENSIS apud MADERVM *Antiquit. Brunſuic. p. 271.* et LEIBNITIVS, *T. II. p. 18.* FRANC. MAVROLYCVS *Hiſt. Sicanicae lib. III. p. 159.* ipſam vocat grandaeuam.

(n) Rogerii II. enim Siciliae regis filia poſthuma erat, ex vltima vxore Beatrice. Hic autem ſecundum ALBERICVM et ROBERTVM de MONTE a. 1154. fuit defunctus.

(o) Patet hoc ex ROCCHI PIRRI *Chronologia Anno 1185. ind. 3. menſe Auguſto die 28. temporibus Lucii III. PP. et Friderici Romanorum Imperatoris, et Benedicti Reatinae Sedis Epiſcopi, et Conradi Ducis Spoleti, rex Henricus filius eiusdem Imperatoris recepit Reate reginam Conſtantiam filiam Rogerii regis Siculi in vxorem per Legatos ſuos et cum maxima multitudine Principum et Baronum.* Idem PFEFFINGERVS *Vitriario illuſtrato lib. I. Tit. V. p. 408.* demonſtrauit vberius, GODEFREDVS VITERBIENSIS tamen *p. XVII. Chron. p. 356.* hoc ad a. 1186. refert.

(p) Prout ALBERTVS STADENSIS *ad h. a.* LVDOVICVS CA-

VITEL-

noſa (q) erat, fere quadragenaria. Licet Paparum hoc potius artes eſſent, qui Sueuicae domui infenſi, eiusdem potentiam potius imminuere conabantur. Hanc igitur partus ſuppoſiti opinionem, vt elideret Henricus, conſtituit, vt in regni Neapolitani ciuitate Aſſiſio, in praeſentia multorum cardinalium, nobilium atque matronarum partum eniteretur Auguſta. (r) Ipſa etiam tactis euangeliis

VITELLIVS *Ann. Cremon.* ANONYMVS CASINENSIS *ad a. 1195.* CONRADVS VRSPERGENSIS, CHRONIC. AVGVSTENSE. ROGERIVS HOVEDENVS vero hanc natiuitatem ad a. 1196. referunt.

(q) THOMAS FAZELLVS *de Rebus Siculis Dec. Poſter. lib. VIII. c. I. firmato Regno, ſiue antea, (vt diuerſa eſt opinio) cum Conſtantia vxor praegnans eſſet, ne ſuſpicio eam vtpote annoſam vterum mentitam partum ſibi ſuppoſuiſſe exoriretur.* NICOLAVS SPECIALIS *Rerum Sicularum l. VIII. c. IX. natus ex eisdem Henrico et Conſtantia ſterilitatis temporibus iam propinqua, Fridericus ſecundus.*

(r) ALBERTVS STADENSIS: *Anno Domini 1195. natus eſt Imperatori Henrico filius in valle Spoletano, in ciuitate Aſis, nocte quae praecedit dormitionem Iohannis Euangeliſtae XV. Epiſcopis et Cardinalibus praeſentibus, et bapizatus, dictus eſt Fridericus.* THOMVS FAZELLVS *de rebus Siculis Dec. Poſter. lib. VIII. c. I.* dubius haeret, an Aſiſii, an vero Panormi partum fuerit enixa imperatrix, et LVDOVICVS CAVITELLIVS *ad a. 1194.* LEHMANNVS *lib. V. c. LXXVIII.* Neapolim ſupponit. Quod vero tentorium in platea publica fuerit erectum; in eademque Auguſta enixa, vix eſt, vt credamus. Sic autem FRANCISCVS MAVROLICVS *Sicanicae Hiſtoriae lib. III. p. 160. Conſtantia partui vicina in Eſiotana ciuitate, ſiue vt Siculi tradunt, Panormi expoſito in platea publica conopeo: vt teſtium praeſentia ſuſpicionem ſimulati partus, infantis ſuppoſiti penitus tolleret, parturiuit.* THOMAS FAZELLVS c. I. *in medio Panormitanae eccleſiae veſtibulo, ſi Panormitanis*

Digitized by Google

geliis iuraret, quod praedictus Fridericus natus fuerit de legitimo matrimonio. (s)

§. XXVI.

Obſeruatum idem fuit, dum Alberti II. imp. et Vngariae regis poſthumus Ladislaus in lucem prodiret, de quo CVSPINIANVS: (t) *Grauida tamen relicta vidua, cum ex Hungaria Poſonium verſus deſcenderet, tempore partus accelerante, in Caſtello Comarum, octauo Kal. Martii, quadrageſimo anno poſt milleſimum quadringenteſimum peperit poſthumum, Ladislaum filium. Fores cubiculi patulas Palatino regni, qui tum caſtrum poſſidebat, cuſtodiente, contra pudorem foemineum, ne ſuppoſititius partus Hungaros falleret.*

§. XXVII.

Poſt Ioannis, Arragoniae regis mortem, A. 1395. inſecutam, Maria eius vxor, virili animo femina regnum pro viro vicaria, regiumque nomen capeſſit, atque in pro-

mitanis, et plerisque ſcriptoribus credimus, ſiue in Gieri Apuliae vrbe (vt caeteri propius vero tradunt) tabernaculum ei tendi iuſſerunt. Vbi ventre cuſtodito, nulla matronarum excluſa, palam et populo ſpectante, Fridericum ſecundum Caeſarem enixa eſt, menſe Decembri in feſto Sancti Stephani. PANDVLPHVS COLLENVTIVS Hiſt. Neapolitana lib. IV. p. 138. *itaque Conſtantia, vt erat prudentiſſima mulier, cum partus horam vicinam eſſe cognoſceret, expandere in Eſiorum vrbis foro tentorium curauit, et illic pariens, poteſtatem fecit omnibus nobilibus viris atque matronis ad ſeſe veniendi, et partum hunc conſpiciendi, ne deinceps quisquam ſuppoſititium eum fuiſſe ſuſpicaretur: finitoque puerperio, Caietam ſe contulit.* Tacent tamen de eo ſcriptores coaeui, contra pudorem etiam Auguſtae hoc fuiſſe putarem.

(s) ROGERIVS HOVEDENVS ad a. 1197. *Iurauit etiam Imperatrix tactis SS. euangeliis, quod praedictus Fridericus natus fuit de legitimo matrimonio praedicti Henrici Imperatoris et ipſius.*

(t) *Friderico III. p. 403.* ROO *lib. V. p. 197.* FVGGER *lib. V. c. I. n. 3.* CZECHOROD *Marte Morauico p. 922.*

Digitized by Google

procerum conuentu Barcinones, quoniam regina vidua praegnantem ſe eſſe relictam ſimulabat, cuſtodes adhiberi ſancit, ne qua eſſet ludificatio, illa conatu, ſimulationeque deſtitit. (u)

§. XXVIII.

Maria, Petri II. Arragoniae regis coniux, dum partui eſſet vicina, vt omnem ſuppoſitionis ſuſpicionem a ſe auerteret, Mompellerium ingreſſa, in praeclara Tornamirenſium domo, ipſo tempore partus, cunctos ciuitatis optimates cum vxoribus ſibi adeſſe iuſſit. Vbi diuino opem ferente numine, natus eſt infans, fauſtus, ac perelegans. (x)

§. XXIX.

Quid apud Gallos deſuper obtineat, docet LVDOLPHVS: (y) *Wir achten nicht undienlich, dem Leſer die groſſe Vorſichtigkeit zu hinterbringen, welche bey der Geburt eines Dauphins in Franckreich, allen Verdacht eines Wechſel-Kindes zu vermeiden, gebraucht wird, da darf ſich die Königin nicht ſchämen, Beyſeyns der Fürſten vom Königl. Geblüth nieder zu kommen. Womit es alſo gehalten wird: In dem Saal, der zu der Geburth beſtimmet, werden 2. Gezelte aufgerichtet. In dem groſſen, ſo faſt 20. Ellen in Umkreiſs hält, und mit Fürhängen an den 4. Ecken verſehen iſt, ſetzet ſich der König neben den Fürſten ſeines Geblüths, ſamt etlichen Fürſtinnen. In der Mitten deſſelben iſt ein ander kleiner Gezelt, in welches die Königin mit der Hebamme ſich begiebt: Vorher aber, und ehe die Königin hinein gehet, werden die Vorhänge und die Flügel der Gezelte aufgethan, daſs jedermann ſehen könne, daſs kein ander Weib noch Kind darunter ſey. Nach der Geburth wird das neugebohrne Kind, wie es aus Mutter-Leib kommen, gedachten*

(u) MARIANA *lib. XIX. c. V.*
(x) BERN. GOMESIVS *de Vita Iacobi I. lib. I. p. 395.*
(y) *Schau Bühne der Welt-Geſchichte. l. I. c. V. n. 45.*

zen Fürſtlichen und andern hohen Perſonen gezeiget, und damit aller Argwohn einer Verwechſelung oder ſuppoſition benommen. Indeque Ludouici XIII. natiuitatem deſcribit. Eadem ratione de Ludouici XIV. natiuitate PIGANIOL de la FORCE (z) ſcribit: *Louis XIV. nâquit dans le château neuf de St. Germain en Laye le Dimanche 5. Septembre de l'an 1638. ſur les onze heures du matin. Le Roy Louis XIII. s'etant rendu chez la Reine quelque temps auparavant, fit avertir Monſieur Gaſton ſon frere unique, Madame la Princeſſe et Madame la Conteſſe de Soiſſons, et permit à Madame de Vendome d'entrer auſſi dans la Chambre, ſans que cette grace particuliere dût tirer à conſequence pour perſonne. La Dame de Lanſac, qui étoit nommée Gouvernante, la Nourrice, la Dame d'honneur de la Reine, la Dame d'Atour, les femmes de Chambre, et la Dame Peronne, Sage Femme qui ſeule acoucha la Reine, y étoient auſſi. On avoit dreſſé un petit Autel derriere et hors le Pavillon de l'accouchement, où les Evêques de Lizieux, de Meaux et de Beauvais dirent la Meſſe, après la quelle ils furent toûjours en prieres juſqu'à ce que la Reine fut accouchée. La Princeſſe de Guemené, les Ducheſſes de la Trimouille et de Bouillon, les Dames de la Ville aux Clercs, de Liancour, de Mortemar, les Filles d'honneur, et quantité d'autres Dames de la Cour étoient dans le grand Cabinet de la Reine de même que l'Evêque de Metz, les Ducs de Vendôme, de Chevreuſe et de Montbazon, les Sieurs de Souvré, de Liancour, de Mortemar, de la Ville aux Clercs, de Brion, de Chauvigny, L'Archêvêque de Bourges, les Evêques de Chalons de Dardanie, du Mans, et quantité d'autres perſonnes de diſtinction de la Cour.* Hinc etiam IO. LIMNAEVS (a): *Ne fraudi ac ne quidem ſuſpicioni ſuppoſitionis locus detur, Principibus ſanguinis quo tempore Reginae parturiunt, permittitur liberrime intrare Cameram, in qua re-*

(z) *Nouvelle deſcription de la France T. I. p. 11.*
(a) *Notitia Regni Franciae lib. II. c. XXI.*

ſeruabat, eum in finem, vt antiqua illa lex Regia Salica obſeruetur, quae eſt baſis et fundamentum egregiae noſtrae Monarchiae.

§. XXX.

Idem etiam apud Anglos obtinere, docet non ſolum hiſtoria natiuitatis Angliae principum, ſed etiam Praetendentis. Idem etiam apud Vngaros fuit obſeruatum, dum Vladislai regis coniugi, Annae Candaliae parturienti proceres etiam adſiſterent (b). Immo etiam Anglorum lex Fleta de partu ſuppoſito ſic praeſcribit: (c) *Sunt enim nonnulli haeredes exhaeredationes compatientes per partus fraudulenter ſuppoſitas per mulieres, praecipue viuentibus viris ſuis vel mortuis praegnantes ſe fingentes: quae etſi ſint, non tamen eſſe poterit veriſimile, quod a viris ſuis poſſent concepiſſe. Ad querelam igitur veri haeredis ſequitur huiusmodi remedium. §. 2. Dominus vero rex praecipiet vicecom' loci, quod omni dilatione et occaſione poſtpoſitis venire faciat coram ipſo et coram cuſtodibus placitorum Coronae ſuae in pleno com' ſuo, vel coram alio ad hoc conſtituto vxore de qua fit querela, et quae ſe facit praegnantem, et coram praedictis cuſtodibus faciat eam videri per legales et diſcretas mulieres, per quas veritas inde melius ſciri poterit, et diligenter tractari faciet eam, per vbera et per ventrem a dictis mulieribus modis omnibus, quibus inde melius poterunt certiorari, vtrum praegnans ſit nec ne: et ſi praedicti cuſtodes et mulieres videant quod praegnans ſit illis inde dubitauerit, quod vicecom' tunc illam poni faciat in caſtro tali et ita, quod nulla domicilla, quae praegnans ſit, vel alia, de qua ſu-*

(b) Sic enim PIERRE MATTHIEV *Hiſt. de Henry IV. liv. IV. Narr. 5. n. 4. p. 106. A fin d'eviter tout ſoupçon de ſuppoſition, et de maintenir la loy Salique. Cela s'obſerve auſſi ailleurs. Les intereſſés à la couronne de Hongrie y aſſiſterent, quand la Royne Anne de Candale, femme du Roy Vladislaus, accoucha.*

(c) *L. I. c. XV. §. 2.*

ſuſpicio poſſit haberi alicuius falſitatis faciendae ſit cum ea, et in caſtro illo moram faciat, quouſque de partu ſuo conſtare poſſit, et quód prouideat, quod in caſtro illo ita diſcrete cuſtodiatur, ne in cuſtodia illa de partu ſuo poſſit aliqua falſitas euenire. §. 3. Praecipiat etiam conſtabulario caſtri, quod recipiat talem mulierem, quae ſe facit praegnantem cum ad ipſum peruenerit, et quod permittat quod ad cuſtus proprios faciat moram in eadem. Et ſi duae mulieres vel tres de progenie querentis de ea ſemel in die ſingulis diebus, ſi viſum facere voluerint, hoc non impediat, et hoc remedium prouidetur, cum in vita viri ſui praegnantem ſe fecerit falſo: Si quis naturales filios habuerit de aliqua, poſteaque cum ea contraxerit, filii iam nati per matrimonium conſequens legitimantur, et ad omnes actus legitimos idonei reputantur, non tamen legitimi ſunt ad ea quae pertinent ad regnum, nec parentibus ſuccedere poterunt vt haeredes, propter conſuetudinem regni, quae ſe habet in contrarium, ſed ad ea, quae pertinent ad ſacerdotium. §. 4. Item legitimantur quandoque per adeptionem de conſenſu et voluntate parentum, vt ſi vxor puerum de aliquo conceperit viro ſuo hoc ignorante, ſi vir ipſum in domo ſua ſuſceperit, nutrierit et advocauerit vt filium ſuum, putagium vxoris tali non praeiudicabit, ſed eius erit, ſi poſſet ipſum genuiſſe, eo quod naſcitur ex vxore: ſecus erit, ſi ipſum amouerit vt extraneum vel ſuppoſitum, vel ſi manifeſtum ſit, quod propter diſtantiam locorum et moram longam vel infirmitatem vel coeundi impotentiam cum vxore non concubuit, quanquam talem aduocare vellet vt filium ſuum; Cum ergo talis natus fuerit vel ſuppoſitus, ſtatim faciet eum quiuis diſcretus a domo et omni nutritura ſua amoueri, quatenus per nutrituram debeat verus haeres exhaeredari; ipſo namque ſemel aduocato iterum ipſum de aduocare non poterit. Et ſi vir et vxor aliquem ſuppoſitum vel ab alio genitum vt filium legitimum nutrierint, ad querelam veri haeredis praecipiet rex Vice-Comiti, quod habeat coram etc. corpora A. et B. vxoris eius, vel corpus eorum.

al-

Digitized by Google

alterius ad reſpondendum C. filio vel nepoti vel alteri, qui ſe gerit pro haerede ipſius A. quare nutriri faciunt D. ſicut filium et haeredem ipſius A. ad exhaeredationem ipſius C. qui nec eſt filius nec haeres ipſius A. nec eſſe poteſt vt querens dicit. Ad quem diem ſi venerint, et nutritum et legitimum filium eorum aduocauerint, ſi potentes videantur eſſe parentes ad prolem ſuſcitandam pro haerede iudicabitur, niſi querens docere poſſit contrarium. §. 5. Sed ſi partus moriatur lite pendente, ac eius loco ſubſtituatur alius puer extraneus, tunc querente vero haerede praecipiet rex Vice-Comiti ſic: Oſtenſum eſt nobis ex parte A. fratris B. qui ſe facit haeredem ipſius B. ſi C. vxor D. et filia ipſius D. ſine haerede de corpore ſuo deceſſerit, quod cum placitum ſit in Curia noſtra et inter ipſum D. et praedictum C. vxorem eius ex vna parte et eundem A. ex altera, ac ipſi D. et C. fecerint Attornatos, et ad clamorem ipſius A. et multarum gentium habita aliqua ſuſpitione quod eadem C. mortua ſit, et dictum ſit multotiens Attornatis ipſius C. quod ad ſuſpitionem talem tollendam ipſam produxerint, propter quod maior iam ſuborta eſt ſuſpitio quam ſolebat quod mortua ſit, et mors eius concelata ad exhaeredationem ipſius A. Et ideo ne falſitas veritati praeferatur, tibi praecipimus quod aſſumptis tecum quatuor militibus de Comitatu tuo quos ad hoc legales videris, in propria perſona tua ſimul cum praedicto A. et aliis quos idem A. de familia ſua ſecum adducet videri facias, ſi adhuc ſuperſtes ſit et in vita, et ſi viua ſit tunc in quo ſtatu eam inueneris, et ſecundum quod inde inueneris certos reddas nos vel iuſticiarios noſtros talibus die et loco euidenter, diſtincte et aperte per literas tuas et ſub ſigillis quatuor militum praedictorum. §. 6. Cum autem conuincatur, quod mulier praegnans non fuerit, vel ſi fuerit, non tamen de viro ſuo mortuo, tunc fiat vero haeredi ſeiſina ſuae haereditatis per tale breue: Rex tali Domino capitali ſalutem. Sciatis quod A. quae fuit vxor B. dedit nobis et conſilio noſtro intelligi quod praegnans erat de praedicto B. viro ſuo,

ſuo, et quoniam hoc dicebat ad exhaeredationem C. fratris et haeredis ipſius B. ſi praedicta A. prolem ab ipſo B. non haberet, vt idem C. dicebat, nos ad querelam ipſius C. fecimus eam teneri ſub cuſtodia quouſque ſciri poſſet ſecundum debitum naturae vtrum praegnans eſſet, nec ne, et poſt multas inquiſitiones tandem didiſcimus per confeſſionem ipſius A. vel per legales et diſcretos homines et mulieres a quibus viſa fuit per praeceptum noſtrum quod non fuit praegnans, et ideo vobis mandamus propter illam deceptionem non omittatis quin capiatis homagium praedicti C. qui in curia noſtra pronunciatur haeres praedicti B. legitimus, et ſecundum regni noſtri conſuetudinem ſeiſinam de haereditate ſua, quam de nobis tenere debet, ſine dilatione haberi faciatis. §. 7. Et ſi haeres legitimus in cuſtodia alicuius Domini capitalis deceſſerit, cuius loco ipſe Dominus alium occulte ſuppoſuerit, tunc ad clamorem veri haeredis prouiſum eſt tale remedium, quod rex praecipiet Vice-Comiti, quod ipſe praecipiat A. et B. vxori eius quod iuſte, etc. reddant tali querenti tantam terram cum pertinentiis in N. quam clamat vt eſcaetam ſuam et quae ad ipſum vt eſcaeta ſua reuerti debet, eo quod C. filia et haeres B. qui de ipſo tenuit, obiit ſine haerede, et in quam praedicti A. et B. non habent ingreſſum, niſi per hoc quod praedictus A. praedictam B. duxit in vxorem poſtquam falſo et ad exhaeredationem praedicti querentis ſuppoſuit praedictam B. loco praedictae C. quae mortua eſt, et facit eam nominari C. et nutriri ac ſi eſſet filia et haeres praedicti A. quae nec eſt filia nec haeres eius, ſed filia talis vt dicitur.

§. XXXI.

Celebratiſſimum eſt, quid apud Anglos circa natiuitatem Praetendentis fuerit actum, id quod tamen aliorum potius verbis, quam noſtris efferemus. Audiamus primo loco GILBERTVM BVRNETVM, qui potiores ſuppoſitionis circumſtantias publico aperuit, dum ita ſcribit. (d) *Si le Roi*

(d) *Memoires liv. III. p. 291.*

Roi donnoit ces chagrins à ſon Epouſe, il tâchoit de l'en conſoler par des Complaiſances aveugles. Elle n'avoit rien tant à coeur que l'introduction du Papisme dans la grande Bretagne; Et l'on a cru que c'étoit d'elle que venoient les Conſeils les plus violens. Jaques s'y laiſſoit conduire en cela, pour ſe procurer plus de Licence dans les Galanteries. Au mois de Septembre de l'Année précedente il l'étoit allé voir à Bath, comme nous l'avons dit en ſon lieu. Après qu'il y eut paſſé quelques jours, il l'y laiſſa continuer à prendre les Bains jusqu'à la fin du Mois, qu'elle avoit réſolu de retourner. Au tems qu'elle avoit fixé pour ſon Départ, un Accident, auquel ſon Sexe eſt ſujet, la retint une Semaine de plus qu'elle n'avoit compté. Elle n'arriva à Windſor que le 6. d'Octobre; et l'on publia, qu'au même moment où elle vit le Roi, Sa Mere avoit fait à Modene, un Voeu à Nôtre Dame de Lorette, ſi ſa Fille devenoit enceinte d'un Mâle. Il paſſoit ainſi pour conſtant que la Reine avoit conçu préciſement à cette heure là; et quelques Voyageurs m'ont aſſüré, que le Fait fut couché de la ſorte ſur les Regitres publics de Lorette. Cette particularité rendit la conception ſuſpecte à bien des gens; et l'on compta que ſi le Miracle étoit vrai, la Reine n'auroit dû accoûcher que le 6. de Juillet, puis qu'elle n'avoit conçû que le 6. d'Octobre. Pendant le Cours de la Groſſeſſe, on tira ſouvent du ſang à cette Princeſſe, et les plus forts aſtringens lui furent donnez. Dès le commencement, on remarqua que tout ce qui regardoit ſa Perſonne ſe paſſoit dans un ſecret myſtérieux, que l'on ne communiquoit qu'à des Papiſtes. On ne l'habilloit ni ne la desbabilloit plus comme à l'ordinaire; et le Prince George m'a dit, que la Princeſſe Anne, qui avoit ſouvent demandé, avec autant d'inſtance que cela ſe pouvoit reſpectueuſement, de mettre la main pour ſentir le mouvement de l'Enfant, et qui quelque fois ſe tint le matin dans la Chambre de ſa Belle Mere pour lui donner la Chemiſe quand elle ſe leveroit, ne put jamais parvenir ni à l'un ni à l'autre. On ne donna pas plus d'Eclairciſſements par Lettre à la Princeſſe d'Orange. Cette Affectation donnant priſe à la Médiſance, il parut des Brochures, où l'on ne craignit point de traiter la Groſſeſſe de Suppoſition. La Reine, a qui l'on en parla, ſe contenta de dire, qu'elle ne daignoit pas ſatisfaire des gens qui la croioient capable d'un ſi noir Deſſein. Qu'elle en agit avec Fierté, envers de miſerables Ecrivains de Libelles, à la bonne heure.

Mais

Digitized by Google

Mais, ce qu'elle devoit au Roi, à Elle même, aux Princeſſes, et ſur tout à ſon fruit, ſi tant eſt qu'elle fût veritablement enceinte, ne l'obligeoit il pas de prévenir, de lever, juſqu'au moindre ſoupçon? Tous le jours il ſe préſentoit quelque occaſion de le faire: et qu'en pût on penſer, lors qu'on vit qu'elle ne le faiſoit jamais, quoi qu'elle ſût ce qu'on en diſoit dans le Monde? Le 16. d'Avril, lendemain de Pâque en 1688. le Roi partit pour Rocheſter, où il alloit voir quelques Preparatifs que l'on y faiſoit pour la flotte. A peine s'étoit-il mis en chemin, qu'on le fit revenir par ce que la Reine ſe ſentoit en danger de faire une fauſſe Couche. On vint chercher pour le même ſujet, dans un des Caroſſes du Roi, le Medecin Scarborough, qui étoit alors à Knight's Bridge, chez Ward, Evêque de Salisbury. Quoi qu'il fût néceſſaire auprès de cet ancien Ami, qui étoit malade, on lui dit, que la choſe preſſoit, et que la Reine étoit ſur le point de ſe bleſſer. Ce même matin là Mr. Wallgrave, un autre des Medecins de cette Princeſſe, manqua au Rendez-vous qu'il avoit donné à Mr. Windebank de la même Profeſſion, et lui en donna pour excuſe la premiere fois qu'il le vit, qu'il lui avoit fallu ſe tenir au Palais où la Reine avoit tous les Symptomes apparens d'une fauſſe couche. C'eſt ce que Mr. Windebank affirma ſous ſerment; et la Declaration qu'il en fit a été imprimée. Le même jour, la Comteſſe de Clarendon, qui n'avoit oui parler de rien, vint à Whitehall pour prendre Congé de la Reine, avant que d'aller à la Campagne où elle ſe propoſoit de paſſer quelques jours, en vertu de ſa Charge de Dame du Lit de la Reine Douairiere, elle avoit entrée dans la Chambre de la Reine régnante ſans demander Permiſſion à perſonne. Y étant, elle vit cette Princeſſe au Lit, faiſant de grandes Plaintes, et répétant à diverſes repriſes d'un ton dolent, Tout eſt perdu! Tout eſt perdu! Elle vit auſſi qu'une Femme de Chambre emportoit hors du Lit quelque choſe qu'elle prit pour du Linge, qui avoit ſervi à la Reine. Pendant qu'elle conſideroit ce Manége où elle ne comprenoit rien, la Comteſſe de Powis, qui ſurvint, lui demanda d'un ton aigre. Ce qu'elle faiſoit-là? Et la mit dehors. Avant que Mylédy Clarendon fût hors du Palais, une Femme de Chambre, qui courroit après elle, lui recommanda de ne rien dire de ce qu'elle avoit vû. Le Silence fut profond, et la Groſſeſſe alla ſon train. La Princeſſe Anne, qui s'étoit bleſſée dans le Printems, ne fut pas plûtôt en état de ſortir, que le Roi Son Pere la preſſa d'aller à Bath, dont les Eaux, diſoit il, lui feroient autant de bien qu'elles en avoient

fait

fait à la Reine. Quelques uns de ſes Médecins, et tous ſes Amis, lui déconſeilloient ce Voyage. Le Medecin Louver m'a dit, qu'il s'y étoit oppoſé, parce qu'il ne croyoit pas que cette Princeſſe fût encor aſſez bien retablie: Et Millington, autre Médecin, dit au Comte de Schrevvsbury, de qui je le tiens, qu'on l'avoit fort preſſé d'ordonner les Eaux de Bath à la Princeſſe Anne; et que la Perſonne, qui l'y ſollicitoit, lui dit, qu'il lui en parloit de la part du Roi, qui attendoit de lui ce Service. Le Médecin ajoûta, qu'il repondit, qu'il n'en feroit rien; parce qu'il ne vouloit point faire des Ordonnances qu'il ne croïoit pas utiles à ſes Malades. Les Medecins Scarborough, et Witherly, ſe chargerent du Paquet; et la Princeſſe partit ſur la fin de Maj.

Dès qu'elle fût partie, la Reine changea ſon Compte, qu'elle commença du tems où le Roi étoit venu à Bath lui rendre Viſite. Ce Changement ſe fit tout d'un coup; car jusqu'ici, la Reine, qui parloit de faire ſes Couches à Windſor, avoit averti tout le monde qu'elle y iroit le 14. de Juin, et donné ordre que tous les Préparatifs de l'Accouchement fuſſent prêts pour la fin du même Mois. Voici à la chaude des Arrangemens nouveaux. On choiſit le Palais de St. James pour le Lieu des Couches, et l'on fait précipiter tout ce qu'il falloit pour cela. La Princeſſe, qui ne ſe trouvoit pas bien des Eaux, ou qui ſût ce qui ſe paſſoit à Londres écrivoit que les Bains ne l'accommodoient pas, et qu'elle alloit revenir. Des le lendemain que l'on eût reçu Sa Lettre, la Reine dit, qu'elle vouloit ſe transporter à St. James, et qu'elle ne comptoit plus. On eut beau lui repréſenter qu'on ne pouvoit pas avoir tout prêt en ſi peu de tems, Elle redit d'un ton ferme qu'elle vouloit coucher là dès la nuit ſuivante, dût elle coucher ſur la Plancher. Il fallut donc l'y mener; et, au lieu d'aller par le parc, qui eſt le plus court, et le chemin qu'elle prenoit toûjours, on affecta de la faire paſſer par les grandes Ruës de Charing-Croſs et du Pall-Mall. Les gens de ſa ſuite publiérent, en chemin faiſant, qu'elle alloit accoucher: quelques uns mêmes annoncérent, que ce ſeroit le lendemain matin: et les Prêtres Romains promirent hardiment que ce ſeroit d'un Garçon. Le lendemain, ſur les neuf heures du matin, on fit avertir le Roi que la Reine étoit en Travail. On envoya enſuite chercher la Reine Douairiere: mais, on n'en donna point d'Avis aux Dames de la Cour; deſorte qu'il n'y eût après de l'Accouchée que deux Dames d'Atour et une Sous-Dame d'Atour avec la Sage Femme. Mylédy

 Sunder-

Digitized by Google

Sunderland, avertie par le Comte d'Arran, y vint encore à tems, de même que Mylédy Bellaſis. Les Dames Proteſtantes qui étoient de la Maiſon, n'eurent garde de s'y rendre; car, on tint la choſe auſſi cachée, qu'il ſe pouvoit, juſqu'à ce qu'elles fuſſent toutes à l'Egliſe; car ceci arriva un Dimanche, jour de la Trinité, le 10. de Juin. En venant de Whitehall, le Roi prit avec lui grand nombre de Pairs, et de Membres de ſon Conſeil, ſur leſquels il en choiſit dix huit qu'il fit entrer dans la Chambre, où ils ſe tinrent debout à l'endroit le plus éloigné. Les Dames ſe tenoient auſſi debout dans l'Alcove. Les Rideaux du Lit furent toûjours fort clos; et perſonne n'y mit la tête, que la Sage Femme, et la Sous-Dame d'Autour. On y porta une Baſſinoire comme pour chauffer un côté du Lit, pendant que la Reine étoit à l'autre. Mais, on n'ouvrit point cette Baſſinoire, et perſonne ne put voir s'il y avoit du feu ou autre choſe, ce qui donna beau jeu aux Incrédules. Un peu avant dix heures, la Reine jetta un grand Cri, comme une Femme qui ſentoit beaucoup de Mal; et, dans le moment, la Sage-Femme dit tout haut qu'elle étoit heureuſement accouchée. Les Seigneurs lui ayant tous demandé, de quoi? elle répondit, que la ſurpriſe pourroit faire du tort à la Reine, et fit Signe à la Conteſſe de Sunderland qui ſe toucha le front, à quoi le Roi reconnut que c'étoit un Garçon, parce que c'étoit, dit il, le Signal dont ils etoient convenus.

des Templiers, eſt enterré à Lisbonne dans l'Egliſe de Saint Blaiſe, près de ſon frere Gilles. V. LEONOR, *Bâtarde de Portugal, femme d'Eſtienne de Souſa, Yannez fils de Dom Jean Paes de Gonſalve Garſia de Souſa, Comte de Naiera.* VI. LEONOR, *Bâtarde, dite la Jeune Religieuſe à Sainte Claire de Santaren, où elle eſt enterrée, a eu vne Soeur nommée Vrraque femme de Jean Mandez de Briteros.* Dionyſii regis Bâſtardi memorantur (d). I. ALFONSE SANCHE, *Bâtard, grand Maitre de Portugal et Comte d'Albuquerque, épouſa Thereſe-Martinez, fille, de Jean Alfonſe, Seigneur d'Albuquerque et de Thereſe Sanche, Bâtarde de Caſtille, dont il eut Jean-Alfonſe Comte d'Albuquerque marié avec Iſabel de Meneſes et qui mourut en 1354. laiſſant Martin-Gilles d'Albuquerque tué en 1361. par Pierre le Cruel Roy de Caſtille, eut trois enfans naturels, qui ſont* FERDINAND-ALFONSE *Bâtard, Maitre de S. Jacques en Portugal,* BEATRIX, *femme d'Alfonſe Telez, Comte de Barcellos, et Marie auſſi Bâtarde, mariée à Gonzalès Telez de Menezez, Comte de Naiera.* II. PIERRE BATARD *de Portugal, Comte de Barcellos, né de Garcia Franc, Dame de Ribeira, épouſa en premieres nôces Blanche Perez de Portello, et en Secondes, Marie Ximées Coronel d'Arragon. Il mourut ſans laiſſer Enfans en 1355. et fut enterré dans l'Egliſe de S. Jean de Tarouce le Comte a écrit vn Traité fort curieux des plus illuſtres familles de Portugal.* Petri I. etiam filii naturales ita fuerunt dicti (e): II. IEAN, BATARD *de Portugal Duc de Valencia et de Campos en Caſtille, épouſa en premieres nôces Marie Tellez, fille d'Alfonſe Tellez de Menezos, Veuve d'Alvare Dias de Souſa, et la fit mourir ſous vn faux pretexte. Il prit vne ſeconde alliance avec Conſtance, fille naturelle de Henry II. du nom, Roy de Caſtille. Du premier lit vint Ferdinand, Seigneur d'Eça, mariée avec Iſabel d'Avalos, fille de Pierre Lopez d'Avalos, Connetable de Caſtille, dont il eut pluſieurs fils et filles. Du ſecond lit ſortirent Marie, femme de Martin Vasquez d'Acunha, Comte de Valence, Marie, appellée Beatrix. Femme de Pierre Minho, comte d'Huelua, et N-- femme de Loup Vasquez d'Acunha, Seigneur de Bondia. Outre ces Enfans, Jean Bâtard de Portugal eut quatre fils*

(d) *p.* 266.
(e) *p.* 267.

fils et vne fille naturels, ſçavoir I. Alfonſe de Caſcaes, marié en premieres nôces à Blanche de Acunha, Dame de Caſcaes fille de Jean das Reyras, Seigneur de Caſcaes et en ſecondes à Marie de Vasconcellos, fille de Jean Mandez de Vaſconcellos, Seigneur de Soulans. Du premier lit vint Iſabel, Dame de Caſcaes, mariée à Alvare de Caſtro compte de Montſanto et du deuxième lit Ferdinand de Vaſconcellos, Seigneur de Soulans, qui de Iſabel de Menezez, Dame de Maſea, fille de Pierre, Comte de Villareal, laiſſa Alfonſe de Vaſconcellos, et Menezez, Comte de Pennala, Seigneur de Soulans et de Maſea, qui épouſa Iſabel de Silua, fille de Loup Almeyda, comte d'Abrante, et en eut Jeanne de Silua, femme de Aluare, Perez de Tavora, Seigneur de Mirandola, et Jean de Vaſconcellos, comte de Pennula, qui épouſa en premieres nôces Marie de Souza, et en Seconde femme Henriquez, et à laiſſé de ſa premiere femme Guyomare de Atay et Silua, premiere femme de George de Portugal, comte de Gelues. II. Pierre, Seigneur de Guerra, qui laiſſa poſterité. 3. Ferdinand, Seigneur de Bragance. 4. Louis, Evêque de Guarda. 5. Agnes, femme d'Auare Perez, de caſtro, Seigneur de Megadure. III. DENIS, BATARD de PORTVGAL *à donné commencement aux Seigneurs et comtes de Villars.* IV. BEATRIX, BATARDE de PORTVGAL, *née d'Agnes de Caſtro, épouſa en 1579. Sancte Bâtard de Caſtille, comte d'Albuquerque, dont elle eut Lenor de Caſtille Comteſſe, d'Albuquerque et de Penafiel, mariée à Ferdinand Infant de Caſtille, depuis Roy d'Aragon.* IOANNES I. rex Portugalliae duos reliquit liberos naturales, ſic nominatos (f) qui erant. I. ALFONSE, BATARD de PORTVGAL, *Duc de Bragance, Tige des Ducs de Bragance.* II. BEATRIX, BATARDE *femme en premieres nôces de Gilbert Talbot V. du nom Baron d'Irchenfeldt, Chevalier de l'Ordre de la Jarretière, et en ſecondes de Thomas comte d'Arondel, Anglois.* IOANNIS II. filius naturalis erat GEORGES BATARD de PORTVGAL, *fils du Roy Jean II. à donné commencement aux Ducs d'Aveiro* (g).

§. XXIX.

Inter Nauarrae reges Caroli II. liberi naturales dicti

(f) *pag. 268.*
(g) *pag. 269.*

dicti Baſtardi erant, I. LEONEL, BASTARD *de Navarre, à donné origine aux Marquis de Cortez*, II. IEANNE, *Batarde de Navarre, mariée avec Jean de Bearn, Seigneur de Beorleguy, Gouverneur du Chateau de Lourde en Bigorre par le don que lui en fit en 1493. Charles III. Roi de Navarre ſon Beau-frere. Blanche femme du Vicomte de Cardonne eſt iſſûë de leur mariage* CAROLI III. dicti nobilis regis Nauarrae liberi naturales ſic fuerunt dicti (h): I. LANCELOT, *Evêque de Pampelone, et Patriarche d'Alexandrie mourut, à Olite, le 8. Janvier 1420. eſt enterré dans l'Egliſe de Sainte Marie la Reale de Pampelone dans la Sepulture des Rois de Navarre* II. GEOFFROY, *comte de Cortez et Maréchal de Navarre.* III. IEANNE, *mariée en premieres nôces avec Inigo d'Ortis-d'Eſtuniga, et en ſecondes à Loüis de Beaumont I. du nom, comte de Lerin.* Caroli Nauarrae filius naturalis erat PHILIPES, BATARD *de Navarre, Maitre de l'Ordre de Monteſa, tué au Combat de Baſa en 1458.* IEAN-ALFONSE *Evêque de Hueſca, et* ANNE BATARDE *de Navarre, mariée en 1471. à Louis de la Cerda II. du nom, Premier Duc de Medina-Celi* (i).

§. XXX.

Dicebantur etiam tales Baſtardi in publicis monumentis filii naturales, prout in Antonii a Brabantia, quae Philippi Brabantiae et Limburgenſis ducis filius erat naturalis, Epitaphio in choro templi de Heymiſſem in agro Antwerpienſi videmus (k): HIER RVHT ANTHEVNIS VAN BRABANT, RIDDERE, NATVRELYEKEN SONE VAM WYLEN HEROGH, PHILIPS VAN BRABANT ENAELIMBORG, SFERST Anno 1498. OPALTER, HEYLIGENDAGK.

§. XXXI.

Quoad dignitatem illuſtrium virorum filii ex concubi-

(h) ANSELME *p. 143.*
(i) *pag. 143.*
(k) Apud CHRISTINAEVM *Comment. ad Edictum pag. 34.*

Digitized by Google

bina nati, (ſecus de vulgo quaeſitis) non equidem eiusdem cum patre ſunt dignitatis, inter nobilium tamen claſſes in quibusdam referuntur regnis. De Galliae baſtardis dicit CAROLVS LOISSEAV (l): *N'eſtant raiſonnable, que les bâtardes ſoyent en pareille dignité et degré d'honneur, que les enfans legitimes. Ils doivent toujours être mis d'un degrés plus bas, qu'eux: de ſorte que les bâtards des Rois ſont Princes, ceux des Princes ſont Seigneurs: ceux des Seigneurs ſont Gentils-hommes: et ceux de Gentils-hommes ſont routuriers: à fin que le concubinage n'ait autant d'honneur, que le loial mariage.* Nobilitatem tamen habere liberos naturales ex voluntate patris, teſtantur NICOLAVS BOERIVS (m) et ANDREAS TIRAQVELLVS (n) de Gallia dicente: *Conſuetudine fere generali totius Franciae receptum eſſe, vt nobilium filii naturales ſint aeque nobiles, arma et inſignia paterna gerant atque a tributis exiſtant immunes, cum hac tamen declaratione modo a patre pro filiis agnoſcantur ac nobiliter ſiue absque mercaturae aut alterius vilis artis vſu vivant* (o). In Hiſpania (p), etiam filius naturalis in paterna nobilitate ſine vllo legitimationis reſcripto ſuccedit, et absque principis beneficio fit nobilis, ſolo patris beneplacito, ſic, vt in ipſis dynaſtiis cum dignitate connexis ſuccedat. Licet cuiuscunque regni vel prouinciae conſuetudines debeant conſiderari. Prout in Germaniae quidem prouinciis principum filii naturales, quantum ad effectum territorii patris ſui naturalis ab iisdem nobilitatis inſignibus poſſunt inſigniri, ad effectum vero totius Germaniae atque Europae imp., vt qui fons eſt dignitatum Germaniae, diploma atque auctoritas requiritur.

§. XXXII.

(l) *Trait. d'Ordres c. 5. n. 64.*
(m) *Dec. c. 27.*
(n) *De nobilitate lib. XV. n. 25.*
(o) MATH. FERRARIVS *addit. Guid. Papae dec. 580.*
(p) teſte ALZEVEDO *ad conſtit. Hiſp. l. V. Tit. VIII. l. X. n. 51.*

Digitized by Google

§. XXXII.

Interdum quoque nobilium liberi naturales nobilium dignitate, iuribus et priuilegiis gaudent. Prout in ducatu Sabaudiae ſingulari ſtatuto fuit conſtitutum (q), *vt nobilium filii naturales nobilitatis decorè fulgeant, ita tamen, vt is, qui totius familiae caput eſt, conſentiat, nobiliter viuat, tantum etiam facultatum habeat, quantum ad nobile viuendum neceſſe eſt, quo nobilium munera omnia pro Principe et Republica ſubire poſſit.* Eadem ratione de conſuetudine generali Delphinatus et regionum vicinarum baſtardi, ſeu filii naturales, nobilitatem generis retinent, nomen et arma familiae ſuae gerunt, pro nobilibus ab omnibus reputantur, et ad ſubſidia regia non contribuunt (r). Conſuetudine etiam ac legibus ducatus Lotharingiae eſt conſtitutum (s): *Les Bâtards advoues des Gentils hommes, ſeront de la condition des gens ennoblis, purveu qui ſuivent l'eſtat de Nobleſſe: Et portent tel nom et titre, que leur Pere leur voudra donner.* Adignitionis autem ſymbola ſunt Patris profeſſio, receptio, permiſſio nomen ferendi paternum, arma atque inſignia (t).

§. XXXIII.

Recentiori aetate ad Galliae nobilium baſtardos potiſſimum facit Edictum Ludouici XIII. de a. 1626. et 1629. (u), in quo: *ne ſeront tenuz pour nobles les Baſtards de Gentilshommes, et en cas qu'ils ayent eſté annobliz par les Rois nos*

(q) TIRAQVELLVS *de nobilitate c. XV. n. 25.* ANT. FABER *in cod. Lib. IX. tit. XXIX. def. XX. et XXVII.*

(r) GVIDO PAPA *Dec. D. L. XXX. n. 3.* IEAN BOVVET. *T. II. arreſt. verb. Baſtards qv. 2.*

(s) ABR. FABERT. *Conſuet. Lothar. Tit. I, §. XII.* CHRISTINAEVS *Comment. ad Edictum Eliſabethae art. XII. §. XV.*

(t) ARGENTRE *ad Conſuet. Britan. CCCCLVI. c. VI. fin.*

(u) *art. CXCVII.* apud CHRISTINAEVM *comment. ad Edictum Alberti art. XII. §. XVI.*

Digitized by Google

nos predeceſſeurs ou par nous, eux et leurs deſcendants ſeront tenuz, de porter en leurs armes une barre, qui les diſtingue avec les legitimes: et ne pourront prendre les noms des familles, dont ils ſeront iſſuz, ſi non du conſentement de ceux, qui y ont intereſt. Hinc etiam GVILIELMVS BENEDICTVS (x) ſcribit: *legitimatos nobiles per Reſcriptum, non eſſe aequales in dignitate cum aliis filiis legitimis, ſed debere eis reuerentiam, nec ſimul ſedere poſſe in eadem menſa, aut eodem loco, cum fratribus legitimis.*

§. XXXIV.

Quid obtineat apud Hiſpanos docet BARNABAS MOREN. de VARGAS (y) dicens: *Spuriis Patrum ſcuta geſtare fas non eſt, ſed naturalibus* (vti vulgo appellantur) *liberis, nimirum ſoluti et ſolutae conceſſum eſt. Qua apud Gallos moris eſt, atque aliis etiam in Regionibus, tenda, vel baltheo, a latere ſiniſtro ſcuti ad imum dextri ducto, inſignia illorum obtegere, quae illegitimi nota eſt. Notam hanc non habent Hiſpani, namque naturales hoſce, non ſecus, quam ſi legitimi fuiſſent, animaduerti geſtare plena inſignia. Ratio eſt, quia in Hiſpania filius naturalis ſuccedit in dignitate paterna absque vllo legitimationis reſcripto, ac nobilis fit absque Principis beneficio ſolo patris Beneplacito, adeo, vt in Dynaſtiis quoque cum dignitate adnexa ſuccedat. Modo a patre pro filio legitimo fuerit agnitus, quod plerumque publico fit diplomate* (z).

§. XXXV.

(x) *In Capit. Raymundus X. de Teſtamentis.* PHILIPPVS PASCHALIS *de patria poteſtate P. IV. c. II. n. 2.*

(y) *de la Nobleza diſc. XVIII. f. 110.*

(z) LEGES TAVRI XI. *In partitis p. VII. tit. XI. l. I.* ANT. de PADILLA *ad l. naturalis n. 10. π. de praeſcriptis verbis* COVARRVVIAS *P. II. c. VIII. n. 4.* AZEVEDO *ad conſtit. Hiſpaniae Lib. V. Tit. VIII. lib. X. n. 51.* GARSIAS *de Expenſis cap. III. pag. 25.* CARVALL. *qu. II. n. 49.* MYLER ad EHRENBACH *Gamolog. cap. XXVI. §. VII.*

Digitized by Google

§. XXXV.

Ferunt interdum ex conceſſione imperantis et patris, interdum ex legis permiſſione liberi naturales arma et inſignia paterna. Hoc plerumque tali fit ratione, vt, quo facilius a legitimis diſtinguerentur, baltheum ſiniſtrum addant, de quo CAROLVS LOSAEVS (a): *Les Baſtards des Seigneurs portent les armes des maiſons de leurs peres ſans autres diſtinctions ſi non de la Barre gauche*, id quod BOVVOR declarat (b): *avec vne Barre, prenant du haut des armoiries a gauche, et tirans contre bas, à droite.* Sic etiam in conſtitutionibus Lotharingiae eſt ordinatum (c): *Les baſtards barreront leurs ſurnoms en leurs ſignatures, et porteront les armes de leurs Peres barrées de barres traverſantes entierement l'eſcouſſon de gauche à droite, et ne leur ſera loiſible, n'y à leurs deſcendants d'oſter les barres.* Vocatur apud Gallos *La Barre*, quod idem eſt, ac repagulum, ſeu vectis peſſulum (d). Germanis dicitur *ein Strich*, inde prouerbium *Strich durchmachen*. Alias dicitur baltheus ſiniſter, *ein lincker Zwergbalcken*, vt palam fiat, tales non ex legitimo dextro, ſed ſiniſtro coitu progenitos exiſtere. Sic etiam in Edicto Alberti (e) Archi-Ducis de a. 1666. fuit ſtatutum. *On te beletten d'abuſen, die geſchiet zyn in t regard van de baſtarden, ende hunne descendenten, die heur vervvordert hebben te draghen met den taenanen van de oprechte ende Wettighe familien, de Wapene van de Selve, ſonder da er inne te ſtellen eenigh teecken van baſtardye, ſoo dat by banckeydt van tydem de descendenten von eenighen naluerlyken offt onwettighen Sone, dickmaels hun ſtellen onder de wettighe, ende verſaelcka heus-*

(a) *des Ordres c. VII. n. 95.*
(b) *in Arreſt. T. II. verbo Baſtard. qu. 3.*
(c) *Conſuet. Lothar. Tit. I. §. XII.*
(d) vide MENAGE *dict. Etymolog. voce Barre.*
(e) *art. XII.*

Digitized by Google

beusſieder ſucceſſerem rechtene ende prerogativen, door dien dat by den namen noch by de Wapenen niet en kan bekent worden eenighe differentie, noch onderſchegdt tuſſchen de Wettighe, ende de deſcendenten van de Baſtaerden. Wy wüllen ende bereden expreſſelyck, dat inde Wapenen van de Baſtaerden, ende natuerlycke (al Waeren die ock ghelegitimeert by onſe brieven, offt by die van onſe vvorſacter) ende hunne descendenten gebeſtelt ſy enne notable differentie ende ſonderlingh teecken: te Webem inde Wapenen von de Baſtarde offt on Wettighe, tenhaare, ende inde ghene van hunne deſcendenten eene remarquable note, verſcheyden van de ghene die ghetruckt worden by de ionghſte Sonen, deſcendente van Wettighen belde, op de boete van ſeſtigh Guldens wor elcke ouer bredinghe. Idem etiam a Philippo II. rege Hiſpaniarum per Edictum de d. 23. Septembris 1595. fuit ſtatutum (f).

§. XXXVI.

Teſtantur de eo etiam exempla. OLIVERIVS de la MARCHE (g) refert de baſtardo de Beurin: *Au jour ordonné Meſſire Bernard entra en liee armé de toutes armes, la culte d'Armes de Foix veſtüe à la Barre traverſant, comme il appartenoit à Baſtardt de cette maiſon.* Et porro (h): *le baſtard de Bourgoigne éſtoit paré de ſa cote d'armes de Bourgoigne à vne Barre de travers, pour montrer qu'il éſtoit baſtard.* Stephanus baſtardus *de la Baume*, ordinis Annuntiationis Eques geſtabat inſignia *de la Baume briſées d'un filet de ſable en barre ou contrebande*, et hinc adagia: *eſtre de contrebande, ou de coſté gauche.* Plures alii filo inſignia diſcreuerunt, et inter nobiliores Ioannes dictus baſtardt de Luxenbourg, Dynaſta de Haubordia, Aurei Velleris Eques (erat enim filius naturalis Walramii Luxenburgii comitis fani

(f) Apud CHRISTINAEVM *Iurisprud. Heroica P. I. f. 238. ſeqq.*
(g) *Memoires lib. I. c. XIX.*
(h) *c. l. c. XXXVII.*

Digitized by Google

fani Sancti Pauli) cuius inſignia ſic rupta, vide in ſubſelliis chori D. Gradilae Bruxellis et alibi (i).

§. XXXVII.

Alia tamen eſt ratio balthei dextri, qui a dextra in ſiniſtram ducitur, alia ratio baculi, alia balthei ſiniſtri. Ille etiam nota eſt plurium familiarum illuſtrium. De baculo ita loquitur, CHRISTOPHORVS BVTKENS *Trophées de Brabant* (k): *Cette forme de briſure eſtoit en ce temps, ſi commune, que la plus part des maiſons s'en ſervoient, les Ducs de Bourbon, les Comtes de Namur, et de Thiette, les ſires de Ninhove, Petegem, Beaufort, et autres de la maiſon de flandres, les ſires de Lidekercke, et de Boulers de la maiſon de garre, les ſires des Vervins de la maiſon de Coucy et autres en grand nombre, nous ſeruiront d'exemple, qui tous porteront le Baton pour briſure, et marque de laisnez: auſſi le Baſton n'eſt aucunement marqué de Baſtardiſe, mais bien le filet mis en baude, qui eſt vne briſure ordinaire des baſtards.* Nec baltheus ſiniſter ſemper eſt nota illegitimorum, cum etiam inter figuras honorarias Heraldicas locum habeat, et ſtirpibus nobiliſſimis ſit communis, ſed demum ſi aliae figurae ſuperinducatur, prout recte animaduertit, le LABOUREVR (l) dicens: *la barre n'eſt marque de baſtardiſe, que quand elle eſt appoſée ſur vn autre blaſon, autrement elle paſſe pour vn Enſeigne legitime et honorable.* Erat etiam olim indubitatum naturalitatis ſiue illegitimorum natalium indicium, ſi quis ea in parte ſcuti, quam *canton* appellant Heraldici (id eſt primo ſcuti quadrante tertia parte diminuto velut

 CLAV-

(i) CHRISTINAEVS *comment. ad Edictum Alberti Art. XII. §. VI. p. 33.*

(k) *p. 395.*

(l) *de l'Origine des armes n. 117.* SPENER. *op. Heraldico P. I. Membr. I. §. LXII.* PALLIOT la VRAYE *Science des Armoiries p. 82.* HÖPING *de Iure inſignium c. VII. n. 149.*

Digitized by Google

CLAVDIVS MENESTRIER (m): *Canton eſt vne partie quarte de l'eſcu vn peu plus petite que de quartier)* paterna geſtaret inſignia, reliqua parte ſcuti vacua relicta. Quod confirmat SOHIER: *Anciennement*, inquit, *la demonſtration de baſtardiſe conſiſtoit en ce, que les Baſtards portoient les armes de leur pere au premier canton d'un eſcu faux, eſtant vne marque aſſeurée, quand ſe trouvent des eſcuz de metaux, ou de couleurs, armoyez au ſeul premier canton, telles armoiries ſont de baſtards, ou deſcendants de baſtards* (n).

§. XXXVIII.

Ad inſignia autem gentilitia ferenda, requirebatur conſenſus paternus, vt pro filio vel filia naturali a patre illuſtri declarareturi. Exemplum habemus in Maria, Ludouici XI. regis Gallorum filia naturali, de qua ſequens Diploma exhibet PETRVS MATTHIEV (o): *Louis par la grace de Dieu Roy de france, à tous ceux qui ces preſentes Lettres verront, ſalut comme, puis n'agueres nous avons traité et accordé le mariage de noſtre chere et amée fille naturelle Marie, avec noſtre cher et feal Couſin Aymand de Poictiers Seigneur de S. Valier, par quoy ſoit bien expedient d'ordonner les armes, qu'il nous plaira, que noſtre dite fille porte: Sçavoir faiſons, que nous acertenez, que ladite Marie eſt veritablement noſtre fille naturelle voulant honnore elle et ſa poſterité, et qu'elle joüiſſe des honneur dignitez, et prerogatives, qu'aux enfans naturels des Princes appartiennent, pour la bonne amour et ſinguliere affection, qu'avons en elle, avons voulu et ordonné; voulons et ordonnons par ſes preſentes, que ladite Marie noſtre fille naturelle porte les armes de france, à la diference d'une Bande d'or, commençant au coſté ſeneſtre, ainſi que les enfans naturels*

(m) *Abrege methodique f. 114.*
(n) Verba ſunt CHRISTINAEI *c. I.* §. *VIII.* Vid. etiam de reliquis diſcernendis §. *IX. ſeq.*
(o) *Hiſt. Ludouici XI. c. XI. p. 736.*

Digitized by Google

rels ont accouſtumé le faire, de laquelle choſe faire, nous luy avons donné et donnons puiſſance et faculté perpetuelle. En témoing de ce nous avons fait mettre noſtre ſeel à ces dites preſentes. Donné à Molay l'onzieſme Juillet 1467. et de noſtre regne le ſixieſme par le Roy le ſire de cruſſol Maitre Pierre Doriole et autres preſens. L. Touſtrin.

§. XXXIX.

Optime vero ſpuriorum ſucceſſionem, quatenus ex naturae legibus fieri debeat, declarat PVFFENDORFIVS (p) dum ita loquitur: *Addendum et heic eſt, non leges duntaxat ciuiles, ſed et ipſam naturalem rationem magis fauere liberis legitimis, quam naturalibus, licet hi tantumdem trahant ex ſanguine paterno, quam illi. Nam qui praeter patris intentionem per vagam libidinem prouenerunt, nullo modo comparare ſe poſſunt cum his, qui procreati ſunt ad familiam propagandam, et vt quis ſuos haeredes haberet. Quod ſi quis naturalem ſuum filium in legitimi locum adſciſcere velit, id demum in libertate naturali fas erit, ſi legitimis liberis, aut quibus alias ius quaeſitum eſt, nulla inde laeſio inferatur: in ciuitatibus, quatenus leges ciuiles id permiſerint*, vid. l. 6. et 7. de naturalibus liberis. Apud ARISTOPHANEM in Auibus *recitatur lex Solonis:* Νόθω μὴ εἶναι ἀγχιστίαν, παίδων ὄντων γνησίων. Ἐὰν παῖδες μὴ ὦσι, γνήσιοι τοῖς, ἐγγυτάτω τοῦ γένους μέτειναι τῶν χρημάτων. Spurio non eſſe cognationem filiis exiſtentibus legitimis. Si autem filii non ſint legitimi his, qui proximi ſunt genere, participationem eſſe rerum. *Vbi autem alicui ex concubina potius, quae ipſi ſoli corpus addixit, ſobolem quaerere, quam ex iuſta vxore placuerit, in fauorem liberorum ex prioribus nuptiis genitorum; etiam expreſſa voluntate patris concubinae filii his poſthabebuntur, et accepta modica portione reliquam haereditatem iiſdem relinquent. Quod ſi tamen ideo concubinam ſibi iunxerit, vt ne iuſtae matris familias ſuperbiam* *aut*

(p) *Lib. IV. c. XI. §. IX.*

aut ſumtus toleraret, aut ob alias rationes politicas, aut etiam propter pactum aliquod matris familias dignationem illi noluerit impertire; tunc videndum eſt ex legibus ciuitatis vtrum taliter nati cum reliquis ex iuſta matre familias ſublatis admittantur, aut ſi hi non exſtent alios cognatos excludant. Nam citra leges poſitiuas ſi ſit, non video, quid taliter natis obeſſe poſſit; cum cohabitio patris ipſorum cum matre verum coniugium fuerit in terminis naturalibus: praeſertim ſi hic in ipſa educatione ac ſignificatione affectus paterni nullum inter ipſos diſcrimen fecerit, vnde putauerim filios Iacobi ex ancillis prognatos, etiam non extante diſpoſitione patris, cum reliquis ad aequas portiones fuiſſe ſucceſſuros; Quia nunquam diſpari eos modo a reliquis tractaſſe legitur. Quod ſi tamen expreſſe pater hoc prae ſe tulerit, quod ideo iuſtam matrem familias ſibi iungere noluerit, vt bona ſua ad proximos agnatos deuoluantur, (quod vt fiat quandoque rationes politicae ſuadent) *tunc etiam hiſce ex bonis paternis nihil licebit petere praeter alimenta, aut ſi qua praeterea voluntas patris legesue ciuiles aſſignauerint.* Add. BOECL. ad GROTII d. I. §. 8. *vti autem merum ius naturae diſcrimina ordinum ignorat: ita iuxta idem perinde eſt ſiue quis ex illuſtri, ſiue humili matre filium procreauerit modo ab hac fides coniugalis data ſit. Vnde ſic vbi deterioris conditionis ſunt liberi, ex minus nobili matre prognati, id ex legibus poſitiuis eſt. Quae vti rationibus politicis moueri poſſunt, vt legitimos iſtis anteponant, nec in defectu deſcendentium cum aſcendentibus ſimul admittant: ita ſi in ipſorum generatione nullum fuerit vitium, penitus eos excludi vix aequum videtur. Hi tamen omnino diſpeſcendi ſunt ab illis, qui geniti fuerunt ex concubitu, cui naturale vitium adhaerebat, puta ex adulterio, aut inceſtu. Qui vtut ex delicto parentum nihil reatus contraxerint,* (vid GRATIANVS c. 3. ſeqq. diſtinct. 56.) *idem tamen efficiet, vt alimentis cogantur contenti eſſe, nec admittantur cum illis, qui in ſpem haereditatis ſunt geniti. Quum*

in

Digitized by Google

in hos, dum generant, parentes haud quidquam contulerunt; dum id optant, vt flagitium ſuum perpetuo ſit occultum potius, quam vt per id velint producere, qui de turpitudine parentum publice velut teſtimonium dicant. GROTIVS (q) haud iniuſte diſtinguit inter regna, quae pleno modo poſſidentur, et in patrimonio ſunt, et ea, quae modum habendi accipiunt ex populi conſenſu. In his, naturales ex procerum ſeu populi voluntate, recte excludi, in illis vero quandoque poſſe admitti aſſerit, prout varia doceant exempla a nobis quoque adducenda. Nihilominus liberis naturalibus a ſucceſſione excluſis debentur alimenta. *Cur enim,* inquit PVFFENDORFFIVS (r), *miſera atque innocens proles alienum ob delictum fame periret, cum ſecundum naturam tantum valeant, quantum legitimi. Si tamen cum talibus concurrunt legitimi, iſti vix poſtulare poterunt, vt cum his ad aequales portiones admittantur, niſi expreſſe hoc parentes voluerint.* Hinc Sara ab Abrahamo poſtulabat, vt Iſmaelem ex Hagar natum eiiceret, ne cum ipſius filio caperet haereditatem. (s) Ex eodem capite Gileadi vxor Iephtah expellebat (t). Iacobus tamen filios ex duobus concubinis natos eiusdem iuris eſſe voluit cum legitimis, ex Lea atque Rahele progenitis. Sic etiam Egyptii filios ſpurios legitimis pares conſiderabant (u). Hinc bene GROTIVS (x): *Et quanquam ex damnato legibus concubitu natis nihil relinqui leges Romanae volebant, ſicut et naturalibus ne quid relinquere neceſſe eſſet, cauerat lex Solonis; Canones Chriſtianae pietatis hunc rigorem correxerunt, qui docent, qualibuscunque liberis id recte re-*

(q) *lib. II. c. VII. §. XIII.*
(r) I. N. et G. *lib. IV. c. XI. §. VI.*
(s) *Genes. XXI. v. 10.*
(t) *Iudic. XI. v. 2.* adde tamen PVFENDORF. *lib. IV. c. XI. §. IX.*
(u) DIODORVS SICVLVS.
(x) *lib. II. c. VII. §. IV. n. 3.*

Digitized by Google

relinqui, imo ſi opus ſit relinquendum etiam, quod ad alimenta neceſſarium eſt. Nec aliter capiendum quod dici ſolet, legitimam humanis legibus tolli non poſſe, quatenus ſcilicet in legitima inſunt alimenta neceſſaria. Nam quod ſupra eſt, tolli poteſt, non repugnante natura.

§. XL.

Interim varia non deſunt exempla, quae probant, liberos naturales in regna ſucceſſiſſe paterna. In antiqua Macedoniae regum hiſtoria poſt Alexandri M. mortem Aridaeus, licet frater Alexandri M. ſpurius eſſet, conſtitutus fuit rex Macedoniae, de quo IVSTINVS (y): *Deceſſit Philippus XL. et VII. annorum, cum annis XXV. regnaſſet; Genuit ex Saltatrice filium Aridaeum, qui poſt Alexandrum regnauit.* De eodem ſic ſcribit PLVTARCHVS (z): *natus hic ex obſcura fuit muliere et vulgante corpus Phibine, neque mentis compos, ex corporis vitio non natiuo neque ſpontaneo; imo vero perſpicue ferunt in puero duxiſſe feſtiuam indolem ac ignauam, poſt tamen, quum Medicamentis fuiſſet ab Olympiade vitiatus, mente debilitatum fuiſſe.*

§. XLI.

Philippus rex Macedoniae Perſeum, filium ex pellice natum, declarauit ſucceſſorem, de quo PLVTARCHVS (a) ſcribens: *Perſi regnum tradidit, quem non iuſtum ſed ſubdititium perhibent fuiſſe ex Gnathana quadam ſaltatrice ſusceptum.* Inter ipſum et Demetrium Philippi filium legitimum talem inſtituit comparationem LIVIVS (b): *Vulgus Macedonum, quos belli ab Romanis imminentis metus terruerat. Demetrium, vt pacis authorem cum ingenti fauore conſpiciebant: ſimul et ſpe haud dubia regnum ei poſt mortem patris deſtinabant. Nam*

(y) *lib. IX. c. VIII. lib. XIII. c. II.* CVRTIVS *lib. X. c. VII.*
(z) *Alexander* fine.
(a) *Arato* fine.
(b) *lib. XXXIX. c. LIII.*

Digitized by Google

Nam etſi minorem aetate, quam Perſeus eſſet; hunc tamen iuſta matre familias: illum pellice ortum eſſe: illum, vt ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere: hunc inſignem Philippi ſimilitudinem prae ſe ferre. Ad hoc Romanos Demetrium in paterno ſolio locaturos: Perſei nullam apud eos gratiam eſſe.

§. XLII.

Ex Eumene Bithyniae rege erat Ariſtonicus, non iuſto matrimonio, ſed ex pellice Epheſia, citthariſtae cuiusdam filia genitus, qui poſt mortem Attalii, velut paternum regnum, Aſiam inuaſit (c).

§. XLIII.

Inter Romanos imperatores Elagabalus occurrit, qui partus fuiſſe dicitur adulterinus, de quo AELIVS LAMPRIDIVS (d): *Hic tantum Semiamirae matri deditus fuit, vt ſine illius voluntate nihil in republ. faceret, quum ipſa meretricio more viuens, in aula omnia turpia exerceret. Antonino autem Caracallae ſtupro cognita, ita vt hinc vel varius vel Heliogabalus vulgo conceptus putaretur. Et aiunt quidam, Varii etiam nomen idcirco eidem inditum a condiſcipulis, quod vario ſemine, de meretrice vtpote conceptus videretur.*

§. XLIV.

In Graecorum imperio exeunte ſeculo XI. regnum quidem affectabat Alexius Comnenus, Manuelis nothus, verum a ſocero ſuo Andronico in carcerem fuit coniectus, de quo PROCOPIVS (e): *Is eſt, quem Manuel extra coniugium ſuſcepit, et Andronicus Irenae filiae, eodem modo natae, deſpondit, regnum affectantem paulo poſt comprehenſum, in carcerem coniectus. Deinde excoecatum, Chelem, relegat, et in turrim*

(c) verba ſunt IVSTINI *lib. XXXVI. c. IV.*

(d) *in vita c. II.*

(e) ANDRONICI *lib. I. c. X.*

Digitized by Google

rim ea de cauſa extractum compingit, etiam Ireniae filia extruſa et expulſa, quod maritum minime lugere iuſſa, ſi, vt piam filiam deceret, patris malis moueretur.

§. XLV.

Andronicus ſenior, qui apud Graecos exeunte ſeculo XIII. imperabat, eo adlaborabat, vt, excluſo a dignitate imperiali filio Andronico iuniore, Conſtantini filii ſpurium eueheret, conatu tamen fruſtraneo, prout IOANNES CANTACVZENVS (f) narrat: *Cum haec ad iſtum modum euenissent, Andronicus ſenior de eius obitu certior factus, in diuturno moerore iacuit; in pectus enim penitiſſimum tam boni filii occaſus deſcenderat. Exin quopiam malo daemone, de iis, qui in exitio hominibus machinando ſunt exercitati, aduerſus Romanorum felicia tempora dirum et immane ſpirante, quinimo* (vt verius loquar) *ipſo vniuerſam naturam procurante Deo ad delictorum noſtrorum, qua multitudine, qua grauitate infinitorum poenas expetendas permittente, Andronicus, decretum iam imperatorem nepotem ſuum Andronicum iuniorem, imperio ſpoliatum, in ordinem redigere, ac pro eo Conſtantinum filium Deſpotam imperiali Diademate exornare meditatur. Neque id tam ipſius Conſtantini cauſa, quam vt amplitudo imperatoria et iam ad Michaelem puerum ipſi Conſtantino ex Cathara pellice natum,* (qua et Catharus cognomen inuenit) *tanquam debita a patre hereditas, et quaſi ex compage perueniret. Hic igitur Michael generis ſui fontem ex matre vili et ignobili traxit, fuitque cetera quoque nullius pretii. Nam neque illi ingenium prudentia munitum erat, neque liberalium diſciplinarum peritiam vllam, neque militaris ſcientiae exercitationem vel mediocrem, neque demum quantamcunque indolem ad vllam adoleſcentiae decus et ornamentum prae ſe tulit. Nihilo tamen ſecius vehemens libido Andronicum imperatorem inuaſit, vt omnibus modis ab omni laude inopem ſplendidiſſimo, et altae cuiusdam mentis*

iis

(f) *Hiſt. lib. I. c. I.*

Digitized by Google

iis indigo principatui Romano praeficiendum exiſtimaret. Ergo vbi conſilium expediuit, nihil morandum ratus Michaelem a conſuetudine, conuictuque matris ſegregatum, domeſticum ſuum et contubernalem fecit, a latere ſuo nuſquam diſcedere paſſus eſt, et quaecunque legitime generatis honorifica tribuerentur in his eundem primas ferre voluit: Inſuper enixe operam dedit, vt in reſponſis ad legationes vnde miſſas, et in congreſſibus cum Epiſcopis aut alioqui cum viris ſapientibus, aſſidue in ſermonibus et colloquiis, quae auſcultatorem fere ipſo prudentiorem effecturae viderentur, coram praeſens adeſſet, atque attenderet. Sin imperatore diſceptante cum quopiam, forte fortuna abeſſet, pluribus continuo dimiſſis, vt magnum operae pretium faciens, eum aduocabat. Ac ſcopus quidem eius in ſpecie erat, vt ſi his rationibus illi honorem, auctoritatemque comparaſſet, Romanis velut nepotem imperatoris colendum, obſeruandumque perſuaderet: re autem vera, vt eum ad deſtinatum imperii faſtigium praepararet atque praecoleret, et ad imperialium functionum experientiam eueheret. Quanquam ipſemet poſt pacificationem cum iuniore Andronico, quo a ſe culpam remoueret, affirmare ſolitum ferunt, quae Michaeli facta eſſent, non aliqua vafritie, aut dolo malo, ſed incorrupte, nullo fuco et vafru facta eſſe. Ac propter altitudinem quidem gradus, quem tenebat, amoremque veritatis, cui in omni ante acta vita ſtuduerat, fortaſſis fidem eius reperiiſſet oratio, niſi rerum exitus poſtea declaraſſet, earum exordia non ſimplici et incorrupto, ſed ex callido commento potius et inſidioſis cogitationibus extitiſſe, id quod procedens narratio mox demonſtrabit.

XLVII.

Michaeli Angelo primo Theſſaliae duci ſucceſſit nothus filius Michael, dum tota eius cognatione extincta, omne locorum illorum imperium ad vnum hunc nothum fuit deuolutum. Huic filii erant Nicephorus, Ioannes

Michael, et quartus Ioannes natus, et ipſe, inter quos breui poſt diſtributurus erat ſuum principatum (g).

§. XLVII.

In Germanorum hiſtoria Carolomannus occurrit, Ludouici Germanici filius primogenitus. Huic ex legitimo matrimonio non erat nata ſoboles propter infoecunditatem coniugis, ſed ex quadam nobili foemina, Ludouicula Carentana, filium elegantiſſimae formae ſuſcepit, quem Arnulphum iuſſit nominari, ob recordationem Arnulphi Metenſis eccleſiae epiſcopi, de cuius germine ſua aliorumque Francorum profapia pullulauerat (h). Hic vero naturalis licet filius fuerit, depoſito tamen Carolo Craſſo, in generali conuentu Triburienſi a. 887. in regem fuit electus, adſignatis Carolo nonnullis reditibus in Alemannia ad victus neceſſitatem. Carolus quidem Alemannorum ope, contra Arnulphum bellum inſtaurare conabatur, ſed deficientibus iſtis, gratiam ipſius expoſcere neceſſum habuit, ita vt ad eundem dirigeret Bernhardum filium, quem ex pellice ſuſceperat cum Nobilis, eundemque eius fidei commendaret (i). Ex hiſce patet, Arnulphum equidem filium naturalem non iure haereditatis ſed electionis ſucceſſiſſe, Bernhardum vero, filium ſpurium a ſucceſſione fuiſſe excluſum. (k)

§. XLVIII.

Idem Arnulphus ex concubina Ellinrat (l) Zuende-

(g) NICEPHORVS GREGORAS *lib. II.* circa finem.

(h) REGINO ad a. 880. Sic etiam OTTO FRISINGENSIS *lib. VI. c. VII.* de Carolomanno *relinquens filium ex nobili foemina sed non legitima.* Adde *Hiſt. Germ. Per. IV. Sect. IV.* §. *XIV.*

(i) REGINO ad a. 887. CORPVS *Hiſt. Germ. c. I.* §. 68.

(k) REGINO, *Ann. Fuldenſes* ad ann. 887.

(l) Sic in Diplomate Conradi I. de a. 914. apud PETZIVM

Theſ.

deboldum progenuit Lotharingiae regem, qui patris hortatu, Ottonis comitis filiam duxit in matrimonium (m), et Radoldum, qui ſator eſſe dicitur comitum Andecenſium, quibus etiam in conuentu Forcheimenſi ſucceſsio fuerat deſtinata, ſi de legali vxore ipſi haeres non produceretur (n). Succeſſit tamen ipſi Ludouicus infans ex legitimo thoro prognatus.

§. XLIX.

De Gogidiſco Vandalorum rege apud Hiſpanos dicit PROCOPIVS (o): *Mortuo ibi anno 429. Gogidiſco, filii ſucceſſerant duo, natus iuſta matre familias Gontharis, Gizerichus aliter genitus, quorum ille aetate et ingenio ſecors: alter vero ad bella plurimum exercitus et ſolertia eximius.* De eodem dicit IO. VASAEVS (p): *Jornandes in literas miſit, Gogidiſco Vandalorum regi duos ſucceſſiſſe filios, Gontharim, quem nos Guadericum diximus, et Gizerichum, illum ex matrimonio legitimo, hunc nothum, cui, quod eſſet armorum peritus, et frater adhuc puer, rerum ſumma delata eſt.* Idem dicit IO. MARIANA (q), licet Mariana vtroſque fratres confundat.

§. L.

Sanctius Garſias, cognomento Maior, rex Nauarrae, Arragoniae, Suprarbiae, Ripacurtiae et Caſtellae, poſtquam a. 1035. occubuiſſet, tres reliquit filios legitimos, atque vnicum naturalem. Inter iſtos Garſias factus rex Na-

Theſ. Anecdot. T. I. P. III. p. 44. in quo: qualiter materna quaedam nomine Ellinrath, concubina videlicet Arnulphi Sereniſſimi regis.

(m) ANNALISTA SAXO ad a. 897.

(n) ANNAL. FVLDENSES, HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 889.

(o) *Hiſt. Vandal. lib. I. p. XII*

(p) *p. 462.*

(q) *lib. V. c. II.*

Nauarrae, Ferdinandus rex Caſtellae et Legionis, dictus Magnus et imperator, Gonſaluus rex Suprarbiae et Ripacurtiae, Ramirus vero nothus ex Vrraca vel Caia Ayvarii domina (r), eo quod reginam ab imputato adulterii crimine defendere pronus fuiſſet, vt defenſae innocentiae merces eſſet, factus rex Arragoniae (s) quod tamen re-

(r) MARIANA *lib. VIII. c. XIII. Erat regi* (Sanctio) *filius ex impari matre, quam alii Vrracam, alii Caiam nominarunt principe in Vaſconibus loco, Ramirus nomine.*

(s) *c. l. regina procerum precibus fatigata et filiorum lacrymis victa, veniam hac lege dediſſe traditur: vt Ramirus pretium operae atque defenſae innocentiae merces eſſet Arragoniae regnum, in quo natalium vitium eximia virtus et fides compenſarent, Garſias, penes quem potiſſimum eius tragoediae culpa fuerat, maternae ditionis atque imperii, ad quod legibus vocabatur, hereditate careret. Vtrumque patre Sanctio concedente factum. Nonnulli huius narrationis fidem eleuare conantur: ac potius Sanctii teſtamento et voluntate ditionem inter filios partitam fuiſſe arbitrantur, exemplo, quod Ferdinandus filius Sanctii alio tempore eſt imitatus. Nobis neutrum pro magnitudine ſatis compertum eſt.* IDEM *lib. IX. c. I. Inter Sanctii filios paternum regnum ita diuiſum eſt.* Garſias *natu maximus* Vaſconum regnum *obtinuit, atque* Cantabriae *ducatum: praeterea quidquid terrarum ab orbe Anagara vsque ad Aucae montes pertinet.* Ferdinandus *aetate proximus* Caſtellam *principatum, patre ſuperſtite et matre Nunnia concedente, auctus fuerat, comitis appellatione in regis nomen mutata. Gonſaluo e tribus Nunniae reginae filiis natu minimo,* Suprarbia *elata eſt, atque Ripagorſa, Lobarii et S. Emeteri arces.* Ramiro, *quem ex impari matre praecipue tamen nobilitatis genitum fuiſſe docuimus,* Aragonia *imperium fuit, detractis aliquot arcibus, quas prouidus pater, vt concordia inter fratres conſtaret, in Garſiae ditionem contradidit. Reges omnes appellati, vnde inteſtina bella nata, motusque exitiales: dum ſinguli magnitudinem paternam aequare ſtudent, ſeque anguſtis finibus clauſos eſſe dolent.*

Digitized by Google

regnum arctis tunc limitibus circumcludebatur. Poſtquam autem Gonſaluus a. 1045. a Ramoneto Vaſcone ex Venatione redeuns ad Montcluſum pontem, ex inſidiis ac proditorie fuiſſet occiſus, regni Suprarbiae et Ripacurtiae imperio, ſtatibus regni eum eligentibus, fuit auctus. Hic vero (t) praeter filios legitimos ex Concubina progenuit Sanctium, quem Ayuaris, Xabienis et Latris, praeterea Ripargorſae comitis nomine, principatu auxit. Verum nulla prole ſuscepta ad veterem regum ditionem hae vrbes ex aliquo interuallo redierunt (u).

§. LI.

Alphonſus V. dictus ſapiens et Maganimus Arragoniae rex, qui d. 27. Iunii 1458. ſine legitima prole deceſſit, Neapolitanum regnum, quod ſeparato iure fuerat adeptus, tanquam rem propriam, Ferdinando filio notho, quem ex Valentina iuuencula ſuſceperat, reliquit, (x) poſtquam inter ipſum atque Eugenium Pontificem foedus fuiſſet concluſum, hiſce conditionibus, vt Pontifex in Alphonſum, ceu legitimum regem, iura Neapolitani regni conferret, et Ferdinandum eius filium regni heredem legitimum declararet (y). Attamen apud Ioannem Alfonſi fratrem, qui illi in Arragoniae regno ſucceſſit, et Ferdinandum Ioannis filium, quum Alfonſus id Arrago-

(t) MARIANA *lib. IX. c. II. Commodum Ramiro accidit Ripargorſae et Suprarbii imperio auctum eſſe Gonſalui fratris morte, quem ſalitiis anno milleſimo quadrageſimo quinto*, (alii ſuperſtite patre id contigiſſe ex veteribus ſchedis diſputant) *Ramonetus Vaſco ad Monclusi pontem e Venatione redeuntem ex inſidiis ac proditorie interfecit.*

(u) Verba ſunt MARIANAE *lib. IX. c. II.*

(x) MARIANA *lib. XXII. c. XVIII. Neapolitanum imperium, quaſi armis partum Ferdinando filio notho legauit.*

(y) PANDVLPHVS. *Collenutius lib. VI. p. 448.* RODERICVS *Sanctius p. IV. c. XXVIII.*

goniae regni armis et pecuniis adeptus eſſet, iure ad id regnum ſpectare, ad illud tempus tacita querela fuerat: quam Ferdinandus Hiſpanica arte et patientia, non modo debitis inter propinquos officiis, cum Ferdinando Neapolitanorum rege et ſucceſſoribus non praetermiſſis, ſed etiam nouae affinitatis vinculo auctis texerat: Ferdinando enim Neapolitano regi, Ioannam ſororem ſuam in matrimonium dedit, et vt altera Ioanna illius filio Ferdinando iuniori nuberet, aſſenſus eſt: nec tamen efficere potuerat, quin cupiditas ſua multo ante Neapolitanis regibus innoteſceret. Eadem itaque cupiditate in Ferdinando et Galliae rege conſpirante, alter vt impedimenta et difficultates remoueret, alter vero, vt eius, quod diu optauerat, partem adipiſceretur, cum ad totum occupandum nulla occaſio appareret, Neapolitanum regnum eodem tempore inuadere pacti ſunt (z). Praeter dictum Ioannem Neapolitanum regem Carolus Viennae princeps a proceribus inductus (a). Renatus dux Andegauenſis, ex iure antiquo, atque Calixtus III. Papa ex iure feudi antiquo, adpetebant. Licet autem dictus Papa IV. Idus Iulii 1458. grauiſſimo mandato prohibuiſſet, ne populus Nea-

(z) GVICCIARDINVS lib. V. p. 453. IO. MARIANA lib. XXII. c. XVIII. de Alfonſo: *Teſtamentum pridie mortis nuncupauit, quo Ioannem fratrem regem Vaſconum Arragonii regni heredem ſcripſit. Neapolitanum regnum quaſi armis partum Ferdinando filio notho legauit, vnde magni motus concitati ſunt, bellaque, reginae nulla mentio.*

(a) MARIANA lib. XXII. c. XIX. *Maior a Calixto Pontifice, vnde minus expectabatur, tempeſtas extitit. Qui notho deferendum regnum Romanae Eccleſiae vectigale negabat, illiusque integrum ius ad ſe reuocatum contendebat: nimirum Petro Borgiae quem Spoleti in Vmbria Ducem crearat, importuna ambitione, (comparabat) confecta ſenex aetate, et fortunae, in qua natus erat, immemor.*

Digitized by Google

Neapolitanus cuiquam principi ſacramento ſe obſtringeret. Mortuo tamen Calixto III., Pius II., poſtquam inter ipſius et Ferdinandi legatos d. 17. Octobris 1458. conueniſſet, ipſum in hoc regno confirmat, atque decretum Calixti III. reſcindit. Inde non ſolum per ſingulare decretum IV. Idus Nouembris 1458. dictum regem Ferdinandum, tanquam Alfonſi regis Primogenitum, pro ſe et ſuis liberis ex recta linea et ſuo corpore legitime deſcendentibus natis et naſcituris in dicto regno confirmat, ſed etiam dato ad Cardinalem Labineum decreto, ipſi mandat, vt Ferdinandum corona cingat (b). Praeter Ferdinandum Alfonſus V. reliquit Mariam Leonelli Ateſtini Marchionis Ferrarienſis vxorem et Eleonoram nuptam Maria Marzono, Duci Sueſſae et principi Ruxani (c).

§. LII.

In eodem Hiſpaniae regno Alfonſo XI. a. 1350. ſuccedebat filius Petrus crudelis, qui tamen eo quod multos proceres ferro interemerat, et repudiata Blanca vxore, Padillam concubinam duxerat, quae omnia turbabat, factus fuit exoſus (d). Dum iſte fratres ſuos, atque inter hos, Henricum filium naturalem perimere cogitaret, iſti ad Petrum Arragoniae regem confugiebant. Hic, licet Petrus Caſtellae rex ſub initium Valentiam inuaderet, et in

(b) Singula Acta exhibet MÜLLER *Friderico IV. P. III. c. XIV. §. XXII. ſeqq.* MARIANA *lib. XXII. c. XIX. magnae molitiones Pontificis obitu diſſipatae. Deceſſit octauo Idus Auguſti. Id commode Neapolitanis rebus accidit.* AENEAS SYLVIUS SENENSIS, *ex Piccolomonea gente Pontifex, Pii ſecundi appellationem pace Italiae reſtituta ſanxit, adhibitoque conatu ad pium bellum inſtaurandum, Ferdinandum regem nuncupat, ea duntaxat exceptione, ne factum praeiudicio cuiquam eſſet.*

(c) IMHOF *Hiſt. Hiſp. et Ital. Geneal. p. 81.*

(d) MARIANA *lib. XVI. c. XV.*

Digitized by Google

in eo regno hoſtiliter ageret, nec inſtante licet Papa Arragonio pacem concedere vellet, ope Gallorum eorumque, qui ex Caſtellae regno aufugerant, idemque regnum denuo inuadebant, Henricum fratrem naturalem regem proclamari faciebat. Aſt dictus Caſtellae rex Baionnam Guaſconiae fugiebat, quam prouinciam Angli tunc tenebant. Horum ope Henricum fratrem profligabat (e), atque multos procerum perimebat, ideoque a Papa fuit excommunicatus (f). Henricus vero a Gallis ſuffultus Petrum apud Toledum deuictum multis vulneribus in tentorio confecit (g), qui poſtea in Caſtellae regno ſucceſſit, atque ad poſteros ſuos Caſtellae regnum deuoluit, qui tamen cum Heinrico IV. deſierunt atque Caſtellae regnum ad Arragonios deuenit. Et licet Ferdinandus Luſitaniae rex ob auiam ſuam Beatricem Caſtellae regnum praetenderet, Henricus tamen ipſum, dum in Luſitaniam pergeret,

(e) POLYDORVS VERGILIVS *Hiſtor. Angl. lib. XIX. p. 495.* MARIANA *lib. XVI. c. X.*

(f) MARIANA *lib. XVII. c. I.* BZOVIVS *Contin. Baronii ad ann. 1367. §. II.*

(g) MARIANA *lib. XVII. c. XIII. Ergo Petro rege in Clakini tentorium ingreſſo, ac de fuga meditanti, occurrit Henricus primumque attonito ſimilis ſubſtitit, facinoris magnitudine credo, an quia inter ſe diu non viderunt. Fluctuabant inter ſpem et timorem omnium, qui aderant, animi. Monet Gallus intenta in tyrannum manu, eum hoſtem ſuum eſſe. Petrus ego, inquit, ego ſum: vulnus in faciem pugione illi ab Henrico eſt inflictum, mox brachiis inter ſe eluctantibus, vterque proſtratus eſt ad terram. Henricum vt fama fert, Clakino ineunte ſubſtratumque voluente, multis vulneribus confectus eſt. Petrus tetrum ſpectaculum, regem regumque progeniem in ſuomet ſanguine volutari, a notho fratre caeſum.* RITIVS *l. III. p. 1180.* RODERICVS SANCTIVS *P. III. c. XVIII.* ALPHONSVS *in Carthagena c. LXXXVIII.*

Digitized by Google

ret, Liſabona obſideret, vt Caſtellae regno renuntiaret, coegit.

§. LIII.

Ferdinando rege in anno 1383. ſine maſculis defuncto, in Luſitaniae regno ſuccedere volebat Ioannes I. Caſtellae rex et quidem ex iure vxorio, quod coniux ipſius Beatrix dicti Ferdinandi eſſet filia, tanto magis, quod in contractu matrimoniali fuerit decretum, vt Beatrix patri, ſi contingeret ipſum excedere ſine prole maſcula, ſufficeretur in regno Luſitaniae, idque iuramento fuerit confirmatum, ipſique tanquam regni heredi adclamatum (h). Verum dum Luſitani Caſtellanis ſubiici nollent, Beatricem tanquam adulterinum partum recuſabant. Ferdinandus enim Eleonoram Tellez Ioannis Laurentii de Acunna conſanguineam et coniugem, viuo adhuc marito, quem in exilium miſerat, duxerat in matrimonium, quod ſine Papae conſenſu contractum, fuerit nullum, potius Luſitani Ioannem filium Petri naturalem ex pellice Thereſia prognatum (i), magiſtrum Auiſenſium patriae defenſorem acclamant, ne Beatrix in regno admitteretur. Irritatus publica defectione Caſtellae rex, ſeſe Monarcham Luſitaniae facere ſtatuit, ſed fruſtra: non enim in regionem admiſſus cogitur regredi re infecta. Leonora inſtigat, et cum exercitu numeroſo fortiſſimo Vlyſſiponem adit, eandemque maritimis copiis et terreſtribus aggeribus obſidet, ſuperaturus, ni peſtifera lues, cui reſiſtere miles non potuit, ſuppetias tuliſſet Luſitanis. Regreditur inde in Caſtel-

(h) IO. CARAM. LOBKOWITZ *Philippo prudente p. 144.*

(i) IO. MARIANA *l XVII. c. I. Succeſſit Petrus noua prole ſuperiore menſe auctus ex Thereſia Calaeca, quam, Agnete Caſtria a patre interfecta, amicum habebat, formae excellenti venuſtate, nulla praeterea aut animi aut corporis dote. Prole Ioanni nomen fuit: cui coelum patrium auctumque regnum deſtinabat.*

Digitized by Google

ſtellam, redeuntegrato exercitu, ſequenti vere Vlyſſiponem inſtructior et fortior aduenturus, et obſeſſurus: Comitia celebrantur Conimbricae, vbi Ioannem, quem ante patriae propugnatorem acclamarant, regem creant (k). Decernit Caſtellanus diadema illegitimo notho conceſſum, legitimo iure deiicere. Congregat fortisſimum militem, et rurſus traiecit in Portugalliam. In Algibarulta a. 1386. bellum inſtat, vbi Caſtellani aduerſo Marte conferentes vincuntur. Ioanni Notho regnum Luſitaniae confirmatur (l). Interim ex eo minime eſt concludendum, ſucceſſionem liberorum illegitimorum ideo apud Luſitanos obtinere, quod ſatis refutauit ABLANCVRTIVS (m).

§. LIV.

(k) De hoc IOANNE MARIANA *l. XVIII. c. VII. Erat Auiſii Magiſter ob multa ingenii bona, elegantiam, liberalitatem, comitatem, populo aeque, ac proceribus carus, acceptusque, dignus tantum, qui ex concubina ortus non eſſet, neque acceptum deinde imperium in quemquam grauius aut ſeuerius quam in ſemetipſum exercuit.* IDEM *l. XX. c. I. Vni Luſitani optima pace florebant: nouusque rex vitium natalium optimis actionibus compenſare non deſiſtebat, regnumque nouis operibus illuſtrare.* ANSELME *Hiſt. Geneal. p. 268*

(l) MARIANA lib. XVIII. c. VII. VIII. IX. VASCONCELLVS p. 147. LOBKOWITZ *Philippo prudente* p. 145. *qui etiam Ioannis Regimen adgnoſcit pro illegitimo et Caſtellani regis ſucceſſionem defendit.*

(m) Sic enim ABLANCOVRT *Relation de la Cour de Portugal. p. 232. On dit aujour d'hui communément en Portugal que les Enfans naturels du Roi ont droit de ſuceder à la Couronne, au defaut d'Enfans legitimes: mais je crois que cette opinion eſt contraire à l'honneur de la Nation. Si les Enfans naturels des Roys euſent eûe droit à la Succeſſion, Jean ſecond, qui gouverna avec vn pouvoir plus abſolu, qu'ait jamais fait aucun Roy de cette Nation avant, ni après, auroit ſans doute laiſſé la Couronne à ſon fils naturel, Dom George Duc de Coim-*

Digitized by Google

§. LIV.

Frequentia ſucceſſionis nothorum apud Gallos reperiuntur exempla. Sr. du HAILLAN de horum ſucceſſione ſic ſcribit (n): *Et pour revenir aux anciens Apannages des Roys, ſur ce qu'ils partiſſoient par egales portions, ſans qu'il y euſt droict d'aisneſſe, chacun (comme il a eſté dit) tenoit ſa part à tiltre de Royaume, et les Baſtards aduoüez heritoient auec les legitimes. Les Chroniques les appellent Roys de Paris, de Soiſſons, d'Orleans et de Mets, par vne façon ancienne de parler qu'on intituloit les Princes, du nom de la ville*

Coimbra, de qui ſont deſcendus les Ducs d'Aveiro, (maintenant en Eſpagne) Car enfin, il fit tout ce qu'il put, pour lui obtenir la Succeſſion, mais toûjours en vain; puis qu'il fut obligé avant ſa mort de reconnôitre pour ſon Succeſſeur Dom Emanuel alors Duc de Beja, dont ce Roy avoit tué le frére, de ſa propre main. Quand Dom Antoine pretendoit à la Couronne, apres la mort du Cardinal Henri, il auroit mis fin à la grande diſpûte, qui étoit alors ſur le tapis au regard de la Succeſſion, ſi les Enfans naturels y euſſent eû droit. Mais il étoit lui même bien éloigné de croire qu'ils euſſent un tel droit: auſſi fonda-t-il ſa pretention ſur vn mariage ſuppoſé entre Dom Loüis fils d'Emanuel, et ſa mere. C'étoit veritablement vn grand préjugé contre lui, que le Soupçon où l'on étoit, que le Judaisme rouloit, dans le Sang de ſa Mere. Neanmoins, les Juges établis par Henri pour décider la diſpute, allequerent ſon caractére d'illégitimité comme la cauſe ſuffiſante et vnique de ſon Excluſion. Le ſeul fils naturel, qui ait jamais régné en Portugal, c'eſt Jean premier, il ne prétendit toute fois jamais avoir aucun droit à la Succeſſion de la Couronne, mais obtint cette Couronne par l'Election des Eſtats aſſemblez dans le temps que le Thrône étoit declaré vacant: les autres Prétendans étant alors priſonniers en Caſtille, et ce qui étoit pis, déclarez illégitimes par les Etats mêmes, (juſtement, ou injuſtement, c'eſt vne autre queſtion) Tellement que fils naturel, on jugea à propos, dans ce cas de neceſſité, d'élire Dom Jean, préferablement à touts autres.

(n) *lib. III. p. 233. b.*

capitale de leur Eſtat: chacun desdicts Roys ſe nommoit Roy de france, et pour ſa deſignation on adjouſtoit tenant ſa principale Cour à Paris, où autre ville capitale de ſon partage et obeiſſance, ce qui les à faicts eſcrire Roys de Paris, d'Orleans, de Soiſſons et de Mets. Nous avons dict que les Baſtards ſuccedoient, comme il ſera monſtré par les exemples ſuivans. Thierry Baſtard de Clouis, eut pour ſon partage le Royaume d'Auſtraſie: Sigibert Baſtard du Roy Dagobert premier, partagea auec Clouis ſecond ſon frere legitime, et fut Roy de la france Orientale: Loys et Carlomann Baſtards du Roys Loys le Begue, furent couronnez Roys pluſtoſt, que le Roy Charles le Simple leur frere legitime. La troiſieſme lignée à du tout rejecté les Baſtards, non ſeulement de la couronne, mais auſſi de l'adueu, et ſur nom de france; ce qui neantmoins eſt permis aux Baſtards des Roys, lesquelles ont eſté advouées, nourries, receues, et nommées du nom de france, ou du nom de quelque principauté de la couronne, les autres advouées ſeulement par eſcrit. Le Roy Charles ſeptieſme advoua ſa fille Baſtarde Marie, luy fit porter le ſur nom de Valois, et la maria à Olivier de coitivi, Seigneur de Taillebourg fils de Pregent de Coitiui Admiral de france. Il eut une autre Baſtarde nommée Marguerite de Valois, qui fut mariée au Seigneur de Belleville en Xaintonge, et une autre encore nommée Charlotte à laquelle il fit porter le ſur nom de france qu'il maria a Loys de Breze grand Seneſchal de Normandie. Loys onzieſme eut une Baſtarde nommée Jeanne de france, qui fut mariée à Jean Baſtard de Bourbon, Comte de Rouſſillon et Admiral de france, et le Roy Henry deuxieſme â laiſſé une fille naturelle qui s'eſt longuement nommée et ſignée Diane Baſtarde de france mais depuis quelques jours elle a éſté legitimée, et eſt mariée à François Duc de Mommorancy. Sequitur IO. LIMNAEVS (o), qui de regum Francorum liberis naturalibus ſic ſcribit: Illorum fortuna et conditio, pro diuerſitate tem-

(o) *Notitia regni franciae lib. II. c. XXII.*

temporum et trium familiarum regiarum, diuerſas nobis oſtendit facies. In prima, quae Merouingiorum dicitur, non ſolum Clodoueus, ex illegitimo concubitu natus, ad regnum admiſſus fuit, ſed etiam poſtea illegitimi ſoli, vel vna aliquando cum legitimis, in illud ſucceſſerunt. In ſecunda, quae Carolingorum fuit, itidem ex illegitime natis in regnum ſucceſſerunt, Ludouicus et Carolomannus, filii naturales Ludouici Balbi, vt communior fert opinio. In tertia, Capetiorum nempe familia, illegitime nati ad regnum omnino non admiſſi fuerunt, ſiue, quod a Carolo M. iam olim lex lata, ſub hac familia ſtrictius obſeruari coeperit. Ac, quo paci publicae magis conſuleretur, illegitimi regum filii tunc Eccleſiaſtico ordini aſſociati fuerunt, quod tamen fieri poſtea deſiit, ac non ſolum naturales illi, ex concubinatu cum illuſtribus perſonis nati, a regibus pro filiis habiti, ſed etiam ad omnia legitimati, (ſola ſucceſſione in regnum excepta) et eis collocatus honor, vt immediate ſequantur principes ſanguinis. Praetendunt etiam ipſi, nomen principum naturalium regni, et principes audiunt: idque nobilitati ſanguinis paterni conueniens eſt. Quare etiam PIGANIOL de la FORCE (p) dicit: *Les fils des Roys eut toujours partagé presque également. Les fils naturels étoient traitez de même, que les legitimes. Thierry fils de Clouis et d'une concubine, partagea en aîné avec ſes freres cadets, née en legitime mariage.*

§. LV.

Inter exempla potiſſimum eſt, Clodouaeus, Childerici ex Baſina, Baſini Thuringiae regis vxore, quae relicto marito ad ipſum acceſſerat, filius adulterinus, de quo

(p) *Deſcription de la France T. I. p. 75.*

Digitized by Google

quo GREGORIVS TVRONENSIS (q): *his ergo regnantibus ſimul Baſina illa, quam ſupra memorauimus, relicto viro ſuo ad Childericum venit. Qui cum ſollicite interrogaret, qua de re ad eum de tanta regione veniſſet, reſpondiſſe fertur:* Noui, *inquit*, vtilitatem tuam, quod ſis valde ſtrenuus: ideoque veni, vt habitem tecum. Nam noueris, ſi in transmarinis partibus aliquem cognouiſſem vtiliorem te, expetisſem vtique cohabitationem eius. *At ille gaudens, eam ſibi in coniugio copulauit. Quae concipiens, peperit filium, vocauitque nomen eius Clodouechum: Hic fuit magnus et pugnator egregius.*

§. LVI.

Clodouaeus antequam Chlotildem Burgundiae regis filiam duceret vxorem, filium ex concubina genuit Theodoricum (r), qui tamen vna cum ipſius filiis legitimis ſucceſſit, factus rex Auſtraſiae (s). Defuncto Clodouecho rege, quatuor filii eius, id eſt Theodericus, Chlodomeris, Childebertus, atque Chlotacharius regnum eius accipiunt, et inter ſe aequa lance diuidunt. Hinc BERNARD GIRARD. (t), *Clouis auſſi laiſſa vn Baſtard nommé* Thierry, *qui eut l'Auſtraſie, et les pays de deça le Rhin, jusques à Rheims, et fut apellé Roy de Mets.*

§. LVII.

Ex ſeculo ſeptimo adlegari ſolet Dagoberti I. exemplum, qui ex Ragnetrude, progenuerit filium Sigebertum, ipſius vna cum Clodouaeo III. ex Nantilde ſucceſſor. Verum, licet Polygamus fuerit Dagobertus, tamen ipſius coniux erat Ragnetradis. Sic enim de ea AIMONIVS (u): *Por-*

(q) *lib. II. c. XII. Geſta epitomata.*
(r) GREGOR. TVRONENS. *lib. II. c. XXVIII. Hiſt. Franc. Epit. c. XX.*
(s) Idem *l. III. c. I.* AIMOINVS *l. II. c. I.*
(t) *de l'Etat des affaires p. 233.*
(u) *lib. IV. c. XIX.*

Porro VIII. anno regni ſui, cum (more regibus aſſueto) ſuperiores Franciae partes peruagaretur, moeſtusque eſſet, quod filium non progeneraret, qui poſt ſe regnaret, puellam quandam Ragnetrudem nomine thalamo ſibi ſociauit: ex qua filium eo anno ſuſcepit. Et FREDEGARIVS (x) Anno VIII. *regni ſui cum Auſter regia cultu circuiret, quandam puellam, nomine Ragnetrudem ſtratui adſciuit ſuo, de qua eo anno habuit filium nomine Sigebertum.*

§. LVIII.

Ex Carolingica equidem familia exemplum allegatur Carolus Martellus, quem Pipinus Heriſtallus ex Alpaide progenuit. Hanc vero Alpaidem quidam vocant Pipini Concubinam (y). Verum, dum plerique ſcriptores Francici ipſam vocent vxorem, legitimum (z) eum partum fuiſſe crederem. Nullum potius in hac periodo exem-

(x) *c. LIX.*

(y) Sic enim le P. ANSELME *Hiſtoire Genealogique et Chronologique de la Maiſon Royale de france p. 19. femme, ou plûtôt Concubine, Alpaide.* Et ſtatim: *Le Pere* Petro *Jeſuite et M.* Louis Chanterean le Febure *diſent, qu'elle étoit ſa concubine.*

(z) Sic enim MONACHVS EGOLISMENSIS p. 69. *Et ipſe Pipinus breuis de* Vxore *ſua* Calpiade *genuit Carolum Martellum.* ANNALES FVLDENSES ad ann. 714 Huius (Pipini) *filius Karlus ex Altheyde, quam poſthabita priore coniuge Waltrade duxit Vxorem.* Exinde hoc factum fuiſſe videtur, quia adhuc viua priore Vxore Waltrade fuit ducta. GESTA *regum Francorum c. XLIX. Habebatque Pipinus praefatus princeps filium ex alia Vxore, nominè Carolum, virum elegantem, egregium atque vtilem.* FREDEGARIVS *c. 103. Igitur praefatus Pippinus aliam duxit* Vxorem, *nobilem et elegantem, nomine* Alpheidam, *ex qua genuit filium, vocauit nomen eius lingua propria* Carlum. Saltim Fragmentum Erchanberti apud du CHESNE Tom. I. p. 781. dicit: *Carlus, filius Pippini ex Concubina.*

Digitized by Google

exemplum videmus ſucceſſionis filiorum illegitimorum; inde nullum ex Caroli M. filiis naturalibus ſucceſſiſſe nouimus.

§. LIX.

Nec in tertia periodo tale reperiemus ſucceſſionis exemplum. Hugo Magnus, eiusdem Hugonis Capeti pater, Raingartam habuit vilis conditionis foeminam (a). Nepos ipſius Robertus rex Galliae ex concubina Amalfreda domina de Noyent genuit Amaluicum (b). De Hugone Capeto traditur, ipſum ſpuriorum ſucceſſionem lege publica ſuſtuliſſe, quod tamen ſatis refutauit PERE DANIEL (c) ita ſcribens: *Comme Hugues Capes fut un grand Prince, ſage, prudent et politique, il à plu ſur ce préjugé à quelques-uns de nos Hiſtoriens modernes, de luy faire honneur de certaines Loix ou ordonnances tres-utiles à l'Etat, mais qui ne furent jamais faites par ce Prince, ni meſme, par aucun autre, de moins on n'en à nulles preuves dans les anciens Ecrivains. Ce ſont de certains uſages, qui ſe ſont etablis inſenſiblement par le conſentement mutuel des Princes et de la Nation, et qui par la ont paſſé comme en Loy avec le temps. Vn autre uſage regarde l'excluſion des fils naturels des Roys, meſme au defaut des fils legitimes, en ſorte que la ſucceſſion, au prejudice des fils naturels, paſſe aux collateraux, en gardant l'ordre des degrez de parenté. Cette Coûtume avoit deja lieu, en france, ſous la ſeconde Race, où aucun Baſtard reconnu conſtamment comme tel, ne ſucceda à la couronne. On pouvoit conteſter à Louis le Begue, la qualité d'enfans legitimes de ce Prince, mais il*

(a) *Hiſtoria Epiſcoporum Autisſiodorenſium c. 47. Heribertus Francigena filius Hugonis Ducis cognomento magnus ex concubina Raingarda nomine, nobilitatem paternam materna diſparitate obliquauit.*

(b) IMHOF. *Geneal. M. Britann. p. 136.*

(c) *Hiſtoire de france T. I. p. 1014.*

Digitized by Google

Il y avoit auſſi de grandes raiſons en leur faveur. Ainſi l'affaire eſtant douteuſe, et leur parti ayant prévalu, ils paſſerent pour legitimes. Hugues Capet ne ſtatua rien non plus la deſſus, et ne fit que ſuivre les uſages deja etablis, en faiſant l'unique ſucceſſeur de ſa couronne ſon fils legitime Robert, ſans donner aucune part dans ſa ſucceſſion à Gauſlin ſon fils naturel, qui fut Abbé de Fleury, et Archevéque de Bourges. Hinc, non tam lege, quam conſuetudine potius, excluſio baſtardorum a ſucceſſione apud Gallos inualuit. In charta Diuiſionis inter Ludouici Pii liberos de ann. 814. (d) de liberis naturalibus cauetur: *Si vero absque legitimis liberis aliquis eorum deceſſerit, poteſtas illius ad ſeniorem fratrem reuertatur. Et ſi contigerit, illum habere liberos ex concubinis, monemus, vt erga illos miſericorditer agat.*

§. LX.

Vterius Britonum rex vetuſtiſſimus, qui ſeculo V. vixit, inter maximos aetatis ſuae reges poterat recenſeri, niſi flagitio foedo cum ingenti ſcelere coniuncto, magnis virtutibus maculam aſperſiſſet. Erat inter principes Britannorum Gorlois virtute et potentia clarus. Eius Vxorem Igernem forma praeſtantem, Vterius adhuc priuatus deperibat. Sed cum omnia circa eam obſepta pudicitia libidini eius obſtarent, tandem per Merlinum, hominem audacem et maleficum mulieris continentiam expugnat. Ex hac ſtupri conſuetudine natus eſt ei filius Arcturus. Vterius legitima vxore mortua, liber a vinculis nuptialibus, et rex factus (vt ſibi perſuadebat) ſolutus legibus, cum Igernes deſiderium ferre non poſſet, temerarium ex amore conſilium capit. Crimine aduerſus Gorloim conficto, arcem eius obſeſſam capit: ipſum interimit, Igernem Vxorem ducit, et Arcturum filium agnoſcit:

(d) *l. XIV.* Extat apud BALVTZIVM *capit. T. I. p. 574.*

Digitized by Google

atque omni indulgentia in ſpem regni educat; Vt autem vxoris infamia (quando tegi non poterat) ſaltem eleuaretur, fabulam confingunt, non diſſimilem ei, quae de Ioue et Alcmena in theatris ſaepe agitata fuerat. Vterium ſcilicet arte Merlini in faciem Gorloidis verſum, primam cum Igerne habuiſſe conſuetudinem. Et erat is Merlinus, qui prauo potius, quam nullo facinore vellet nobilitari. Arcturus igitur, ex hoc furtiuo congreſſu genitus, vbi primum e pueris exceſſit, non ſolum corporis lineamentis ſed animi etiam indole talis apparuit, vt et parentum et reliquorum ciuium animos oculosque in ſe conuerteret, et futurae magnitudinis multa indicia exhiberet: eumque mortuo patre, omnes regem ſibi deſtinarent, et pater, hoc velut populari omine laetus, vulgi cupiditatem ita omni arte fouebat, vt iam cuncti in certam ſpem venirent, ſe non alium regni heredem habituros. Vterio, cum ſeptemdecim regnaſſet annos, vita functo, ſtatim ei ſuffectus fuit Arcturus, multum obnitente Lotho rege Pictorum, qui ſuos Liberos (binos enim habebat ex Anna Arcturi amita natos, iam tum pueritiam egreſſos) grauiter querebatur, regno fraudari, ſpuriumque ex adulterio genitum, eis praeferri. Contra Brittones vniuerſi pro Arcturo ſtabant: ac pro ſpurio habendum, negabant, quod Vterius matrem eius, etſi eo iam nato, Vxorem tamen duxiſſet, iisque nuptiis filium legitimi loco ſibi recepiſſet, atque ex eo ſemper eum pro legitimo habuerit. Sed quanquam hunc iuris colorem praetenderent, plus tamen Arcturo profuit praeclara indoles, et Virtutum ſpecimen ſaepiuſcule exhibitum, et velut tacita quaedam in omnium animos impreſſa diuinatio, de eius claritate futura. Adeoque omnes in eius partes ierant praecipites, vt Lothus, non ſolum illa iuris ſpecie (quae certe poſt id ſemper in Britannia valuit, ſed ſtudiis et populari gratia ſuperatus a re-

Digitized by Google

regno petendo deſtiterit, eoque facilius, quod liberos, quibus regnum petebat, Brittonibus infenſis committere non auderet. (e)

§. LXI.

Seculo decimo occurrit Adelſtani exemplum, qui filius erat Eduardi I. ex Egwina, Brittanna, inferioris conditionis, ſed formoſiſſima, quam forte conſpectam coepit adamare, atque inter concubinas habere, de quo BROMPTONVS (f): *erat illis temporibus in quadam Villa West-Saxoniae opilionis filia elegantis ſpeciei puella, cui dormienti viſum eſt, lunam de ſuo Ventre ſplendere, et de hoc lumine totam Angliam illuſtrari: quod cum cuidam matronae, quae pueros regis nutrire conſueverat, retuliſſet, puellam ſuſcepit in domum ſuam, et filiae loco, cibis delicatis nutriuit, et Veſtibus eam cultioribus veſtiens, geſtu et moribus informauit. Et non multo poſt, iſte Eduardus Alredi filius caſu per Villam tranſiens, ad Domum iſtius matronae diuertit, credens famae ſuae detrimentum inferre, ſi nutricem videre, quae ipſum educauerat, faſtidiret, vbi viſae praedictae puellae, quae Edgina dicebatur, amore captus, dormiuit cum ea, quae vno complexu grauidata, peperit ei filium ſuum primogenitum, quem propter fidem ſemper vocauit Edelſtanum.* De eodem ſic ſcribit LARREY (g): *Edouard mourut apres un regne de vingt trois ans, moins troublés par les irruptions des Danois, que glorieux par les Victoires qu'il remporta ſur ces vſurpateurs. Il laiſſa de deux femmes legitimes pluſieurs enfans. Deux fils, qu'il avoit euts de la preimiere moururent auſſitot apres lui, ſans avoir eu le tems de regner. Une des filles de ce Mariage nommée Ogine, epouſa Char-*

Dddd 3

(e) Verba ſunt BVCHANANI *l. V. p. 152.* GALFREDVS MONVMETENSIS *l. VIII, c. XIX.* paucis immutatis hoc negotium recenſet.

(f) *Chron. p. 831.*

(g) *T. I. p. 164.*

Charles le Simple, dont elle eut Loüis de Outremer, du quel je parlerai dans la Suite. Les deux fils qu'il eut de la ſeconde, parvinrent l'un apres l'autre à la Rojautè: mais ce fut Adelſtan leur frere naturel qui regna le premier. Edouard l'avoit eu d'une excellente beauté. Quelques-uns diſent, qu'il l'épouſa ſecretement; les autres la traitent de concubine. On fait encore des amours d'Edouard et de cette Angloiſe une Hiſtoire, qui tient beaucoup du Roman. On dit que le Roy Alfred allant voir ſa nourriſſe, mena avec lui le Prince Edouard ſon fils; que ce jeune Prince vit la belle Angloiſe dont il devint amoureux; et que de ce commerce naquit le Prince, à qui ſa mere donna le nom d'Adelſtan, par un preſentiment de ſa future grandeur. On ajoute qu'elle avoit eu un preſage de cette elevation, avant que d'avoir vu Edouard; et lors qu'elle étoit encore à la ſuite des troupaux, que ſon pere, qui n'étoit que ſimple Berger, menoit paître à la compagne. Elle ſongea une nuit qu'elle accouchoit de la Lune, et la nourrice du Roy Alfred l'ajant ſu, envoia chercher la jeune Angloiſe, et l'eleva toujours depuis dans ſa maiſon avec beaucoup de ſoin; perſuadée par ce ſonge, qu'elle expliqua ſelon ſon prejuge. C'eſt ainſi que l'Hiſtoire ou la fable ſe plait à elever la naiſſance illegitime de ſes Heros par quelque circonſtance extraordinaire. Adelſtan fut premierement élu pour Roy; c'eſt la remarque que fait un Auteur Anglois et en ſuite ſacré à Kinſington par Adelme Archeveque de Canterburi. Il fut preferé aux deux jeunes Princes ſes freres; ſoit que leur enfance les rendit incapables de la Rojauté, ſoit que la coutume fut encore obſervée de faire ſucceder les Enfans naturels avec les legitimes. Peut-etre encore que le merite d'Adelſtan fut la Principale cauſe de ſon Election. On ne pouvoit lui reprocher que le defaut de ſa naiſance; mais il le reparoit ſi avantageuſement par ſa bonne mine, par ſa valeur, et par toutes les qualitez qui font un grand Prince, que les Seigneurs de la Nation ne balancerent pas un moment à lui deferer la Couronne. Un

Digitized by Google

ſeul en fut mécontent. (h) Licet non deſint, qui Eduardum hanc Egwinam per ſecretos Tractatus in matrimonium duxiſſe velint. Hic patri ſuo, Eduardo ſeniori, excluſis etiam filiis legitimis a. 924. in Angliae regno ſucceſſit.

§. LXII.

Roberti, Normanniae ducis filius erat Guilielmus conqueſtor, non tamen ex legitima vxore, verum ex concubina, Arleta, filia pelliparii Phaleſiae, quam lecto ſuo adplicauerat. Hic, dum alii non eſſent legitimi, patri ſuo in Normanniae Ducatu, contradicentibus primum proceribus, ope tamen Henrici, Francorum regis, anno 1035. ſucceſſit, de quo IO. BROMTONVS (i): *Poſt haec apud Phaleſiam Normanniae urbem, iſte Dux Robertus puellam vnam nomine Arlet cuiusdam pelliparii filiam adamauit. Quae cum ad lectum Ducis duceretur, propriam Camiſiam a mento vsque ad pedes fregit, et requiſita cur hoc feciſſet, reſpondit: Non eſſe fas nec licentia, vt ima pars Camiſiae, quae pedes ſuos ambierat, iam nunc ad os Domini verteretur. Ex illa autem genuit dux filium, nomine Willielmum Baſtardum, poſtea Angliae conqueſtorem. At illa obdormiens ſompniauit, arborem de ventre procedere, quae totam Normanniam obumbrauit. Sed et puer natus per incuriam obſtetricis in ſtramine proiectus eſt, ac puer multum de ſtramine in brachiis retinuit, quod quidem ſignum futurae poteſtatis praenoſticabat* GVILIELMVS MALMESBVRIENSIS (k): *Robertus alter filius Richardi II. poſtquam ſeptem an-*

(h) IMHOFII *Hiſt. Geneal. M. Britann. p. 3.*

(i) *Chron. p. 910.*

(k) SIMON DVNELMENSIS *Hiſt. Angl. p. 179. Ad a. 1035. obiit Rodbertus dux Normannorum, cui ſucceſſit Willielmus Baſtardus, filius eius impuerili aetate:* IO. BROMTON *Chron. p. 981. de eo rege quidem praefato Normannia iure hereditario praeuenerat, Cenomanniam armis adquiſierat, Britanniam ſibi accliuem fe-*

annis, glorioſe Ducatum Normanniae tenuit, Ieroſolymam pergere mentem appulit. Habebat tunc filium ſeptennem ex concubina ſuſceptum, cuius ſpeciem in choreis ſaltitantis forte conſpicatus, non abſtinuit, quin ſibi nocte coniungeret, deinceps eam vnice dilexit, et aliquandiu iuſtae vxoris loco habuit. Puer ex ea editus, Willelmus a nomine abaui dictus, cuius magnitudinem futuram matris ſomnium protendebat, quo inteſtina ſua per totam Normanniam et Angliam extendi et dilatari viderat: *Ipſo quoque momento, quo partu laxato in vitam effuſus puſio humum attigit, ambas manus iunco, quo pulvis pauimenti cauebatur, impleuit, ſtricte, quod corripuerat compugnans.* Oſtenſum viſum mulierculis laeto plauſu gannientibus, obſtetrix quoque fauſto nomine acclamat puerum regem futurum. (l) Mortuo anno 1066. Eduardo Confeſſore inuitatus ab Anglis, ſe ab iſto heredem eſſe ſcriptum praetexens, illud regnum contra Haraldum Cantaurienſem, ipſo deuicto obtinuit (m).

§. LXIII.

fecerat, ſuper totam Angliam ſolus regnauerat. Idem, p. 939. Anno regis Edwardi ſexto, bellum apud Walesdonne inter Henricum regem Francorum et proceres Normanniae eſt commiſſum, eo quod Willelmum nothum in ducem et Dominum recipere recuſabant, quos cum poſtea dux Willielmus victor obtinuiſſet, quosdam eorum extergauit, quosdam capite detruncauit.

(l) HENR. KNYGTHON *de Euentibus Angl. l. I. c. IV.* RAD. de DICETO *Abbrev. Chron. ad a. 1026. p. 468. Robertus genuit Willelmum de Herlena, non ſponſata, qui poſtea Angliam conquiſiuit.* POLYDORVS VERGILIVS *Hiſt. Angl. lib. VIII. p. 481.* LARREY *T. I. p. 259.*

(m) IO. BROMTONVS *Chron. p. 957.* hoc negotium ita deſcribit: *Sancto Edwardo rege et confeſſore, vt dictum eſt, mortuo quidam Anglorum magnates Edgarum Adelinge filium Edwardi filii regis Edmundi Ireneſide in regem promouere moliebantur. Sed quia puer erat et tanto oneri minus idoneus, Haroldus comes filius ſupradicti Godwini viribus et genere fretus.*

con-

Digitized by Google

§ LXIII.

Apud Scotos, Gillus, Eueni I. filius nothus, ex proceſ- cerum conſenſu A. M. 3891. regnum per varias artes frau- des

contra ſacramentum, quod Willelmo duci Normanniae praeſti- terat, regni diadema ſiniſtro omine illico arripuit, et ſic periurus ſancto Edwardo ſucceſſit, iuxta quod idem Edwardus, vt qui- dam ajunt, ante mortem ſuam ſtatuerat, promiſſione quam idem rex dum Iuuenis in Normannia extitit dicto Willjelmo de ſuccedendo poſt eum in regno fecerat, et ſibi ſuper hoc poſt- ea ſecundum quosdam ſolempnes nuncios vt praemittitur, deſtina- uerat, non obſtante. Qui quidem Haraldus, vt quidam tra- dunt, ſeipſum apud Weſtmonaſterium coronauit. Tamen ſecun- dum quosdam, in Die Epiphaniae rege Edwardo humato, ab Aldredo Eboracenſi Archiepiſcopo extitit conſecratus. Qui ſta- tim leges iniquas deſtruere, aequas condere, eccleſias defende- re, religioſos colere, transgreſſores punire, et patriam tueri coepit. Decimo autem die poſt mortem regis Edwardi, Willel- mus dux Normanniae nullum de regio ſemine in Anglia relictum ſed Haraldum regnum vſurpaſſe audiens, eidem Haraldo pro- tinus mandauit, vt pacta ſeruaret. Qua renuente, iterum mandauit, vt quamuis violata fide caetera non ſeruaſſet, ſi tamen filiam ſuam in coniugem duceret, leuiter caetera caſſare ferret, alioquin ſucceſſionem regni ſibi promiſſam ſe vindicatu- rum procul dubio armis ſciret: At ille nec hoc facere, nec aliud formidare dixit. Vnde Willelmus dux tribus maxime de cauſis ſtimulatus intrinſece irritatur: Primo quia dictus co- mes Godwing et filii ſui Alfredum cognatum ſuum doloſe occi- derant, vt eſt dictum? Quia Robertum archiepiſcopum genere Normannum et Odonem conſulem et omnes francos ingenioſe ab Anglia fugerant? Quia Haroldus in periurium prolapſus, re- gnum quod iure cognationis, et duplicis ſponſionis ſuum eſſe de- buerat, ſine iure aliquo poſſidebat. Adde THOMAM WICKES ad a. 1066. p. 21. WALTHERVM HEMINGFORD l. I. Chron. c. l. GVIL. MALMESBVR. lib. III. p. 99. ROGERIVM HOVEDENVM P. II. p. 450. LARREY T. I. p. 2510.

Digitized by Google

desque obtinuit. Verum his detectis, armis a Cadauallo fuit petitus, atque a ſuis deſtitutus, dum in propinquum nemus fugiſſet, diu quaeſitus tandem in obſcuro antro fuit repertus atque trucidatus (n).

§. LXIV.

Apud Scotos Milcolumbi regis filius nothus Duncanus aduerſus Donaldum, qui regnum vſurpauerat, euocatus, Scotiae regnum obtinuit (o): *Nec tamen Duncanus diu regnum tenuit: Homo enim militaris et artium pacis non admodum gnarus, cum imperioſius, quam ciuilis ratio exigebat, omnia tractaret, breui, in maximum maioris partis odium incurrit. Id cum Donaldus exul, ad omnes eius motus intentus, reſciſſet, corrupto Macpendito, Merniae comite, Duncanum in Taichia nocte curat obtruncandum.*

§. LXV.

Ex Stuartorum familia, Robertus II. Scotorum rex Eliſabetham Moram, Adami Mori illuſtris equitis filiam eleganti forma, adhuc adoleſcens, vehementer amarat, ex eaque tres filios, et duas filias ſuſceperat, eamque Gifardo, viro nobili in Lothiana, curauerat collocandam. Verum ſub idem fere tempus Euſemia regina et Gifardo Elizabethae marito, defunctis, rex, ſiue conſuetudine vetere Morae inductus, ſiue (quod a multis traditur) vt filios, quos ex ea genuerat, legitimos faceret, matrem eorum ſibi matrimonio iunxit: filios ſtatim diuitiis et honoribus auxit, Ioannes natu maximus, Carictae, Robertus Taichiae, Alexander Bachaniae comites ſunt facti, adiecta etiam Badenacha. Nec hac munificentia contentus, comitiis ad Soonam indictis obtinuit, vt praeteritis Euſemiae liberis, in rege creando, gradus aetatis obſeruarentur: quae res poſtea tam numeroſam familiam prope extin-

(n) BVCHANANVS *lib. IV. p. 106.*
(o) *lib. VII. p. 223.*

ſinxit (p). Roberto II. enim patri d. 19. April. 1390. defuncto, ſucceſſit Ioannes III. ex Eliſabetha primogenitus, dictus Robertus III. (q)

§. LXVI.

In Daniae regno Canutus I. qui tenuit regna Danorum, Anglorum et Nordmannorum, praeter filium legitimum Canutum III. ex Aluina Hamptonenſi Concubina, reliquit Haroldum et Suanum. Inter hos de ſucceſſione ita diſpoſuit, vt Haroldus in Angliam, Suanus in Norwegiam, Canutus in Daniam ſuccederet. (r). Illius vero imperium quamdiu praefuit Norwegis minus placuit, potius eis inviſum, atque poſteris odioſum: nam aetate ingenioque puer materno imperio regebatur, quae muliebri faſtu indigenis contemptis Danos euehebat. (s). De vtriſque ANNALISTA SAXO (t).

 Nam

(p) BVCHANANVS *l. IX. p. 318.* IMHOF. *p. 44.*

(q) BVCHANANVS *l. X. ineunte. Roberto ſecundo ſucceſſit Ioannes, filius natu maximus. Id. Aug. anno ſalutis humanae M. CCCXI. Hic, cum ad eum vsque diem Ioannes vocatus fuiſſet, de ordinum ſententia mutato nomine, Robertus eſt appellatus.*

(r) RADVLFVS de DICETO *Abbrev. Chron. p. 470.* THORMODVS TORFFAEVS *Hiſt. Norweg. P. III. l. III. c. XI. p. 208. Comite Hacone lugubri exitu viuis erepto, Suanus regis Cnuti ex Alfiſa comitis Afrini filia extra coniugium procreatus filius, celebri Vandaliae orbi Iomsburgo a patre praefectus, per nuncios in Daniam proficiſci, indeque rectore vacuam Noruegiam eamque regia poteſtate tituloque adminiſtrare iubetur.* LARREY. T. I. p. 205. *Il partagea quelques années avant ſa mort ſes trois Royaumes de Nordvege, de Danemarck et d'Angleterre à ſes trois fils ſans mettre vne difference entre les batards et les legitimes.*

(s) THORFFAEVS *p. 215.*

(t) ad a. 1035. Adam. Bremenſis *l. II. c. CVIII.* Adde PONTANVM *Hiſtor. Daniae.*

Digitized by Google

Nam Suein et Haroldus a concubina geniti erant, qui, vt mos eſt Barbaris, aequam partem hereditatis inter liberos ſortiti ſunt. Quare Emmam Ethelredi olim regis coniugem, quae cum Eduardo et Alfredo filiis apud fratrem Richardum, Normanniae ducem exulabat, in matrimonium duxit.

§. LXVII.

In Norwegiae regno Haraldi regis filius naturalis ex nobili quadam virgine erat Haco, Adelſtani alumnus dictus, quem pater ad Adelſtanum Angliae regem quaſi ipſi inferiorem, miſit enutriendum, de quo TORFAEVS (u): *Aeſtate proxima Haraldus legatos in Angliam miſit, duce Hauco Habroke, exploratae fidei, experientiaeque variarum rerum longinquis peregrinationibus comparatae et ad res arduas et periculoſas obeundas promptiſſimo viro, atletha inſigni, et regi in paucis caro, eique filium paruulum Haconem Adalſteino deferendum tradidit. Qui vt regem Lundoniae (Lundoni) magnificum conuiuium celebrantem accepit, eo ſe contulit. Triginta virorum comitatu aulam ingreſſus, ſingulis gladiis a ſiniſtris dependentibus ſubque togis talaribus abſconditis, primo ingreſſum, poſtremo, ordine ſeruato, egredi mandauit, quod is periculum ſibi depoſcebat, gloriae deinceps palmam relaturus. Ad menſam regiam pariter omnes conſiſtebant. Haukus, paruulum vlnis gerens, regem ſalutauit, rex benigno reſponſo excepit, puerum denique genibus regis impoſuit. Rex inſpecto puero, quid id ſibi velit. Haukus,* hunc ancillae filium Haraldus Norvegiae rex, vt educares, mandauit. *Compendium Chronici formulam hoc tenore refert, et quidem remotis menſis palatium ingreſſum, priusquam gremio regis puerum impoſuiſſet:* Haraldus, inquit, Normannorum rex amice te ſalutat, albamque hanc auem bene inſtitutam mittit vtque melius deinceps erudias, poſtulat. *Atque his verbis genibus, eius puerum impoſuiſſe, ſteriſſe*

(u) *Hiſt. Norwegiae P. II. lib. I. c. 36. p. 64.*

Digitized by Google

riſſeque gladio acutiſſimo, toga tamen velato, accinctum, erectum, abſque vlla honoris exhibitione coram rege, quem hoc modo reſpondiſſe: Cuius eſt iſte puer? ancillae Norvegicae *regeſſit Haukus*, mandauitque Haraldus, vt in eius gratiam eum enutrias. Non ex illis oculis ſeruile quicquam emicat, *ait rex.* Serua quidem mater eſt, *reſpondit Haukus*, quae tamen Haraldum patrem proli ſuae profitetur, iamque genibus tuis impoſitus puer eſt, vnde obligatio, vt inter patrem et filium orta eſt. Ne legitimum quidem Haraldi filium educarem, *reſpondit rex*, ne dum ſeruo tum *arreptoque alia manu gladio, alia puero, occiſurum ſimulat.* Aſſumpſiſti, *inquit Haukus*, ſimulque fouiſti filium Haraldi, hunc igitur nefaria caede tollere poteris, totam vero eius maſculam ſobolem haud item: tritum tamen veriuerbium approbaſti, quo is minor ſemper habetur, qui alterius filium educat. *His dictis, pallium ſiniſtra, gladium nudatum dextera gerentes, Haukus et comites eius, ordine longo egreſſi ſunt, atque naues profecti, ſecundis ventis vſi, reduces in Norvegiam legationis ſeriem regi expoſuerunt, qui ioculari Adalſteini commentum maiori ludibrio in ipſum retortum gauiſus eſt inferioris namque conditionis veteribus educatores liberorum habiti ſint, quam eorum parentes.* Vnde et Adalſteini Alumni cognomen ſortitus eſt. Haraldus ille, poſtquam a. 930. regno ſe abdicaſſet, idemque in Euricum filium tranſtuliſſet, Haco ab Adelſtano claſſe adiutus, atque in Norwegiam aduentans, communi adplauſu rex fuit proclamatus, de quo iterum TORFAEVS (x): *Exinde Hacon ipſe ſurrexit, habitoque ſermone, ad gratiam ſibi reconciliandam appoſito, omnes et ſingulos orationis ſuauitate adeo permulſit, commouitque, vt bini ternique ſeorſim ſecedentes inter ſe muſſitarent;* Haraldum Pulchricomum rediuiuum redditum ſibi, iamque altera vice Iuuenem factum, eundem vigorem in

Ee ee 3 Vul-

(x) *pag.* 181.

Vultu, vimque in oculis habitum oris, lineamentaque intueri: *Scopus orationis in ambiendo regno regioque titulo, ſibi communi omnium ſuffragio ingerendo, auxilioque et obſequio ad regnum Maieſtatemque regiam aſſerendam, defendendamque, conſiſtebat. Praemium tanti meriti promiſcue omnibus allodialia iura et allodiorum habitatoribus ius proprietatis in ſingula propoſuit. Tanto aſſenſu ſtudiisque plebis vox illa excepta eſt, vt protinus omne ruſticorum vulgus et pro ſe quisque certatim, non proclamaret ſolum, illum ſe regem habiturum, ſed mox etiam iisdem comitiis vniuerſae Norvegiae regem communi ſuffragio, ingenti applauſu, fauſtis acclamationibus, feſtisque vocibus, pronunciarent, anno aetatis eius decimo quinto.*

§. LXVIII.

De Italis dicit PHILIPPVS COMINAEVS (y): *Ils ne font pas grande difference en païs d'Italie d'un Enfant bâtard à un Legitime.* De Hugonis Italiae regis filio ex concubina ſic loquitur LVITPRANDVS (z): *Habuerat ſane tunc temporis ex quadam muliere nobiliſſima, vocabulo Wandelmoda, filium nomine Habectum, qui nunc vsque ſupereſt: et Tuſciae prouincia potens princeps habetur.*

§. LXIX.

In Siciliae regno, mortuo Wilhelmo II. Tancredus Rogerii III. filius naturalis vtramque Siciliam inuaſerat (a). Hanc equidem vigore homagii a Siciliae ordinibus in euentum iamdum praeſtiti, atque tabularum dotalium titulo vxoris nomine ſibi vindicare conabatur. Potiſſimum ve-

(y) *Memoires l. VII. c. II.*

(z) *lib. III. c. V.*

(a) THOMAS FAZELLVS *de reb. Siculis dec. poſter. l. VII. p. 409.* ſcribit: *de Rogerio III. Tres ex Elvira vxore ſuſcepit filios, Rogerium, Amphulſum et Guilelmum, vnicamque filiam Conſtantiam. Sed Rogerium Appuliae ducem, Aphulſum Capuae et Guilelmum Tarenti principes inſtituit. Habuit quoque Tancredum filium ex pellice procreatum.*

Digitized by Google

verſa momentum, cur Siculi ipſum eligerent, erat, quod Coeleſtinus Papa hoc regnum tanquam expetitum ſibi vindicaret (b), Henr. VI. imp. Apuliam ſui iuris faciebat, Neapolim fruſtra tentabat, qua durante obſidione, dum imp. ob nimiam caloris intemperiem aegrotantem, mortuum crederent, Conſtantia Auguſta a Salernitanis prodita, Tancredo in Siciliam mittitur, interueniente Coeleſtino Papa anno 1192. imperat. fuit redita. Obtinuit tamen Tancredus hoc regnum (c), eidemque filius Roge-

(b) PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neapol. l. III. p. 129. Iam vero quoniam Guilielmus ſine liberis defunctus erat, videbatur Clementi III. pontifici, regni hereditatem ad eccleſiam pertinere, iamque de eo Apoſtolicae ſedis nomine occupando deliberabat: ſed cum id intelligerent in regno viri principes atque nobiles, ſiue ob amorem quo erga defunctum Guilielmum totamque Normannicam familiam erant affecti, ſiue quod non ſub Pontificibus eſſe vellent, quod eos non veros Dominos eſſe, paruamque ſubditorum curam habere putarent, ſiue denique vt poſſent deinceps liberiores atque potentiores eſſe: ſub ito regem ſibi elegerant Tancredum quendam, qui Rogerii IV. filius ſpurius eſſe putabatur, et a Guilielmo ceu ex domeſtica familia natus, ex graecia reuocatus in aula iam ante honeſtiſſimo loco habebatur: cum autem is filium haberet paruulum Rogerium nomine, voluit eum vna ſecum in regem inaugurari. Hoc ipſo autem factum eſt, vt Appulia atque Calabria tota tumultibus agitatae fuerint: nam Clemens eo ſuas copias miſerat ad eas prouincias occupandas, dumque eis Tancredus ſeſe opponebat, rapinis atque incendiis omnia devaſtabantur.*

(c) OTTO de S. BLASIO c. XXXVII. ARNOLDVS LVBECENSIS Lib. IV. c. V. VI. ROGERIVS ad annum 1191. 1194. RICHARDVS d. S. GERMANO Chron. ad annum 1190. 1194. GVIL. NEVBRICENSIS lib. III. c. vlt. ALBERICVS ad annum 1190. SIGONIVS ad annum 1191. GOBELINVS Perſona aet. VI. c. LXI. NAVCLERVS Vol. II. Gen. XL. p. 871. THOMAS FAZELLVS Dec. poſter. lib. VII. c. VI. in-

Digitized by Google

gerius V. ſucceſſit, quo deinum anno MCXCV. defuncto, Conſtantia Henrici VI. vxor in eodem fuit confirmata (d).

§. LXX.

Succeſſionis etiam nothi exemplum praebet Alexander Medices primus Florentinorum dux, quem Clementis VII. Papae filium naturalem fuiſſe plerique teſtantur. Audiamus hac de re IMHOFIUM ita ſcribentem: (e) *Alexandrum Medicem, primum Florentinorum ducem, a Laurentio duce Vrbinatenſi genitum fuiſſe, non exteri tantum ſcriptores, ſed domeſticorum etiam plerique conſtanter perbibuerunt, idemque publicae loquuntur literae tabulaeque; dantur tamen, qui Iulio Medice, Papa deinde, ceu modo dictum fuit, facto, ortum eſſe aſſerunt, quorum in numero eſt optimus ille vir et patriarum rerum peritiſſimus, cui ſtemma Mediceum ſuperius exhibitum acceptum me referre dixi, perductus in hanc ſententiam, tum aliis argumentis, tum authoritate* SCIPIONIS ADMIRATI, *grauiſſimi ſcriptoris, qui palmam in opuſculis ſuis iſti dederit opinioni.* Referam latine reddita, quae lib. XXX. eius Hiſtoriae Florentinae, de Alexandri natalibus et educatione vulgari leguntur Idiomate: „*anno 1525. cum Raphael Girolami Vexilliferatum obiret, Clemens Papa alterum nepotem ſuum Alexandrum vna cum ſorore, ducis Laurentii liberos, Florentiam miſit, vt inde a prima Iuuenta aſſueſcerent moribus patriae, in qua viuendum et imperandum eis eſſet, recordatus, Laurentium ducem ciuibus, parum gratum fuiſſe, hac ſola de cauſa, quod mores eius, quippe qui diu Florentia abfuerat, a patriis diſcordarent.* „*Nolo praeterire opinionem, quae illa aetate de natalibus Alexandri* „*per-*

ineunte. Inter has anguſtias conſtituti Tancredum Rogerii regis ex pellice prognatum, tumultuantibus paucis regem dederunt.

(d) ARNOLDUS LUBECENSIS *lib. IV. c. XX.* COREUS *Hiſt. German. Per. VII. S. III. §. IV.*

(e) *Genealogiis viginti illuſtr. in Italia familiarum p. 131.*

Digitized by Google

„percrebuit, nimirum quod ſerua Maura natus ſit eo tempore, „quo pater patruique Florentiam redierunt; inde fortaſſis ortam, „quia Alexander fuſco colore, labiis craſſis et capillo criſpo fuit. „Sed ego Magnum ducem Coſmum dicentem audiui, cum ei res „a me ſcriptas et familiam ipſius ſpeciatim concernentes aliquan„do perlegerem; quod Alexander Clementis fuerit filius, geni„tus e puella domeſtica, cum pater Eques tantum eſſet Hieroſo„lymitanus. Vtut ſit, obtinuerat ille iam a Caeſare inde a con„foederatione cum Leone anno 1521. facta ditionem aliquam in „regno Neapolitano, e qua annuatim decem ſcutorum millia re„dibant, cum dignatione ducis, fuitque ea Ducatus ciuitatis Pen„nae. Vnde illa ſtatim tempeſtate adoleſcens iſte dux Alexander „appellabatur, et educabatur vt plurimum ſub diſciplina Roſſi „Ridolfi in villa Poggio dicta, ne eodem cum Hippolyto agens „loco alter alterius incrementis et magnitudini officeret. Haec Admiratus illo quo dictum eſt loco; alibi porro idem refert, Alexandro iam principi Florentinorum ab inimicis exprobratum coram Carolo V. imp. fuiſſe, eum matrem ſuam, quae foemina viliſſimae ſortis et infimi miniſterii apud Laurentium eius patrem dum exulabat, poſteaque mulionis vxor fuerit, vita priuaſſe, quod eius ipſum puderet, ſed replicaſſe patronum cauſae Alexandri, id inuidiae ei conflandae confictum eſſe, nec ſibi conſtare eius aduerſarios, ſaepius dictitare ſolitos, Alexandrum, Clementis filium eſſe, non Laurentii. Caeterum vigeſimum ſecundum aetatis annum cum ageret Alexander, a Carolo V. imp. qui Margaritam filiam ſuam naturalem ei deſponderat, Florentinis longa obſidione perdomitis vetereque vxutis libertate, collato Principis titulo praefectus eſt; cui negotio caeſarei legati titulo interuenit Antonius Muſcettola Ictus et Patritius Neapolitanus, inciditque ſolemnis mandatorum Caeſareorum promulgatio Primatibus florentinis ab illo facta in Diem XIX. Iulii anno 1531. THVANVS (f) tamen ipſum vocat *nothum Laurentii filium*. SLEIDA-

(f) *lib. I. p. 18.*

Digitized by Google

DANVS (g) de eo dicit: *Alexander hic erat filius nothus Laurentii Medices, qui patrem habuit Petrum, quem ſuperiori libro diximus in Oſtio Liris obrutum fluctibus interiiſſe.* FRANCISCVS GVICCIARDINVS (h): *Caeſar enim Margaritam ſuam extra matrimonium filiam, cum viginti millibus aureorum nummum dotis nomine annuis, Alexandro Medici Laurentii quondam Vrbini ducis filio: in quem pontifex, quia quum in periculo mortis eſſet, Hippolytum Iuliani filium in pontificum collegium cooptarat, familiae ſuae potentiam omnem conferre in animo habebat, connubio iuncturum ſpoſpondit.* Conueniunt haec cum ipſo Tractatu inter Caeſarem atque Clementem VII. d. 29. Iunii 1529. concluſo (i), in quo haec habentur: *cupiatque ſua caeſarea Maieſtas, pro filiali erga ſanctitatem ſuam obſeruantia et amore, etiam contemplatione matrimonii tractati et concluſi inter illuſtrem Dominum Alexandrum de Medicis ſuae Sanctitatis Nepotem ducem Pennae, et illuſtrem Dominam Margaritam de Acotia ipſius Caeſaris filiam naturalem, aliisque iuſtis mota reſpectibus, dictam ſuam familiam annuente Altiſſimo, in patriam et priſtinum ſtatum reſtituere.*

§. LXXI.

Inſigne etiam habemus exemplum Franciſci Sfortiae filii naturalis, in Mediolanenſem Ducatum ſuccedentis. Erat is filius naturalis Iacobi Mutii Aduentuli (k) ex oppido

(g) *lib. X. p. 185.*

(h) *Hiſt. lib. XIX. p. 908.*

(i) Extat apud du MONT. *T. IV. P. II. p. 1.*

(k) Italis appellabatur Giacomuzzo vel breuiter Muzzo. BAYLE voce *Muzzo.* IOVIVS vita c. III. *editus eſt vtero matris die Martis quinto calendas Iunii ſub auroram, anno a partu virginis 1369. ſub id fere tempus, quo Carolus IV. imperator auaritia infamis, Italiam reliquit. Luſtrico autem Die, quo rite ſacro fonte ablutis nomen imponitur, puero Iacobi et Mutii nomen indiderunt, ſed aliquando poſt obliterato primo nomine tantummodo Mutius eſt appellatus.*

Digitized by Google

pido Romaniae Catagnolo, inter Imolam et Faentzam ſito, familia honeſta magis quam nobili, ſed opulenta oriundus (l) et quidem paterno in agro ita operibus praefuiſſe dicitur, vt et ſua manu faciendo operi vomeres et ligones ſtrenue tractaret (m), licet alii ex familia nobili ipſum prodiiſſe dicant. Adoleſcentulus iſte primum ductor

 aſi-

(l) P. IOVIVS *vita Magni Sfortiae c. I.*

(m) IOVIVS *c. II. non defuere qui dicerent, ſed in gratiam Braccianae factionis, vt Sfortianis demum principibus nouitas generis obiectaretur, Sfortiam paterno in agro ita operis praefuiſſe, vt et ſua manu faciendo operi vomeres et ligones ſtrenue tractaret, quod vel obid inuidioſe confictum videtur, quoniam tredecim annorum puer in Boldrini caſtra conceſſerit, neque inde redierit niſi equeſtris ordinis miles. Sed iucundo prorſus mendacio fabulae fidem fecit perennis fama, quae maneret ad poſteros. Ferunt enim, quum agrum foderet, duro labore fatigatum, ab ea indignitate operis ſuſpexiſſe in coelum et de tota vitae fortuna vota ſuſcepiſſe, ea ſorte precatum Deos, vt voto bene verterent, euibraſſeque protinus ligonem in praealtam quercum, vt credi par eſt, antiquitus Marti conſecratam, eo animi decreto, vt ſi decideret, eum aequiſſime ad perpetuum laborem eſſet reſumpturus: at ſi ramis haeſiſſet, caſtra continuo ſequeretur; Verum Marti ligonem fortuna appendit, vt fatis viam aperiret. Gloriabatur hac fabula Franciſcus pronepos, quod vel ob id familia nomen nequaquam antiquae nobilitatis, ſed ſpectatae virtutis auſpicio niteretur: adeo, vt quum mihi humaniter arcem ab excellenti munitione ſtructuraque toto terrarum orbe longe clariſſimam, armentariis patefactis oſtendi iuſſiſſet, conuerſus lato ore et hanc inquit:* P. IOVI, *quam miraris et hoc imperium, quo potimur, ab illo ligone habemus, quam felici noſtra ſorte in arborem a proauo contortus, fatalique ramuſculo ſuſpenſus minime decediſſet. Vnde et illud Pontani in defunctos intemperanter genuinum dentem exercentis, quum dixit:* Dux ab aratro Sfortia. *Quaſi non in ſumma gloria ſit, aut certe diſpudeat C. Marii exemplo ex aratore imperatorem euaſiſſe.*

Digitized by Google

aſinorum, poſtea miles factus, ob ſingularem corporis robuſtitatem, Ioannae Reginae Neapolitanae inſtinctu, Sfortias adpellatus (n). Hic, cum in bello Neapolitano ſingulari vſus fuiſſet virtute militari, inter praecipuos duces militares locum non ſolum inuenit, ſed etiam a Ioanne XXIII. Papa dictae ciuitatis Catagnolae comes fuit factus (o). Hic

(n) PAND. COLLENVTIVS *Hiſt. Neapolitan. lib. V. p. 409.* de Franciſco Sfortia ſcribens: *nec longo tempore poſt Auerſam ſe contulit, vt reginam inuiſeret, eaque illum hilari vultu excepit, confirmauit ei quae in patrem contuliſſet omnia, et voluit, vt in illius memoriam, omnibus deinde, qui illo genere naſcerentur, Sfortiae cognomen inderetur.* Licet alii ſint, qui hoc nomen ipſi ab Alberico de Barbiano inditum fuiſſe velint, eo quod iniuriam ipſi aliquando illatam, fortiter repulerit. P. IOVIVS vita *Magni Sfortiae c. III. ab ingenii viriumque indomito quodam vigore Sfortiae cognomen tulit.* Ipſam vero nominis rationem c. XI. vberius exprimit, ſcribens: *quum in Alberici Caſtris eſſet fere imberbis animoque ferox, et manu promptus, ſaepe turbas iurgiaque miſceret, nec quemquam ante ſe pugnam capeſſere pateretur, in eo peracutus imperator animi, et oris habitum notauit, praedixitque, eum, niſi immature caderet, et paululum feruidi ingenii impetum prudentia temperaret abſoluti ducis nomen habiturum. Nec multo poſt ſuborta altercatione inter Comilitones in partienda praeda, immortale, cognomen adeptus eſt: quum eam minus aequaliter diuidi immodice quereretur. Siquidem tota lite ad ducis arbitrium delata, iudicataque ad Albericum ſubirato et minaci vultu conuerſus:* mihi, *inquit,* imperator, hoc tuo iudicio rata pars praedae perinique ſurripitur, ita vt imposterum ſimilem iniuriam aequo animo non ſim laturus. *Ad ea Albericus renitenti, et contracto ore reſpondit:* An et mihi quoque vti aliis ſoles, adoleſcens vim afferre voles? Deſume ergo tibi Sfortiae nomen, *atque ita abolito Mutii nomine, vt ab omnibus vocaretur, edixit: quae vox latine exprimit violentum.*

(o) BAYLE voce *Mutius Sfortias.*

Digitized by Google

Hic licet Ioannae Reginae amoribus fuiſſet ineſcatus (p), Concubinam ſibi iunxerat, Luciam Terzaniam (q), ex qua hunc Franciſcum Sfortiam progenuit (r), qui anno aetatis decimo tertio a Ladislao Neapolitano rege factus fuit comes Tubarienſis. Inde, poſtquam actionibus bellicis eminuiſſet, Blancam Mariam, Philippi Mariae, vltimi ex Galeaciis, Mediolanenſis ducis filiam ſpuriam duxit in vxorem (s). Hic, defuncto anno 1447. Philippo Maria, ex

(p) IOVIVS c. XXIII. *Incredibile quidem dictu eſt, quantos aeſtus receperit Reginae animus, cum inſanis amoribus perditiſſime deſeruiret. Nam Alopo, Vrbanus Aurilia, atque eo praetextu legationis in Germaniam ablegato Caracciolus ſucceſſerant. His admiſcebatur Sfortia procacibus regina oculis ad amorem pellectus. Eo caeteris grauior riualis, quod omnes ſimul ingentis animi virtute copiarumque inuictis opibus anteiret.*

(q) IOVIVS c. LIX. *Quum Peruſinis, apud quos Biordus et Cecholinus fratres interfecto Pandulpho, Balcono nobilitatis principe, popularium ſtatum induxerant, ſtipendia mereret, in hybernaque conceſſiſſet ad Martianum oppidum, virginem admodum nobilem adamauit, Luciam Trezaniam, adeo vt amatoriis obſequiis, et ſpe nuptiarum pellectam, iuſtae vxoris loco haberet et coleret. Ab huius felici admodum foecunditate auctus eſt fortunata ſobole maximorum ducum et principum.* Idem c LXIII. *primo partu ex Lucia Trezania puerum ſuſcepit, qui de patrui nomine Franciſcus eſt appellatus. In hunc ab admirabili quodam Syderum concurſu, cuncta humanae felicitatis ornamenta, virtus et fortuna contulerunt.*

(r) Vitam deſcripſit P. BAYLE v. François Sforce.

(s) NAVCLERVS vol. II. Gen. XL. p 1074. *Franciſcus Sfortia vicecomes coniugem ſuam, quae Philippi filia fuerat, Haereditatem patris ſuſcepturam aiebat.* IOS. RIPAMONTIVS *Hiſt. Patria lib. IV. p. 606. cum enim Philippus Maria Franciſcum admiratione virtutis* (niſi fortaſſe metu) *in nomen familiamque Vice-Comitum adoptaſſet, eique Blancam filiam deſpondiſſet.* 10.

ex iure vxorio, et quod a ſocero fuiſſet adoptatus, ſucceſſionem petebat. Licet autem nullum exinde ius ipſi, ſed omne potius imperatori competeret, ex iure feudi poſt extinctos duces legitimos aperti (t); Sfortias tamen anno 1449. Mediolanum, Ducatus Metropolim obſidebat, hinc ciues exanimati Caeſaris opem petebant. Mittebat etiam Fridericus III. imp. ad Mediolanenſes Legatos, Aeneam Syluium et Arrongum, et iureconſultos, qui poſt multas difficultates ſuperatas, aegre vrbem intrant, de vrbe eiusdemque Dominio Caeſari tradendo paciſcuntur, ſi opem iis ferret aduerſus Franciſcum Sfortiam (u). Verum, Mediolanenſes, dum Caeſaris auxilia per duos menſes fruſtra expectaſſent, penuria coacti, vrbem Sfortiae dedunt, qui eandem d. 4. Kal. Martii anno 1450. triumphans ingreditur (x). Licet Alphonſus Arragoniae rex pro tuendo iure ſuo Neapol. d. 27. Iunii anno 1449. cum Ludouico Sabaudio, contra hunc Franciſcum foedus concluſiſſet (y). Pacatis rebus, vt imperium armis partum Caeſaris auctoritate ſtabiliret Sfortias, per legatos petebat

IO. BAPT. VILLANOVA *Hiſt. Laudis Pompeiae ineunte. Tum Franciſcus Sfortia, qui in matrimonio habebat Blancam Mariam, Philippi Mariae filiam ſpuriam, et ab eodem quoque adoptatus erat, ad Dominium terrarum adſpirabat, quas ſocer ipſius tenuerat, et amorum vi, quibus multum ipſe valebat, illarum ſibi poſſeſſionem vindicare deſtinabat.*

(t) Singulorum praetendentium iura exponit NAVCLERVS Volum. II. Geneal. XL. p. 1074. IOANNES BAPTISTA VILLANOVA *Hiſtor. Laudis Pompeiae* lib. IV. ineunte. IOSIAS RIPAMONTIVS lib. V. p. 616.

(u) Hanc legationem deſcribit IO. GOBELLINVS *Comment. de Pio II. lib. I. p. 15. 16.*

(x) VILLANOVA *p. 923.*

(y) Extat illud apud MÜLLERVM *Reichstags*-Theatro ſub Friderico P. III. c. IV. §. IV.

Digitized by Google

bat a Caeſare, vt, quod adoptionis iure conſecutus eſſet, Auguſtali Diplomate confirmaretur (z). Dum Fridericus III. coronae capeſſendae cauſa Romam veniret, denuo Galeatium filium nouennem Alexandrumque Germanum ad Caeſarem mittebat Franciſcus inueſtituram petituros, qui tamen ſine certo reſponſo dimittebantur. In reditu Caeſaris Florentium, Nicolaus Arzimboldus legatus, eandem denuo petebat, cui Caeſar reſpondebat: *ſe affectum eſſe virtute comitis, cupere ſibi bene eſſe. Verum, tantum principatum, qui ad imperium deuolutus ſit, inconſultis Electoribus ceteriſque Germaniae principibus extra manus dare, periculi plenum eſſe. Velle tamen amplius in ea re cogitare, ac Ferrariae reſpondere, vbi de pace Italiae eſſet acturus* (a). Annuit tandem Caeſar, ſi annua quinquaginta millia promitteret (b). Hinc etiam anno 1454. ad Comitia Francofurtenſia fuit euocatus (c).

§. LXXII.

Curioſa ſunt, quae de ſua aetate habet AENEAS SYLVIVS (d): *Mira res a multis inaudita ſeculis: Italiam noſtra aetate maxima ex parte illegitime nati gubernant. Longobardiam Franciſcus Sfortia armis ſibi ſubegit, Ferrariam, Mutinam Rhegium Borſius habet. Romandiolae et Mantuae parti Malateſta Sigismundus imperat. quamuis magnanimi et excellentes viri, omnes tamen extra matrimonium nati. Taceo Bononiam, Sancti cuiusdam nubibus parentem, quem pro Baſtardo Antonii Bentiuolii obſeruant: quamuis alii vulgo autem exiſtiment. Quis non miretur, Italiae mores adeo noſtro ſeculo degeneraſſe,* vt

(z) P. IOVIVS in argumento deuolutae hereditatis Mediolanenſis ad Aurelianorum principum domum in GRAEVII *Theſauro antiquit. Ital. T. III. p. 331.*

(a) AENEAS SYLVIVS *Hiſt. Friderici III. p. 61.*

(b) *l. l. p. 3.*

(c) MÜLLER. *Friderico V. P. II. c. IV. §. I.*

(d) *Hiſt. Fridir. III. p. 95.*

Digitized by Google

vt apud Vrbinum legitime natus Fridericus comes regnare non poſſit, niſi ſe falſo putet genitum, et illegitimum fateatur.

§. LXXIII.

Exinde quaeſtio fuit ſuborta, an Galeaciorum et Sfortiarum familia ſucceſſionis fuerit capax. Audiamus de eo PAVLVM IOVIVM, dum ita loquitur (e): *Franciſcus, vt imperium armis partum Caeſaris auctoritate ſtabiliret, per legatos poſtulauit a Caeſare, vt, quod adoptionis iure conſecutus eſſet, Auguſtali diplomate confirmaretur. Verum, quod id multo maiore pecunia, quam putarat, coemendum foret Caeſaris munus generoſe contempſit. Vir enim magnitudine virtuteque animi nemini ſecundus ineptum, et ab aerarii tenuitate prorſus alienum exiſtimabat, eum dignitatis titulum ex venali membrana ceraque Caeſaris praeferre, quem ſpectata bello virtus et inuicta arma deluſiſſent. Galeacius quoque eius ſucceſſor paternum ſecutus exemplum, in ea re comparanda ne mediocrem quidem ſumptum faciendum putauit, ita vt primus Sfortianae gentis Ludouicus id Caeſaris diploma a Maximiliano, quater centum millibus aureis nummis impetratum, ambitioſe quaeſiuerit, excluſo Galeacii fratris filio, quoniam ipſe Franciſco patre dominante, hereditateque potito, natus eſſet, ſecus ac fratri Galeacio apud Firmum Piceni agri nato, educatoque in priuata patris fortuna contigiſſet; qua natalitii iuris praerogatiua, ex hiſtoriis* CORNELII TACITI *repetita, fratrem, eiusque liberos et nepotes antecedere videretur. Ea diplomata impetrata ſunt, quum Carolus VIII. Galliae rex, ad repetendum ex antiquo iure Andegauenſis hereditatis Neapolitanum regnum, ſuperatis Alpibus Papiam venit, vt Ioannem Galeacium inuiſeret, biduo poſt moriturum: quo, non ſine ſuſpicione veneni, vita functo, Ludouicus patruus deſumtis inſignibus Mediolani dux et princeps acclamatur. In eo autem diplomate, tanta ſcilicet pecunia coempto, diſerte appoſitum fuerat, vt ipſe liberique eius, et ſucceſſores legitime pro-*

(e) *arg. devol. hered. Mediolan.* apud GRAEVIVM *T. III. p. 331.*

procreati, Mediolani duces appellarentur. Subiungit quoque Corius, hiſtoriarum ſcriptor, huic diplomati ad vnguem tranſcripto, inſertoque hiſtoriarum Volumini, codicillos appoſitos fuiſſe aliqua, vt credi par eſt, ſuperaddita pecunia, quo benignus ac apprime liberalis Caeſar ad nothos et ſpurios, ſi legitima proles interiiſſet, eadem principatus iura transferebat. Sed horum ſolemne exemplar non comparuit ſuppreſſum vtique, ſi exſtitit, (quod non affirmauerim) a Ludouico, demum a Maximiliano Franciſcoque in manus caeſarianorum a Maximiliano Stampa arcis cuſtode ex ſcriniis Sfortianis traditum; quamquam is, vt nonnulli Sfortiano nomini fauentes praedicant, exempli copiam Ioanni Paulo, Ludouici ex concubina filio, benigne, ſed occulte feciſſe dicatur.

SECTIO II.
DE
EXCLVSIONE SPVRIORVM PRINCIPVM EXTERORVM.

§. I.

Licet vero ſpurii liberique naturales quandoque ad ſucceſſionem fuerint admiſſi, plura tamen exſtant exempla, quae eorum a ſucceſſione probant excluſionem. In Luſitaniae regno filii naturales, vnico Ioanne Notho excepto, ſucceſſionem non ſunt conſequuti. docet illud FRANCISCVS MACEDO, dum ita loquitur: *Idem oſtenditur ſpecialiter in multis teſtamentis, Chronicis et monumentis regum, ex quibus patet, ſolos legitimos ad ſucceſſionem huius regni vocari.* Ita Chron. regis Ferdinandi c. 95. ibi et *nano leixan do filho lidimo.* et c. 146. ibi: *ou de outra qualquer molher lidima.* et ibi *ſem lidimas filhas.* et ibi *ou outros legitimos deſcendentes.* et ibi *ou doutra ſua lidima molher.* et *inſtrumentum electionis* Io-

Digitized by Google

Ioannis I. factum in comitiis conimb. ibi *filho ou filha lidimo, et tal que de direito prodeſſe berdar os ditos Reinos* Alfonſi teſtamentum eiusdem regis ibi *ou ſeu filho, ou neto lidimo etc. ſecundo ſe requere per direito et cuſtume em ſoceeſſano deſtes remos et ſen borios.* et epiſtola regis Alfonſi V. ibi *et delle ſiquem filhos ou filha legitima mente naſcidos.* et ibi *doutra qualquer minba legitima molber.* et ibi *da Princeſſa ſua legitima molber. Quae oſtendunt, illegitimos ſemper ab horum regnorum ſucceſſione fuiſſe excluſos. Idem probatur vberius adhuc multis exemplis, quae habemus in hiſtoriis horum regnorum, quia regina Caſtellae Beatrix filia regis Fernandi excluſa fuit a ſucceſſione regni, quia non erat legitima. Infantes item Ioannes et Dionyſius fratres regis Fernandi filii Petri regis et Agnetis a caſtro excluſi ſunt, quia illegitimi, vt conſtat ex Chronico* Ioannis I. P. I. c. 182. et c. 185. *Et idem rex Ioannes I. frater Fernandi regis, quod eſſet illegitimus, neceſſarium fuit, vt a populis eligeretur; et inſuper habilitaretur et legitimaretur a ſummo Pontifice, vt factum fuit a Papa Bonifacio XIV. vt conſtat ex Bulla, et ex Chronico c. 188. Praeterea rex Ioannes II. cum teneretur deſiderio relinquendi regnum filio ſuo illegitimo Georgio, vt conſtat ex verbis Teſtamenti, et ex Chronico eiuſdem regis c. 51. non id tamen fecit, imo regem Emmanuelem conſobrinum ſuum omiſſo filio nominauit* (f).

§. II.

Docent hoc etiam exempla: Henricus Burgundus, comes de Portugal, reliquit filium naturalem Petrum Alfonſum Magnum Magiſtrum ordinis Auiſii, qui anno 1147 in Galliam abiit, ibique in Monaſterio Alcobaza vitam transegit (g). Alfonſus I. reliquit Ferdinandum Petrum Al-

(f) *de iure ſuccedendi in regnum Luſitaniae lib. II. Illat. II. n. 8. 9.* MYLER. ab EHRENBACH *c. XXIII. §. VI.*

(g) ANSELME *Hiſt. Geneal. de France p. 267.* IMHOF *Stemmat. Luſit. p. 3.*

Digitized by Google

Alfonſum, regni ſigniferum in monaſterio Alcobacenſi mortuum, et Alfonſum Magiſtrum Militiae Rhodienſis, qui obiit anno 1207. Scalati, ſepultum in templo S. Ioannis.

§. III.

In Luſitaniae hiſtoria varia baſtardorum exempla, quorum mentionem iam fecimus (h), aſt inter eos, quos memorauimus, ſucceſſio nulli eſt delata.

§. IV.

Petri I. in regno ſucceſſor erat Ferdinandus I. qui praeter filios legitimos, reliquit Iſabellam, filiam naturalem, quam duxit in vxorem Alfonſus, comes de Gyon et dominus de Norogna, Henrici II. regis Caſtellae filius naturalis (i).

§. V.

Iohannis I. R. Port. filius naturalis Alfonſus I. Braganzae dux hodiernorum Portugalliae regum ſator, filium atque ſucceſſorem habuit Eduardum I. qui ex pellice Ioanna Emanuela reliquit Ioannem Emanuelem, magnae prudentiae virum, primo Septae, poſtea Igontan. Epiſcopum, Alfonſi V. regni et fratris indiuiduum comitem et conſiliarium; a quo domini de Manuel deſcendunt. Ioannes II. ex pellice Anna Mendoza progenuit Georgium, ordinis S. Iacobi et Ciſtercienſis de Auis Magiſtrum, qui duxit Beatricem, Aluari, qui frater erat Bragantiae ducis, filiam (k), a quo domini d'Alencaſtro deſcendunt. Hic vero Ioannes II. dum virili prole eſſet deſtitutus, Georgium nothum ex Anna Mendoza pellice regni heredem teſtamento ſcribere conſtituit; at cum a Pontifice Romano impetrare nequiuiſſet, vt iure legitimorum natalium dona-

(h) Supra §. 28.

(i) LOBKOWITZ p. 52. ANSELME p. 268.

(k) De quibus IMHOF. *Stemm. Luſitan.* p. 46.

Digitized by Google

naretur, correcta illa voluntate, Emanuelem patruelem ſuum eundemque fratrem vxoris ſuae ſucceſſorem deſignauit, ſubſtituto tamen Georgio filio, ſi Emmanuelem contingeret ſine prole decedere (l). Interim tamen hunc Georgium in primis quamuis annis, Auiſii atque D. Iacobi Magiſtrum renunciandum curauit atque perfecit. Hic vero Georgius praeter filios legitimos duos illegitimos reliquit, quorum alter ordinis S. Hieronymi, alter vero ordinis S. Auguſtini. Omnes vero et legitimi et illegitimi filii dicti Georgii, quia filius naturalis erat, a ſucceſſione in regnum fuerunt excluſi, et mortuo anno 1495. ſine liberis, Ioanne II. dum filius ipſius Alfonſus, patre adhuc ſuperſtite, fuiſſet extinctus, ipſi ſucceſſit adgnatus Emanuel I. Ferdinandi, comitis de Viſeu, filius (m). Ioannis III. regis Portugalliae filius naturalis fuit Eduardus Epiſcopus Guardenſis atque Archiepiſcopus Bragenſis anno 1543. vigeſimo ſecundo aetatis anno defunctus (n).

§. VI.

In eodem regno, defuncto anno 1580. Henrico rege, dicto Cardinale, ſine liberis, ſingularis oriebatur controuerſia ſuper ſucceſſione. Petebant eundem prae caeteris primogenitae ſororis Iſabellae filius, Philippus II. Eduardi fra-

(l) MARIANA lib. XXVI. c. XI. *Et erat Pontifici ſubiratus: a quo impetrare non potuerat, vti Georgium ex impari ſed nobili matre filium iure legitimo donaret. Nullo enim reſpondente in ſucceſſione regni mutare aliquid non eſt viſum: Luſitano quidem deliberatum erat, eum heredem ſcribere ex aſſe, ſi minus venia Pontificis certe Maximiliani Caeſaris amitini iure ſucceſſionis illi debito, ſic interpretabantur eius voluntate in Georgium translato. Qvod ſane quid erat aliud quam pulcherrime ſtantem reip. pacem praepoſtera ambitione et cupiditate turbare? nouorum motuum materiam quaerere?*

(m) LOBKOWITZ p. 67. ANSELME p. 269.

(n) ANSELME p. 71. IMHOF. p. 4.

Digitized by Google

fratris filia Catharina, Ioanni Bragentino nupta et Ludouici fratris ducis de Beſa filius, Antonius Prior de Crato. Huic ius cernendae hereditatis omnino competebat, dum fratris eſſet filius, ipſe maſculus, ex maſculi ſtirpe Henricum patruum attingens. Illi quoque fauebant Luſitani in regem eum eligentes (o). Verum obiiciebatur Antonio ipſum ob vitium natalium eſſe excludendum, quod mater ipſius violenta ſiue Iolanta, fuerit Ludouici patris ipſius concubina, et quod populus Antonium eligere haud potuiſſet, dum Luſitania ſit regnum hereditarium (p). Verum ad primum reſpondebat (q) Antonius, quod inter patrem ipſius et matrem Iolantam clandeſtinum interceſſerit coniugium, licet ſtudio praeſertim Ludouici ſecretum ſemper fuerit habitum, tum ob nimiam coniugis diſparitatem, tum etiam, quod ad vitam ſacerdotalem educaretur. Et quidem ipſum ab Henrico rege impetraſſe, vt in hoc negotium inquireretur, idemque negotium fuiſſe commiſſum Epiſcopo Emanueli Dalmadae conſeruatori priuilegiorum militum S. Ioannis Melitenſium, praedicti Antonii iudici competenti, vtpote prioris de Crato eiusdem ordinis. Et quod producti coram eo fuerint tres Teſtes, Antonius Carolus ipſiusque vxor Gomezia et Sebaſtianus Braſius, qui cum legitimis circumſtantiis expoſuerint, ſe fuiſſe praeſentes, cum matrimonium celebraretur inter Ludouicum et Iolantam, quodque idem probatum et confirmatum fuiſſe teſtamento *Ruy Celena*, viri honoratiſſimi vitaeque integerrimae, quo ut conſcientiam ſuam exoneraret, moriens, teſtamento ſuo declarauit Principem Antonium legitime eſſe natum, quod ideo ſe dicebat manifeſtaſſe, vt ſi forte poſtea opus eſſet, hoc ſcire ad

(o) *Explanat. legitimi iuris Antonii p. 29.*
(p) LOBKOWITZ *p. 299.*
(q) ID. *p. 272.*

Digitized by Google

ad reipubl. bonum, veritas noſceretur. Adductum fuiſſe Teſtamentum Ludouici, quo Antonium inſtituit heredem vnicum. Adductos etiam fuiſſe teſtes, qui adfirmarent, Ioannem III. regem conceſſiſſe Antonio, integra inſignia patris ſine labe aut ruptura, pronunciatam itaque eſſe ſententiam, Antonium ex legitimo thoro fuiſſe prognatum (r). Attamen reſpondet ad haec LOBKOWITZIVS: *Emanuelem epiſcopum in hac cauſa, vbi de ſucceſſione regni agebatur, Iudicem fuiſſe incompetentem, Henricum etiam a Pontifice Romano impetraſſe, vt cognitio Natalium Antonii ipſi a Pontifice committeretur, coram quo, cum vnus teſtis atteſtationem ſuam reuocaſſet, priorem Epiſcopi ſententiam nullam pronunciauit, verum nec Papa, nec Henricus erant Iudices legitimi, illi enim in regna nullum ius competit, hic ipſe pars erat, metuens, ne hac ratione, probatis legitimis Antonii natalibus ipſemet deponeretur. Immo ipſe rex Henricus nulliter procedebat. Poſtquam enim a Papa conſtitutus fuerit iudex natalium Antonii die ſequente ipſi inſinuare iubet diploma, mandans illi, vt de eo Procuratorem conſtitueret, ipſe vero triginta milliaribus ab aula diſcederet. Recuſabat quidem regem, vt iudicem ſuſpectum Antonius, eo quod procuratorem ſuum carceri iuſſiſſet intrudi. Rex tamen liberato procuratore, libere in cauſa voluit procedi. Antonius igitur per procuratorem teſtes produxit, in quos acriter inuehebatur rex, dicens: ſe eos in crucem velle agere, ni iureiurando exacte declaraſſent, perſuaſu Antonii aut aliorum, ſe coram Epiſcopo olim ita fuiſſe atteſtatos. Cum itaque duo ex teſtibus hiſce iuramento adfirmaſſent, ſe a nemine ad hoc eſſe perſuaſos, iubet eos in carcerem detrudi, cum interim tertius teſtis, metu quodam correptus, ex parte atteſtationem ſuam reuocaret, dicens ſe minime praeſentem fuiſſe, vbi matrimonium iſtud contraheretur, ſed rem ita ſe habere, quod ſcilicet id dici audiuerat, in aedibus Iolantae, cui tam inſeruiebat. Hac occaſione rex*

(r) LOBKOWITZ p. 261.

rex motus, omnia, quae antea de natalibus Antonii acta, iubet ad ſe adportari, eaque vna cum ſententia deſuper lata, in ignem coniici mandat, nolens quoque locum aliis teſtibus dare, tulit potius ſententiam, qua priorem Epiſcopi pronunciauit nullam, mandauitque ſupremo Praetori ipſius regni, Eduardo de Caſtelbranco, vt Antonium ad ſe adduceret captiuum, iuſſitque relegari duos priores teſtes, e contrario vero tertium praemio adfecit non vulgari, Antonio interim tempeſtiue ſe ſubducente ex Conimbrica ciuitate. Antonii procurator re omni ad pontificem delata, obtinuit, vt Pontifex litteras ad regem mitteret, quibus inhiberet, ne in hac cauſa pergeret vlterius, ſed vniuerſa acta cum inſtrumentis ac documentis ad ſe mitteret, quo ipſe iudicaret. Hoc autem in tantum regem commouit, vt Antonii procuratorem ſub poena capitis intra decem dierum ſpatium regno iuberet excedere, decernens, Antonium omni iure ſuo in regnum excidiſſe: mandans quoque, ne quis ex propriis eius miniſtris Antonium comitaretur. Colambarienſes quidam, maxime qui ſtudiis ibidem nauabant operam, ad arma concurrebant, omnem promittentes opem, ſed horum animis ſedatis, ſeceſſit in monaſterium franciſcanorum, diſtans vnico milliari ab oppido Valenciae de Alcontara. Ad ſecundum vero reſpondebat ipſe populus, ſibi ius eſſe eligendi regem, deficiente ſtirpe maſcula, cum Alfonſum I. ex comite fecerint regem, Sanctium II. depoſuerint, elegerint Ioannem I. filium ſpurium Alfonſi, Emanuelem I. Henricum: addentes, quod ex lege, quam vocant mentalem, a rege Ioanne, eius nominis primo lata, foeminae ſuccedere non poſſent in aliqua bona, quae a regni corona dependent (s). Mortuo inter haſce di-

(s) Faciunt ad iura Antonii diuerſa ſcripta, quorum praecipuum eſt: *Explanatio veri ac legitimi iuris, quo Sereniſſimus Luſitaniae rex Antonius eius nominis primus nititur, ad bellum Philippo, regi Caſtellae, pro regni recuperatione inferendum. Vna cum hiſtorica quadam enarratione rerum eo nomine geſtarum, vs-que*

Digitized by Google

diſceptationes Henrico, dum Santarenſes Antonium, prout ante dictum fuit, regem declaraſſent, iſte, licet defenſurum ſe eſſe nullum profiteretur, quam regem, eo quod res ipſa nondum deciſa, reluctari tamen amplius non potuit, quin praeſtito iuramento, tres eiusdem loci ordines, Clerus, nobilitas et populus ipſum, adhibitis omnibus ſolemnitatibus, regem eligerent. Id quod poſtea fecerunt Vliſſiponenſes, et Gubernatores quidam regni, qui in Sebubal ſe receperunt, et ciuitatum Syndici, qui ibidem congregati cum regni ſupremo Cancellario, praecipuis Conſiliariis, atque aliis magnae nobilitatis viris, a quibus ſimiliter rex inaugurabatur. Id quod imitatae fuerunt omnes fere vrbes, atque Prouinciae Luſitanicae, quae magno adplauſu Antonium regem ſuum adclamarunt, attamen Ferdinandus dux Albanus nomine Philippi II. cum

que ad annum 1583, ex mandato et ordine ſuperiorum. Lugduni Batauorum in typographia CHRISTOPHORI PLAVTINI 1585. 4. Cuius ſummam exhibui in Bibliotheca antiqua, menſe Iunio 1705. p. 789. Priuilegium Mauritii, Naſſouii comitis ab altero tituli latere, docet, hunc librum exhibitum fuiſſe apud Belgas ab Antonii legato, et in lingua Gallica, Latina, et Belgica eundem fuiſſe editum. Licet aliqua in eodem refellat LOBKOWITZ p. 170. Praeterea extant *allegationes iuris Antonii vna cum reſponſionibus.* IOS. TEXEIRAE *de Portugalliae ortu, regni initiis, denique de rebus a regibus vniuerſoque regno praeclare geſtis compendium ex fidelibus ſpectatiſſimorum Hiſtoricorum monumentis excerptum.* In hoc ſcripto totus eſt pro defendendis iuribus Antonii. Emanuelis de Fonſeca Oratio in laudem Antonii, et *potiſſimum Hiſtoria du Roy dom Antonio ab ipſo confecta,* quae tamen adhuc in MSto latet, ad quam ab ipſo poſſeſſam reliquosque prouocat LOBKOWITZIVS p. 170. Quibus tamen addo: *de iure ſucceſſionis regiae in regno Luſitaniae*, ſeu *Portugalliae* deque *legitima regis Antonii ſucceſſione*, Middelburgi 1591. 8. haec vberius exponuntur *in dicta breui Enarratione.*

Digitized by Google

cum exercitu viginti ſex millium, oppido Setabal capto, vlterius pergit, Antonium acie fundit, vt, dum vndique quaereretur, fuga ſibi conſulere cogeretur et ad portum Iccium in Gallia adpelleret. Interim Caſtellae rex ab Luſitanis prouinciis ſubiectionem quaerit, quod etiam obtinuit, cum fama ferret, mortuum eſſe Antonium. Et licet a Gallorum rege claſſe adiutus, Aſores atque Terceram Inſulam inuadere tentaret, proelio tamen nauali deuictus, in Galliam ſe ſubducere fuit coactus. Rex equidem Caſtellae multis promiſſis Antonio perſuadere voluit, vt iuri ſuo renunciaret. Primum quidem per Chriſtophorum de Mora obtulit illi, antequam rex crearetur, in annos ſingulos quingenta Ducatorum millia et perpetuam in regno gubernationem. Deinde per Hieronymum de Mendoza, poſtquam proelio iam eſſet deuictus, regnum Neapolitanum, quibus tamen nunquam fidit Antonius. Denique minime deſtiterunt Caſtellani, vt omnibus modis vitae Antonii inſidiarentur, ſed proditores poenas iuſtas luerent. Tali ratione Antonius, de quo tamen dubium erat, an ſaltim ex concubinatu, an vero ex matrimonio clandeſtino, ſed inaequali fuerit progenitus, vi maiori a ſucceſſione fuit prohibitus, demum anno 1595. Pariſiis anno aetatis ſexageſimo quarto in exilio fuit demortuus, relinquens duos filios, Emanuelem de Portugal, d. 12. Iunii 1638. et Chriſtophorum a. 1638. Venetiis defunctum (t).

§. VII.

Ex recentioribus Luſitaniae regibus Ioannes IV. filiam naturalem reliquit Donnam Mariam, quae Vlyſſiponae in Monaſterio d. 14. Februarii 1693. fuit defuncta. Petrus rex reliquit Donnam Ludouicam de Mello, duci de

(t) Hoc recenſet P. ANSELME *Hiſtoire Genealogique pag. 20.*

de Cadaual iuniori die 25. Mai. 1695. nuptam. Hoc defuncto, eiusdem frater aeque dux de Cadaual, Papa diſpenſante, ipſius duxit viduam (u). De quo matrimonio curioſa habet *relatio aulae Luſitanicae* (x).

§. VIII.

Ex regibus Luſitaniae oriundi ſunt duces Bragantini. Inter hoſce Fulgentius Prior Guimaeani Iacobi ducis filius, reliquit Franciſcum nothum, Canonicum Eboracenſem et Angelicam notham, Abbatiſſam villae vitioſae. Ex earundem ſtirpe oriundi erant comites de Lemos et Caſtro. Plures Bragantinorum ducum nothos ſucceſſione exſortes habet IMHOF. (y).

§. X.

Inter Luſitaniae comites Alfonſus Sanchez Dionyſii regis filius naturalis, comes de Albuquerque reliquit filios Io. Alfonſum, cuius liberi naturales erant, Ferdinandus Alfonſus de Albuquerque, Magiſter D. Iacobi in Luſitania, Beatrix notha, vxor Ioannis Alfonſi Tellez, comitis de Barcelos et Maria notha, vxor Gonſalui Tellez de Meneſes, comitis de Meyra (z).

§. XII.

Mauregatus nothus anno 783. Legionis R. obtinuit, de quo IO. MARIANA (a): *Vnus Mauregatus, Alfonſi patruus, tam etſi ſtupro genitus erat, fratrum exemplo, qui deinceps regnarant, iniuriam factam querebatur, Alfonſo praelato ſibi, quem arctiori cognationis gradu defunctos proxime reges attingere conſtabat, neque deerant factioſi homines, qui ſtudio rerum nouarum eius conatus adiuuarent, corruptores, vaniloqui,*

(u) IMHOF. *p. 93. Stemma Luſit. p. 26.*

(x) *Relation de la Cour de Portugal ad c. VII. p. 230.*

(y) *Stemmate Luſit. p. 23.*

(z) IMHOF. *Stemma Luſit. p. 3. 5.*

(a) *Lib. VII. c. VII.*

ut ſunt plerique Principum aſſeclae. *His auctoribus, quoniam parum praeſidii in gente erat, ad Maurorum opem ſupplex confugit, ignominioſoque Chriſtiano nomini foedere impetrauit quinquaginta virgines natalib. nobiles, et parem ex plebe numerum. Itaque his illecebris voluptatum gens barbara prouocata, rege eorum Abderrahmano concedente, Mauregatum ſecuta eſt. Eius exercitus impetum Alfonſus viribus impar, neque ſatis confirmato regno ut ſuſtentare poſſet veritus, aemulo fortunaeque cedens in Cantabriam aufugit. - - Regnauit Mauregatus annis V, menſibus VI.*

§. XIII.

Alphonſus VI. rex Caſtellae, qui vixit Seculo XI. exeunte praeter Vrracam, filiam legitimam, reliquit duas filias naturales, quarum prior Thereſia Henrico Burgundiae comiti fuit nupta, qui dotis loco Coimbricenſem comitatum obtinuit, ex quo Portugalliae regnum poſtmodum fuit ſubnatum. Altera erat Eluira, Raimundo Tholoſano comiti nuptui collocata (b).

§. XIV.

Alphonſus VII. qui auo in Caſtellae regno ſuccedebat, reliquit Vrracam notham, Garziae Ramiro regi Nauarreno anno 1144. et ſecundis nuptiis Almaro Roderico de Aſturia collocatam, anno 1179. defunctam (c).

§. XV.

Alphonſi XI. ex Eleonora Guſmannia filii naturales erant Henricus Traſtamarae comes, Fridericus de Caſtella D. Iacobi Magiſter, qui ex Eleonora de Angulo, liberos reliquit legitimos (d). Ferdinandus Ledeſariae, Tellius

(b) Sic RODERICVS TOLETANVS Lib. VI. cap. XXI. licet RESENTIVS Lib. IV. pag. 216. ex legitimo thoro natum fuiſſe velit.

(c) IMHOF. *Hiſt. Hiſp. et Ital. Geneal. p. 37.*

(d) de huius progenie IMHOF. *p. 104.*

Digitized by Google

lius Aquilariae reguli. Praeterea Sanctius, Ioannes, Petrus, Ioanna Ferdinandi Caſtrii futura vxor. Petrus alter et Sanctius in minore aetate erant extincti. Hos Alfonſi XI. ſucceſſor, Petrus Crudelis plurimum perſequebatur (e).

§. XVI.

Alphonſi XI. filius Petrus Crudelis, rex Caſtellae ex Maria Padilia habuit Beatricem (f). Conſtantiam Alencaſtriae Angliae duci nuptam (g). Iſabellam (h). Petro Vella de gueuora domino de Orrate nuptam. Alfonſum paullo poſt defunctum (i). Ex Ioanna Caſtria, Didaci Haro vidua progenuit Ioannem de Caſtella, dominum de Aquilar et Caſtraneda in proelio Aliabarottam contra Luſitanos d. 14. Auguſti 1385. occiſum (k) Ex Thereſia Mariam, monialem anno 1424. defunctam, ex Iſabella Sanctium et Didacum (l) in carcere extinctos, Ioannam nuptam Io. Alphonſo de Haro domino de Empudia, Mariam Io. Hartado de Mendoza, domini de Mendibil vxorem.

§. XVII.

Henricus II. Petri Crudelis, qui ob ſaeuitiam ſuam omnibus factus fuiſſet inuiſus, in regno Caſtellae ſucceſſor Alfonſi XI. filius nothus, vndecim habuit liberos *naturales*, quos recenſet IMHOF (m).

§. XVIII.

De Ramiro Arragoniae rege ſub Seculi XII. medium ſic

(e) MARIANA *lib. XVI. c. XVI.* IMHOF. *Hiſt. Hiſp. et Itali Geneal. p. 37.*
(f) MARIANA *Lib. XVI. c. XVII.*
(g) *lib. XVI. c. XVIII. Didaci.*
(h) *lib. XVI. c. vlt.*
(i) *lib. XVII. c. III.*
(k) *lib. XVI. c. XVIII.*
(l) *lib. XVII. c. V.*
(m) *Tab. X. p. 62.*

Digitized by Google

ſic refert MARIANA (n): *ad haec ex impari matre Vrraca filium alium, nomine Sanctium, quem Aiuaris, Xabieris et Latris, praeterea Ripargoſae comitis nomine, principatu auxit. Verum nulla prole ſuſcepta, ad veterem regum ditionem hae vrbes ex aliquanto interuallo redierunt.*

§. XIX.

Alphonſus V. dictus ſapiens et Magnanimus Arragoniae rex, qui d. 27. Iunii 1458. Sine legitima prole deceſſit, Neapolitanum regnum, quod ſeparato iure fuerat adeptus, tanquam rem propriam, Ferdinando filio notho, quem ex Valentina iuuencula ſuſceperat, reliquit (o).

§. XX.

De Ioanne Arragoniae rege, Ferdinandi Catholici patre dicit LVCIVS MARINAEVS (p): *Praeter liberos, quos ex vxoribus habuit, alios etiam plures ex concubinis progenuit. Habuit enim Ioannem Archiepiſcopum Caeſar Auguſtanum, et Alphonſum ducem Villae formoſae.* Vbi alios inſuper recenſet.

§. XXI.

Ferdinandus Catholicus quatuor liberos habuit naturales ex totidem pellicibus. Ex comite d'Eboly progenitus fuit Alphonſus Archiepiſcopus, Caeſar Auguſtanus, qui anno 1469. nondum pubes factus fuit Archiepiſcopus Toletanus, de quo IO. MARIANA (q), quo et PETRVS MARTYR. (r): *Archi-Antiſtes, Caeſar-Auguſtae regis ex pellice filius, vir magnanimus et bello egregius.*

§. XXII.

Philippus II. rex Hiſpaniae ex Iſabella Oſoria

 duos

(n) *lib. VII. c. VII.*

(o) Vide *Sect. I. §.*

(p) *de reb. Hiſp. lib. XII. p. 411.* IMHOF. *p. 65.*

(q) *Hiſt. lib.*

(r) Epiſt. CCCCXCIX. adde ANTON. Varillas *de l'Education des Princes lib. III. p. 168.*

duos progenuit filios naturales, Petrum et Bernardinum (s).

§. XXIII.

Inter recentiores Hiſpaniae reges Philippus IV. rex ex Maria Calderona, muliere ſcenica progenuit Ioannem II. ab Auſtria d. VII. Aprilis 1629. natum, hunc etiam anno 1642. filium naturalem, publice idiomate adgnouit, ipſum inſignibus muneribus ornauit, eidemque magnos reditus ex commendis aliisque beneficiis in Hiſpania adſignauit, ipſum etiam Magnum Priorem ordinis Melitenſis in Caſtilia conſtituit (t). Princeps erat in negotiis togae ſagique plurimum verſatus, ideoque etiam poſt Michaelis Wieſavwiski obitum, Poloniae regnum adpetebat, de quo PVFENDORFFIVS (u): *Mittebat quoque Regina Hiſpaniae Petrum Ronquillum in Poloniam, ut Ioannem Auſtriacum commendaret: Ea quippe, rege ad maiorem aetatem prouecto, Nithardum Cardinalem iterum in aulam pertrahere cupiebat, ſed qui ſimul cum Ioanne conſiſtere ibi non poterat. Vnde eadem opera et Nithardo* (x), *locum pandere, et Ioannem ſub honoris ſpecie amouere volebat, ſtabilito ſimul in Polonia rege, cui ſemper ad Auſtriacam domum reſpiciendum ſit. Labem natalium exſtinctam, dum a Philippo IV. pro filio agnitus ſit, ſupremis muneribus in regno potiatur, et titulo Celſitudinis ab omnibus honoretur. Prouenire ipſi quotannis CCLXX. M. vnciales e commen-*

(s) Id quod ex *Hiſtoire des Bays Bas lib. IV. p. 818.* demonſtrauit IMHOFIVS.

(t) Vide BAYLE voce *Autriche* MYLER ab EHRENBACH *Gamologia c. XXVI. §. XVIII.* VITTORIS SIRI *T. II. del Mercurio lib. I. f. 357. La vita di Dom Giouanni d'Auſtria, Figlio naturale di Filippo IV. Re di Spagna 1636. 12.*

(u) *Rer. Brandenb. lib. XII. §. LXX. p. 950.*

(x) de Ioannis ab Auſtria cum Nithardo Cardinale diſſidiis ſingularis extat *Relation de Differens arrivès en Eſpagne entre D. Juan d'Autriche et le Cardinal Nithard* a Cologne 1677. 12.

Digitized by Google

mendis et aliis beneficiis in Hiſpania. Eſſe quoque millionem Vncialium, quem ſtatim in Poloniam adferre poſſit. Sed cum Caeſar id haud ſucceſſurum iudicaret, Ronquillus pro Lotharingo nitebatur.

§. XXIV.

Theobaldus Vaſconum rex ex Marcheſia Rada habuit filiam matri cognominem, quae deinde Petro Arragoniae regis filio nupſit (y). Martini I. regis Arragoniae filius, Martinus rex Siciliae, reliquit Fridericum nothum comitem Lunae (z). Hic equidem poſt patris mortem, ſucceſſionem in Arragoniae regno adpetebat, verum excludebatur, prout IO. MARIANA de eodem ſcribit (a).

§. XXV.

Inter alios Nauarrae reges, Garſias Ramirus filium naturalem reliquit Rodericum (b). Theobaldus reliquit Guillelmum nothum Iacobo I. Arragoniae regi contra Saracenos in auxiliis (c). Philippus III. reliquit filium Philippum Nauarenum, comitem de Longueuille, cuius liberi naturales erant Lancellottus Baſtardus de Longueuille et Robina (d). Carolus II. reliquit Leonellum, a quo Marchiones de Carlez trahunt originem (e). Carolus III. reliquit Lancellottum, Epiſcopum Pampelonenſem et Patriarcham Alexandrinum d. 8. Ianuarii anno 1420. defunctum, Godofredum, comitem de Corteſii et Nauarrae Mareſchallum (f).

§. XXVI

(y) MARIANA *lib. XIII. c. XII.*

(z) IMHOF. *p. 68.*

(a) *lib. XX. c. II.*

(b) *ib.*

(c) de quo BERN. COMESIVS *de vita Iacobi lib. VI. p. 433.*

(d) IMHOF. *Hiſt. Hiſp. et Ital. Geneal. p. 140.*

(e) ANSELME *p. 140.*

(f) *p. 143.* IMHOF. *p. 143.*

Digitized by Google

§. XXVI.

In Galliae regno Chlotarius I. poſtquam anno 569. eſſet defunctus, quatuor relinquebat filios Charibertum qui Pariſiis ſedebat, Chilpericum Sueſſionis, Guntramum Aurelianis et Sigebertum Metis ſedentem. Verum ex concubina genuerat etiam filium Gundobaldum, hic cum natus eſſet in Galliis, et diligenti cura nutritus, vt regum iſtorum mos erat, crinium flagellis per terga demiſſis, litteris eruditus, Childeberto regi a matre repraeſentatur, dicente ea: *Ecce, inquit, nepotem tuum Chlotacharii regis filium. Et quia inuiſus habetur patri, ſuſcipe eum, quia caro tua eſt.* Quem ille, eo quod ei filii non eſſent, accipiens, retinebat ſecum. Nunciantur haec regi Chlotachario; miſitque fratri nuntios, dicens: *Dimitte puerum, vt veniat ad me.* Nec moratus ille, iuuenem fratri direxit. Quo viſo, Chlotacharius iuſſit tonderi comam capitis eius, dicens: *Hunc ego non generaui.* Igitur poſt Chlotacharii regis obitum a Chariberto rege ſuſceptus eſt: quem Sigibertus arceſſitum, iterum amputauit comam capitis eius, et miſit eum in Agrippinenſem ciuitatem, quae nunc Colonia dicitur. Ille quoque ab eo loco delapſus, dimiſſis iterum capillis, ad Narſetem abiit, qui tunc Italiae praeerat: ibique vxore accepta, filios procreauit, et ad Conſtantinopolim acceſſit (g). Dum autem Childebertus contra Guntramum Burgundiae regem bellum gereret, euocabatur contra eum iſte Gundebaldus, qui Conſtantinopoli veniens, Maſſiliam eſt aduectus atque a Theodoro Epiſcopo fuit ſuſceptus, et ab eodem etiam acceptis Equitibus, Mummolo duci eſt coniunctus. Guntramus vero Theodorum epiſcopum deſuper comprehendens cuſtodiae man-

(g) Haec verba ſunt GREGORII TVRONENSIS *lib. VI. c. XXIV.* quem ſequitur P. DANIEL *T. I. p. 218.* GREGORIVS TVRONENSIS *Hiſtoria epitomata. c. LXXXIX.*

Digitized by Google

mancipauit, reputans, cur hominem extraneum intro-
miſiſſet in Gallias, voluiſſetque Francorum regnum impe-
rialibus per haec ſubdere ditionibus, Gundebaldus vero
in maris Inſulam ſeceſſit, expectans rei euentum, dum
interea Guntramus rex Gundebaldi theſaurum Maſſiliae
diriperet (h). Aſt redux in Galliam, ope Mummoli du-
cis, in Briua Carnetia (i) vico in Lemovicibus, Parmae
impoſitus in regem fuit educatus. Sed cum tertio cum
eidem gyrarent, cecidiſſe fertur, ita vt vix manibus cir-
cumſtantium ſuſtentari potuiſſet. Guntrannus vero haec
audiens, ipſum vocabat Ballamerem, hoc eſt falſum prin-
cipem a Childeberti regis legatis, qui ad eum miſſi fue-
rant, petens: omnibus autem haec cauſa animos accende-
re debet, vt repellatur, a finibus noſter aduena, cuius
pater molendina gubernauit: et, vt vere dicam, pater
eius pectinibus inſedit, lanasque compoſuit. Licet autem
in Commingenſi vrbe ſub Pyrenaeis montibus ſita, quam
anno 585. occupauerat, ſe communire cogitaret, attamen
coniuratione Mummoli, aliorumque fuit deprehenſus et
dum ad Guntrannum duceretur, contra rupem alliſus,
poſteaque lancea perfoſſus et lapide percuſſus, miſere oc-
cubuit. (k)

§. XXVII.

Theodoricus filios reliquit ſpurios, Sigebertum, Chil-
debertum, Carbanem, et Meronem (l), quibus praeteri-
tis, Chlotharius Chilperico patre progenitus, e regia ſtir-
pe relictus, ſucceſſit Guntranno et Childeberto, de quo
AI-

(h) GREGORIVS TVRONENSIS cit. loco. AIMOINVS lib. III. c. LXI.

(i) Sic GREGORIVS TVRONENSIS lib. VII. c. IX.

(k) lib. VII. c. XXXVIII.

(l) ANSELME p. 14.

(m) *Extinctis, vel varia ſorte obeuntibus tot Francorum regibus, a quibus per quinquaginta fere et unum regnatum eſt annos; ſolus legitimae ſucceſſionis haeres Chlotharius Chilperico patre genitus e regia ſtirpe videbatur relictus, in quem regnandi ius potiſſimum transfundi oporteret. Brunechildis tamen moliebatur, ſi poſſet, Sigebertum Theodorici filium regno praeponere Auſtraſiorum. Quatuor namque Theodericus ex pellicibus ſuſceperat filios, quorum iſta ſunt nomina: Sigebertus, Corbus, Childebertus atque Meroveus, ſed quia erant materno latere minus nobiles, ad regni quoque gubernacula aeſtimabantur fore impares. Simul quod et Brunechildis eo ſolo ad ſpeciem regnandi, non poteſtatem ſummae rei ſollicitudinem ſibi reſeruare velle intelligebatur: et Primores Franciae tunc temporis foeminae Dominatui dedignabantur ſubiici, unde, annitentibus Arnulpho atque Pipino Auſtraſiae Primoribus, Chlotharius Confluentem usque acceſſit. Brunechildis in Warmatia reſidens, cuius audito adventu, ad eum dirigit: Obteſtans, ut de regno Theodorici quod filiis reliquerat, ſecederet. Chlotharius reſpondit: conventum nobilium debere eum aggregare Francorum et communi tractatu de communibus conſulere rebus. Se vero iudicia illorum in omnibus pariturum, nec praeceptis promiſſis obſtiturum. Brunechildis verbis ſe decipi animaduertens (i) miſſo in Thuringam Sigeberto Theodorici primogenito, gentes etiam, quae trans Rhenum habitant, ad belli ſocietatem invitare tentabat, Cum quo et Warnarium Maiorem domus, ac Alboinum e Proceribus Auſtraſiae praeeminentiſſimum, dirigendos curavit. Verum Warnarium ſuſpectum habens, quod ad Chlotharium tranſitum meditaretur, directis poſt tergum eorum litteris Alboinus lectos apices ſcindens, ad terram projecit. Qui tamen a quodam familiarium Warnarii inventi ac in tabula cera lita tranſcripti, eidem ſunt oſtenſi. Quibus ille viſis periculum ſibi imminere perpendens mortis colligere ſeſe, ac praeparare animo cepit, quo* (i) *pa-*

(m) lib. IV. c. I.

pacto Theoderici filiis deletis, regnum Chlotario una ſecum contraderet. Primo itaque nationes, ad quas ad ſupplementum belli accerſendas directus fuerat, ab eis alienauit. Deinde cum Brunechilde ac Sigeberto Burgundiam ingreſſus, uniuerſos Primates ſimul cum Pontificibus ipſius gentis in ſuam deduxit ſententiam, ſecreto apud eos huiusrei uſus verbo. Et quia omnes ſuperbiam Brunechildis ſimul et crudelitatem exoſam habebant, ſe voluntati eius polliciti ſunt, non defuturos his itaque patratis, nuntios ad Chlotarium miſit, et cum exercitu aduentaret, mandauit: Spondens ſe, ſi ei integra fide ſecuritas vitae ac honoris concederetur, regnum Burgundionum pariter cum Auſtraſiorum uniuerſa militia traditurum. Veniente itaque Sigiberto cum Burgundionibus in Campania Catalaunenſi, ſuper fluuium Axonam occurrit Chlotarius cum Neuſtraſiis, habens ſecum complures Auſtraſios, inter quos Aletheus Patricius, Rocco, Sigoaldus, necnon Eudilanus, Duces. Igitur dum utrinque armatorum cunei ad praelium parati conſtitiſſent, Warnarius cum ſuis, iuxta quod condixerat, ſigno dato e pugna, ante congreſſum, diſceſſit. Eadem fecere, quibus par inerat pugnandi affectus. Chlotarius poſt eos paulatim iter faciens, utpote nullum eorum perdere geſtiebat, quos ſuos fore confidebat Ararim uſque fluuium, qui nunc Sagonna dicitur, peruenit; captiſque tribus Theoderici filiis, Sigeberto, Corbo, atque Meroueo, nam quartus Childebertus, pernicies equi ſubſidio uſus proelio elapſus, nuſquam poſtmodum eſt repertus, ad vicum Riona ſuper Vincennam flumen ſitum redit, ibique inſtantia Warnarii vel caeterorum Procerum ei fauentium Brunechildis cum Theudelana Theodorici germana, de pago Vtraiurano villa urbana ab Erpone regalium praepoſito equorum protracta, Chlotario praeſentatur. In cuius conſpectu Chlotarius Sigebertum ac Corbum eius nepotes, Theodorico progenitos, iugulari iuſſit. Meroueum vero, cui ipſe pater ſpiritualis in baptiſmo fuerat datus, Ingobodigraphioni commendans,

 in

in Neperiſsum perduci, *atque ibi nutriri clementiſſime mandauit* (n).

§. XXVIII.

Ludouici II. imp. filius medius Lotharius, rex Lotharienſium ex Waldrada pellice progenuit Hugonem, quem Alſatiae ducem conſtituerat pater. Hic anno 883. Lothariehſe regnum deuaſtauit, Bernarium fecit interfici (o).

§. XXIX.

Lotharius rex Francorum praeter filios legitimos ex ſorore Roberti, Magiſtri palatii, Caroli ducis Lotharingiae progenuit Arnolſum, factum anno 989. Archiepiſcopum Rhemenſem (p). Hic vero, poſtquam Hugonis Capeti partes reliquiſſet, et Caroli partibus acceſſiſſet, ipſique Remorum vrbem tradidiſſet, et dum Hugo Lotharii progeniem vellet exterminare (q), d. 2. Aprilis 991. Lauduni captiuus factus atque Aurelianenſis fuit ductus in Synodo Epiſcoporum in Baſilica S. Baſoli confeſſoris prope Durocortum Remorum habito depoſitus, hac potiſſimum ex ratione, non debere Epiſcopum natum eſſe ex concubina in eiusdemque locum Gerbertus ſubſtitutus, Arnulfus etiam eo adactus, vt libellum poenitentiae atque renunciationis ... die

(n) Adde FREDEGARIVM c. XLI. XLII.

(o) ANNALES BERTINIANI ad annum 868. *Lotharius filio ſuo de Waldrada, Hugoni, Ducatum Elizatium donat, eumque Ludouico Germanico commendat.* Agunt de eodem ANNAL. FVLDENSES ad a. 879. 881. 888.

(p) HVGONIS FLORIACENSIS *Chron.* ad annum 978. *in diebus illis erat in Rhemenſium ciuitate Archiepiſcopus vir bonus et modeſtus, frater Chlotarii regis ex concubina nomine Arnulphus.*

(q) *Hugo Floriocenſis* equidem hanc Synodum habitam fuiſſe in vrbe Remorum tradit. Verum MARLOTVS p. 45. locum certius definiuit, ſcribens: Synodum hanc non Remis, ſed in Monaſterio S. Baſoli tribus circiter leucris a Durocorto vbi Arnulfus exauctoratus eſt.

Digitized by Google

die 18. Iulii exhibuiſſet (r). Indignatus ſuper hoc Ioannes Papa, interdixit omnes Epiſcopos, qui Arnulfum deiecerant; miſit etiam Leonem Abbatem ad Seguinum Archiepiſcopum Senonenſem, qui vice ſua in Remenſi vrbe Synodum congregaret, mandans illi, vt ſine dilatione reuocaret de carcere Arnulfum et degradaret Gerbertum. Collecto igitur Concilio, iterum in vrbem Remenſem ex iuſſione papali reuocatus eſt Arnulfus de cuſtodia, et cum honore magno in ſede ſua receptus (s). Verum die 8. Martii 1023. fuit defunctus, atque in choro Metenſis eccleſiae ſepultus (t). Alter Lotharii filius, Richardus ſolo nomine eſt notus (u).

§. XXX.

In linea Capetingica Hugo Magnus Hugonis Capeti pater de Raingarda vilis conditionis foemina filium progenuit Heribertum, factum Epiſcopum Autiſſiodorenſem (x). Filius vero Hugonis magni legitimus filium naturalem reliquit Gunzelinum, factum anno 1004. Abbatem Floriacenſem, atque anno 1003. Archiepiſcopum Bituric. (y). Hugonis Capetus filius Robertus filium naturalem reliquit Amalricum, de quo Montfortii apud Anglos ducuntur (z).

§. XXXI.

Sequitur ſub initium ſeculi vndecimi Philippus I. rex Francorum, cuius concubina erat Berthrada Andega-

 uen-

(r) MARLOT. p. 45. ſeqq. vbi etiam extat libellus renuntiationis.

(s) HVGONIS FLORIACENSIS Chron. apud du CHESNE *T. IV. pag. 142.*

(t) ALBERICVS ad a. 1023. MARLOT. *p. 62.*

(u) de quo P. ANSELM. *p. 28. dont on ne trouve que le nom.*

(x) *Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium c. XLVII.*

(y) de hoc in Patriarcha Bituricenſi c. LVII. vbi vocatur vir genere, pietate et doctrina inſignis.

(z) IMHOF. *Geneal. M. Britann. p. 136.*

Digitized by Google

comitiſſa, quam Berthae, Florentii I. Hollandiae comitis filiae, legitimae vxori, ſuperinduxit (a). Ex hac progenuit Philippum comitem Meduntenſem, dominum Mehunenſem, qui anno 1104. duxit in matrimonium Eliſabetham, Guidonis, dicti Trouſſel, filiam. Iſte circa annum 1112. contra Ludouicum Groſſum rebellauit, coactus tamen fuit, vt ſe ipſi iterum ſubmitteret. Alter filius erat Florentius, vtrique tamen a ſucceſſione fuerunt excluſi (b), licet BETSIVS eosdem pro legitimis fuiſſe habitos contendat (c). Filia vero Caecilia, anno 1106. Tancredo, Galilaeae principi nupta, atque in ſecundo matrimonio anno 1113. Ponto Tripolitano comiti coniugata (d).

§. XXXII.

Initio ſeculi decimi quarti regnabat Philippus Valeſius, cui Thomas Walſinghamus filium naturalem tribuit Ioannem, qui anno 1350. cum nobili quodam Yprenſi

(a) Hiſtoriae Franciae fragmentum apud DU CHESNE *T. IV. p. 87.*

(b) SVGERIVS *Vita Ludouici Groſſi c. 1.* de Guilielmo rege Angliae. *Dicebatur equidem vulgo, regem illum, ſuperbum et impetuoſum aſpirare ad regnum Francorum, quia famoſus Iuuenis, vnicus patri erat ex nobiliſſima coniuge Roberti Flandrenſis comitis ſorore. Qui enim duo ſupererant Philippus et Florus, deſuper ducta Andegauenſi comitiſſa Bertrada geniti erant.*

(c) *Hiſtoire des Comtes de Poitou et Guienne En troiſieme lieu Philippe et Florent Enfans du lit du Roi et de Bertrade de Monfort, etoient tenus publiquement pour legitimes et capables pour la couronne par le deces du Roi Louis le Gros leur frere paternel; ce qui fut cauſe, que ces deux jeunes princes et leur mere et tout leur lignage, entrerent en un merveilleux orgueille.* Ad quod exemplum Galliae principes legitimati prouocant. RECVEIL *des pieces produites par les Princes du ſang contre les Princes legitimes.*

(d) PETRVS ANSELME *p. 43.*

renſi apud Flandros duello congreſſus, victoriam obtinuerit (e).

Carolus VII. ſaltim filias reliquit naturales, *Ioannam* Baſtardam de Guienne, Ordinis S. Dominici adſcriptam, atque *aliam* de Guienne Franciſco de Volvyre, Domino de Ruffec Conſiliario et Cubiculario regis nuptam (f). Ex Agnete Sorel, Comitiſſa de Ponthieure, quae d. 9. Februarii 1449. fuit defuncta, progenuit *Carolam*, anno 1462. Iacobo de Brezé, comiti de Maulevrier, Magno Normanniae Seneſchallo nuptam, quam maritus in adulterio deprehenſam, necatamque, *Margaretham* Olivario de Coetivy Guiennae Seneſchallo, et *Ioannam* Antonio de Bueil, comiti Sancerrano nuptam (g).

Ludovicus XII. progenuit Michaelem de Buci, Patriarcham atque Archiepiſcopum Bituricenſem, qui 1511. defunctus eſt (h). Henricus II. ex Leuiſtonia Scota, progenuit Henricum Engoliſmenſem, Magnum Galliae priorem, Prouinciae Praeſidem, Admiralium Maris Orientalis (i). Hic laniena Pariſienſi primoſer (k) interfuit anno 1573. Rupellarum obſidioni (l), eundem die 2. Iunii 1586. per Philippum Baronem de Caſtellane Aquis ſextiis fuit occiſus.

§. XXXV.

(e) WALSINGHAMVS ſub Eduardo III. p. 169. *Eodem anno factum fuit duellum in palatio regis apud Weſtmonaſt. inter dominum Baſtard filium Philippi regis Francorum, et quendam militem de Ypres, ceſſitque victoria Iobanni praefato.* IMHOFIVS *P. I. Tab. XI.*

(f) P. ANSELME *p. 67.*

(g) P. ANSELME *p. 69. Les Intrigues Galantes P. I. p.* [illegible]

(h) ANSELME *173.* IMHOF. *Tab. XIII.*

(i) Sic vocatur a Thuano *lib. 57. p.* [illegible]

(k) THVANVS *l. 52. p. 816.*

(l) THVANVS *lib. 56.* ineunte.

Digitized by Google

§. XXXV.

Carolus IX. ex Maria Touchet, Domicella de Bellenuille, Aurelianenſis Pharmacopolae filia, progenuit filium iterum ſtatim defunctum, et Carolum Valeſium, ducem Engoliſmenſem, Magnum Franciae priorem. Huic pater per Teſtamentum comitatus Auernenſem et Lorracenſem cum Baronatu Tour legauit. Ludouicus XIII. poſtea eundem ducem Engoliſmenſem et comitem de Ponthieu creauit. Excelluit ille tam pacis, quam belli dotibus, illarum documenta edidit in legatione, quam nomine Ludouici XIII. Galliarum regis apud imperat. Ferdinandum a. 1629. pacis in Germania procurandae ergo, obiit, harum in expeditionibus, quas aduerſus Caluinianos rex ſuſcepit, tanta ob ſummum rerum vſum in exiſtimatione habitus, vt in obſidione Rupellana, praeter vſum et nouo exemplo legem cum Mareſchallis ex decreto regio diceret (m). Inde a. 1589. Catharina Medicaea in ampliſſimis, quas in Aruernis et Septimania habebat, poſſeſſionibus haeres fuit inſtitutus (n).

§. XLIII.

Ex ſtirpe Borbonia plura ſunt exempla, quae huc faciunt, quae tamen, quia in nimium excreſcunt, hic praeterimus. Varia quoque huc pertinentia dabimus in capite, quo de legitimatione ſumus acturi.

SECTIO III.

DE SPVRIIS ILLVSTRIVM GERMANORVM.

§. I.

Exempla in antecedentibus adducta ſectionibus, vberius quidem teſtantur, apud pleraſque Europae gentes, re-

(m) GRAMMONDVS *lib. XVII. p. 771.* IMHOF. *p. 57.*
(n) THVANVS *l. 94. p. 387.*

regum, principum comitumue illegitimos filios, pro talibus a parentibus agnitis ſine dubio pro nobilibus haberi, et omnibus nobilitatis iuribus et priuilegiis gaudere, ideoque haud raro, antiquioribus maxime temporibus, in regna ditionesque ſucceſſiſſe paterna. Aſt alia obtinent omnia apud Germanos. Hi enim, dum acerbiſſimo proſequerentur odio vagarum amatores libidinum (o), non potuerunt non liberos ex illicito progniatos concubitu, tanquam teſtes paternae maternaeque perpetuos turpitudinis maximo habere contemtu (p).

§. II.

Non vero priuatorum ſolum, ſed quoque illegitimis illuſtrium liberis hocce proſequebantur contemtu maiores noſtri, Germaniae enim proceres, qui inaequales non ferebant nuptias, liberosque exinde natos a dignitate ſucceſſioneque excludebant paterna (q); multo minus concubinas aequo patiebantur animo, ſed potius liberos ex ea ſeu alio impuro editos congreſſu dedecora familiae eiusque iuribus indignos cenſebant. Hinc liberi illegitimi dignitatis incapaces habebantur paternae (r), ſicuti ab omnibus muneribus honoribusque publicis fuerunt excluſi (s).

§. III.

(o) TACITVS *de moribus Germ. c. XVIII. et XIX.* CAESAR *de Bello Gall. lib. VI. c. XV.* PROCOPIVS *de bello Goth. l. IV.*

(p) IVS PROVINC. SAX. *lib. I. Art. XXXVII. Kempfer und ihre Kinder, Spielleuthe, und alle die unehlich gebohren ſeyn, und die Dieberey im Raub ſuchen - - die ſeynd alle Rechtlos. Conſentit ius prouinc.* ALEM. *c. 410.*

(q) vide *iurispr. her. P. II. c. II. Sect. I.*

(r) *Ius prouinc.* SAX. *lib. III. Art. 72. Das ehelich und frey gebohren Kind behält ſeines Vaters Heerſchild. Ius feud. Sax. cap. XXI.*

(s) Sic iudices eſſe non poterant illegitimi *Ius prov.* ALEM. *c. 73.*

§. III.

Praecipue quoque a nobilitate remouentur liberi ex illicito orti concubitu. Vix enim aequum videbatur, nobilitatem, quae ob paternarum merita virtutum in liberos deriuatur, per ſcelera propagari (t). Deinde quoque nobilitas aliter non, quam pro ſe ſuisque conceſſa eſt deſcendentibus ex legitimo matrimonio, ideoque ad illegitimos non tranſit (u). Inde ordinationes torneamentorum extra cancellos relegant equeſtres liberos ſpurios naturalesque (x). Capitula, quae in recipiendis canonicis nobilitatem deſiderant auitam, a coetu remouent ſacro, qui ex iuſtis prognati haud ſunt nuptiis (y). Plerique ordines militares ab equitum numero proſcribunt ex vaga progenitos libidine (z). Imo ſodalitia nobilium fere omnia ſe-

c. 73. der Richter ſoll auch ein Ehe-Kind ſeyn, imo ad munera ſuſcipienda aduocatorum eos non eſſe admittendos, docet *Ius prou.* SAX. *lib. I. Art. LXI. Ius prou.* ALEM. *c. 88.*

(t) Dn. CRAMER. *de iuribus et praerogatiuis nobilit. auitae p. 184.*

(u) TIRAQVELL. *de Nobilitate c. XV. n. 10.*

(x) ORDINATIO *torneamenti Würzburgenſis* a. 1469. celebrati apud RVXNER et LYMNAEVM *iur. publ. lib. VI. cap V. n. 20. Alle die nicht in der Ehe gebohren ſeyn, die ſoll man nicht theilen*, ORDIN. *torneamenti Heidelb.* apud LIMNAEVM *l. c. n. 21.* Addè SCHVBARTVM *de ludis equeſtribus c. VI. §. 9.*

(y) Exempla vide apud CRAMER *de iuribus et praerogat. nonobil. auitae p. 189.*

(z) STATVTA *ordinis Teutonici* apud LVNIGIVM *in continuatione P. I. Spicil. eccleſ. in der lezteren Abtheilung p. 55. der in den Orden zu kommen begehret, ſoll von alten adelichen rittermäſſigen Stammen ehelich gebohren und von teutſchen Geblüte, und ein Ritters-Genoſſe ſeyn.* STATVTA *ordinis Iohannitici* apud LVNIGIVM *l. c. p. 400. Statuimus ne quis deinceps ad religionis noſtrae profeſſionem admittatur, qui ſit extra matrimonium et parentibus illegitimis natus, praeter comitum aut ma-*

Digitized by Google

ſedulo cauent, ne iis ſe homines obtrudant, quae natiuitatis laborant macula (a). Ab imperatore igitur impetranda eſt nobilitas, quam a natiuitate non habent procerum liberi (b). Et licet ſtatus vi ſuperioritatis territorialis nobilitandi iure gaudeant (c), ideoque nobiles creare poſſint liberos, quos illegitime procrearunt, vix tamen vltra territorium haecce nobilitas ſuos extendet effectus.

§. IV.

Quoad ſucceſſionem in terras et prouincias non deſunt exempla eorum, qui ex illegitimo nati concubitu in ditionibus ſucceſſerunt. Ipſa Germania imperatorem habuit Arnulphum, Carolomanni filium naturalem (d). Aſt nec imperium Arnolphus iure obtinuit ſucceſſionis, nec alia erunt exempla, quibus pateret, in ditiones Germaniae naturales liberos exſtitiſſe ſucceſſores. Potius innumera probant exempla, iis numquam ſuccedendi ius eſſe conceſſum. Illuſtrium enim bona ſunt vel feudalia vel allodialia. A feudorum ſucceſſione illegitimi penitus

maioris gradus et tituli dominorum filios. Aſt ne quidem exceptionem admittunt Germani huncce profitentes ordinem, prout docet CHRIST. *von* OSTERHAUSSEN *von der Vortrefflichkeit des Maltheſer oder Iohanniter Ordens tit. II. p. 34.* Adde MENESTRIER, *de la Chevalerie ancienne et moderne p. 368.*

(a) CRAMER *l. c. p. 191. n. I.*

(b) de LUDEWIG ad A. B. P. I. *p. 673.* IAC. THEOPH. LINCK, *de probat. per inſignia et arma gentil. c. III.* §. 7. MYLER ab EHRENBACH *Gamol. c. XXIII.* CRAMER *de iur. nobil. auitae p. 244.*

(c) COCCEII *de poteſtate ſtatuum imperii circa dignitates* IO. FR. TROPPANEGER *de poteſtate Electorum et principum imperii circa ius nobilitatem ſubditis conferendi.*

(d) *de quo ſupra Sect. I.* §. *48.*

Digitized by Google

tus ſunt excluſi (e), allodia auitae familiae ſunt adquiſita. Ad familiam adquirentis referri haud poſſunt, de quorum non certo conſtat parente. Hinc liberi ex iuſto haud editi matrimonio ſuccedere nequeunt in allodia auita. Imo generatim eos Germanorum iura excludunt (f), et dum Germani liberos ex inaequali procreatos matrimonio a ſucceſſione remouerent, illi multo magis bonorum exſortes volebant paternorum illegitime natos.

§. V.

Licet vero a ſucceſſione excluſi ſint paterna liberi ex damnata orti venere, illis tamen alimenta denegari nequeunt. Homines enim ſunt infelices huiusmodi partus, qui vt humane educentur aequitas iubet. Cuinam vero magis onus incumberet alendi, quam patri? Quantitas vero alimentorum ab arbitrio pendet paterno, modo ſufficientia praebeat. Ad alimenta quoque praeſtanda tenentur ſucceſſores heredesque, modo liberi a patre ſint agniti, non agniti incertae ſunt originis, ideoque, vt alantur, exigere haud queunt.

§. VI.

In imp. Germanicorum Hiſtoria plura reperiuntur exempla. Carolus M. durante matrimonio cum Faſtrada, ter-

(e) Conceduntur enim feuda *vor ſich ſeine eheliche Leibes Lehns-Erben.* Hinc *ius feudale* SAX. *c. II. Pfaffen und Frauen, Bauren und Kaufleute, und alle Rechtloſe, und die unehlich-gebohrne - - die ſollen Lehnrecht darben.* cum quo conſentit *ius feudale* ALEM. *c. I. §. 4. et ius feudale Longobardicum II. F. 26. Naturales filii, licet poſtea fiant legitimi, ad ſucceſſionem feudi nec ſoli nec cum aliis admittuntur.*

(f) *Ius Prouinc.* SAX. *lib. III. Art. 72. das ehelich- und freygebohrne Kind behält ſeines Vaters Heerſchild, und nimmt auch ſein Erbe und der Mutter, Ius prouinciale* ALEM. *c. 164. die Kinder die nicht ehelich gebohren ſind, die erben nicht ihren Vater, noch Mutter-Gut, noch keines ihrer-Vordern.*

Digitized by Google

tertia vxore, habuit concubinam Himiltrudim, ex qua genuit Pipinum gibboſum, qui anno 792. contra ipſum propter Faſtradam reginam, cuius crudelitatem ſe ferre non poſſe, Franci dicebant, cum aliis firmauit conſpirationem, vt ipſum cum filiis interficeret, atque regnum ſuſciperet (g). Detecta tamen per Ardulphum Longobardum fuit coniuratio, qui ob meritum vitae ſeruatae monaſterio S. Dionyſii fuit donatus (h). Pipinus ſecundum Placitum Ratisbonenſe in monaſterium Prumienſe detruſus (i), reliqui coniurationis auctores partim gladio caeſi, partim ſuspenſi fuerunt (k). Poſt Luitgardis, quartae vxoris mortem, quatuor habuit concubinas, Mathalgardim, quae peperit

 ei

(g) CHRON. MOISSIACENSE ad ann. 792. *in ipſo anno inuentum eſt conſilium peſſimum, quod Pippinus, filius regis ex concubina Himiltrude matre genitus, contra regis vitam ſeu filiorum eius, qui ex legitima geniti ſunt, qui voluerat regem, et ipſos accidere, et ipſe pro eo, quaſi Abimelec in diebus iudicum Iſrael regnare.* ANNALES *Lambeciani n. XXIV.* LOISELIANI ad annum 792. CHRON. *reg. S. Pantaleonis* ad a. 792. PAVLVS WARNEFRIDVS *de Epiſcopis Metenſibus in Pithoei Annalibus p. 289.*

(h) Verba ſunt *Annalium Laurisbamenſium* ad annum 792.

(i) CHRON. MOISSIACENSE ad a. 792. *cum cognouiſſet rex conſilium Pippini et eorum, qui cum ipſo erant, coadunauit conuentum Francorum et aliorum fidelium ſuorum ad Reginesburg.* EGINHARDVS *c. XX. erat ei filius nomine Pipinus -- facie quidem pulcher, ſed gibbo deformis. Is, cum pater bello contra Hunnos ſuſcepto in Bauaria hyemaret, aegritudine ſimulata, cum quibusdam prioribus Francorum, qui vana regni promiſſione illexerunt, aduerſus patrem coniurauit: quem poſt fraudem detectam et damnationem coniuratorum, detruſum in coenobio Prumia religioſae vitae iamque volentem vacare permiſit.* ANNALISTA SAXO ad a. 811.

(k) ANNALES *Laurisbamenſes* ad annum 792. ANNALISTA ad a. 792.

ei filiam, nomine Rothildem, quam Conſtantinus Graecorum imperator ambiuit, ſed mater ipſius Irene ei inuito aliam coniungebat. Gerſandam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adaldrudis nata eſt (l), et reginam, quae ei Dragonem et Hugonem (m) genuit, vtrosque Ludouicus Pius, vna cum Theodorico primum participes menſae fecerat (n), poſtea ad diſcordiam mitigandam iuſſit tonſurari, et liberalibus diſciplinis inſtrui (o), quos poſtmodum honorifice conſtituit, Dragoni anno 823. Metenſem Epiſcopatum conceſſit (p). Hugoni vero multa Monaſteria (q), qui ideo ſupra FERRARIENSI dicitur Abbatum ſummus (r) et Adelindam, ex qua Thedericbum procreauit, et filiam Adalindam (s). Abnepos ipſius Ludouicus iunior filium naturalem reliquit Hugonem, qui in proelio cecidit contra Normannos, quem in Laurishamenſi Monaſterio fecit tumulari (t).

§. VII.

Lotharius II. imp. defuncta anno 851. Ermengarda re-

(l) EGINHARDVS *c. XVIII.*
(m) EGINHARDVS *c. l.*
(n) NITHARDVS *l. p. 435.*
(o) THEGANVS *c. XXIV.*
(p) EGINHARDVS Annalibus ad a. 823. *Dragonem fratrem eius ſub canonica vita degentem, Metenſi Eccleſiae, Clero eiusdem vrbis conſentiente atque eligente, rectorem conſtituit, eumque ad Pontificatus gradum cenſuit promouendum.* Idem Auctori Vitae Ludouici Pii et annalibus Metenſibus ad ann. 839. dicitur *Sacri Palatii Archicapellanus.*
(q) THEGANVS cit. loc.
(r) Ep. LXXXV. §. 11. de hoc Hugone Tractatum ſingularem ſcripſit IO. BESSLIVS.
(s) EGINHARDVS c. l. Adde P. ANSELME p. 23.
(t) ANNALES *fuldenſes Bertiniani, Geſta Normannorum* ad ann. 880.

Digitized by Google

regina duas ſibi ancillas ex villa regia copulauit, ex quarum altera Doda nomine, filium genuerat, quem Carolomannum iubet vocari (x). Carolus Caluus imperator comperta vxoris ſuae Hirmentrudis morte, Richildem mox ſibi adduci fecit et in concubinam accepit, eandem vero inſequenti anno deſponſatam atque dotatam in coniugem ſumſit (y). Carolus Craſſus imperator, dum ſe vndique ab omnibus deſertum ſentiret, ad eundem dirigit Bernhardum filium, quem ex pellice ſuſceperat, cum Xeniis eundemque eius fidei commendauit (z).

§. VIII.

Henricus auceps Hatburgiam, Etwini Alſtetenſis Dynaſtae filiam, primum ex coenobio eduxit. Dum vero Sigismundus Halberſtadienſis Epiſcopos ambos ad Synodum vocaret, Henricus ad Conradum regem properans (a), captus poſtea Mathildis, quam poſtea duxit vxorem amore, in monaſterium eam remiſit, poſtquam ex iſta Thanemarum genuiſſet, de quo DITMARVS (b): *Interea Tammo, qui et Tanckmarus natus eſt, et mens regis ab amore vxoris decreſcens, ob pulchritudinem et ſpeciem cuiusdam virginis nomine Mathildis, ſecreto flagrauit.* Hic vero Tanckmarus, eo quod prius matrimonium haberetur pro illegitimo, ab omni ſucceſſione, etiam materna fuit excluſus. Et licet ideo turbas moueret atque Ottoni fieret rebellis, anno 939. tamen Meresburgi a ſuis fuit occiſus (c).

§. IX.

Ex Saxonicis imperatoribus Otto. M. ex amica nobili

(x) ANNALES *Bertiniani* ad a. 853.
(y) ANNAL. *Bertiniani* ad a. 869. 870.
(z) REGINO ad annum 887.
(a) CORPVS *Hiſt. Germ. Per. V. Sect. I. §. XVIII.*
(b) *lib. I. p. 326.*
(c) *Corpus Hiſt. Germ Per. V. Sect. II. §. VII.*

Digitized by Google

bili Slauica ſpurium progenuit Wilhelmum, quem Moguntinum Archiepiſcopum ordinauit, de quo DITMARVS (d): *Fridericus Archipraeſul octauo ordinationis ſuae anno, vir abſtemius obiit, et Wilhelmus de matre quamuis captiua, tamen nobili et Sclauonica, et ex rege praedicto genitus, vice eius ordinatur, anno Dominicae Incarnationis DCCCCLIX.*

§. X.

Fridericus II. imperator ex diuerſis connubiis diuerſos progenuit filios naturales, quos equidem reges, Principesque conſtituit, ipſi vero in regnis haereditariis Siciliae et Neapolitano, Ducatu etiam Sueuiae minime ſucceſſerunt, quorum vnicus haeres erat filius ipſius ex Iolanta, coniuge legitima. Conradus IV. ex illegitimo autem thoro ſuſcepit Henricum, ſiue Entium, matre Blanca Lancea, filia Bonifacii Dynaſtae, in tractu Montis Ferratenſi (e), quam etiam per Bernardum Archiepiſcopum Panormitanum ipſi Sacramentali coniugio fuiſſe copulatum, ſunt qui velint, natum (f), quem Sardiniae conſtituit regem atque imperii per Italiam legatum (g), qui an-

(d) Huius familiam ROCCHVS PIRRVS *Chronolog. regum Siciliae* p. 49. late deſcribit.

(e) Id quod ex ſcriptoribus antiquis demonſtrare conatur ROCCHVS PIRRVS p. 51.

(f) Ipſe enim Fridericus apud P. de VINEIS *lib. I. c. XXI.* ipſum vocat filium naturalem.

(g) Hic Henricus in Epiſtola ad Henricum Angliae regem pag. 326. vocatur, *illuſtris rex Sardiniae et Sacri imperii legatus in Italia generali.* Sic etiam apud eundem vocatur rex Sardiniae P. de VINEIS *lib. II. epiſt. XXXIV.* et *lib. III. Ep. XLVII.* eum vocat: *dilectum filium Sardiniae et Gallor. R.* De eodem ipſe Fridericus in Epiſtola ad regem Angliae apud MATTH. PARIS p. 467. *praemiſſo nihilominus H. benigno filio noſtro, illuſtri regi Turrium et Galluris, ſacri imperii in Ita-*

Digitized by Google

anno 1249. a Bononienſibus fuit captus (h); demum anno 1272. in captiuitate defunctus, Bononiae in Templo Dominici ante Chorum ſepultus, vbi in tabula lapidea eius extat Epithaphium (i). Alter filius naturalis erat Manfredus, quem Tarenti Principem conſtituit, (k) qui poſt ipſius mortem Regnum Neapolitanum affectabat, verum a Carolo Andegauenſi in proelio ad Boneuentum d. 5. Martii 1266. fuit occiſus (l). Ab huius filia Con- [illegible] ſtanti-

Italia legato. Apud eundem p. 495. vocatur *rex Gallor. et Turr.* Hoc autem ex duabus Sardiniae Vrbibus praecipuis, Callari, hodie Cogliari et Turri Libyſonis ortum fuiſſe videtur. Ad eundem directa eſt Friderici II. Epiſt. apud de VINEIS *lib. II. c. LI.*

(h) MATTHAEVS PARISIENSIS ad a. 1249. p. 669. MONACHVS PADVANVS ad a. 1249. P. de VIN. *lib. III. c. XLVII.*

(i) Reperitur hoc Epitaphium apud SIGONIVM *Hiſt. Bonon.*

(k) Fridericus II. in Teſtamento ſuo c. XXIV. *concedimus et confirmamus Manfredo filio noſtro principatum Tarenti.* GALLAS MALASPINA *lib. I. Rerum Sicul. c. I. licet praedictus Manfredus tanquam ex damnato coitu deriuatus, defectum natalium patiebatur, hunc tamen adultum, perſona dotibusque perſonae grandaeuum Fridericus eius genitor -- filiis praeferens, eum tandem principatu Tarentino ornauit.* ROCCHVS PIRRVS p. 51. ex Anonymo quodam coaeuo: *cum autem Conradus eſſet in Alemania, Manfredo, quem imperator prae ceteris filiis dilectiſſimum et in aula ſua nutritum, ſuisque documentis inſtructum Principem Tarenti conſtituerat, conceſſit comitatum Grauinae, Tricarici, Montis Caueſi, nec non et honorem Montis Sancti, Angeli, quem comitatum imperator ipſius Principis matri, ſponſalium tempore nuptiali donatione fuerat elargitus:* Huius Manfredi laudes maxime praedicat NICOLAVS de IAMSILLA *de rebus geſtis Friderici III.* apud MVRATORIVM *ſcript. rerum Ital. Tom. VIII. p. 497. 498.*

(l) SALLAS MALASPINA *l. III. c. XXII.* vid. CORPVS *Hiſtor. Germ. Per. VII. Sect. VII. §. VII.*

ſtantia Hiſpaniae reges ius ſuum in vtramque deducunt Siciliam. Tertius erat Fridericus, princeps Antiochiae (m). Reliqui erant Henricus, rex Corſicae, Richardus, comes Ciuitae, cum aliis quibusdam nominis obſcurioris (n). Inter filias nothas ipſi tribuuntur Violanta, Richardo Caſertae comiti anno 1239. nuptui tradita, Stemira Guilielmi comitis viginti millium in Liguria coniux, Anna Thomae de Aquino Acerrarum comiti nupta (o). Henricum VII. imp. ſpurium reliquiſſe Nicolaus Laurentii Tribunus Romanus fuit profeſſus, dum ſe ab ipſo fuiſſe prognatum diceret (p).

§. XI.

De Ioanne Hunniade, quem Ladislaus rex, Biſtriciae comitem creauerat (q), traditio eſt, iſtum Sigismundi imp. fuiſſe filium, quod ANTONIVS BONFINIVS (r), ita refert, ac pro fabula habet: *Quia etiam Alamanni ſuapte natura Vngaris infenſi, ne Coruino Sanguine Matthias ac pater, quemadmodum gentilitia Corui inſignia teſtabantur, natus eſſe*

(m) In epiſtola ad Henricum III. Angliae R. Fridericus II. imperat. ipſum vocat Fridericum de Antiochia apud MATTHAEVM PARISIENSEM p. 623. Conradus IV. in Priuilegio apud PETRVM de VINEIS lib. VI. ep. VIII. *nos attendentes inuiolabilem deuotionis et fidei puritatem, quam Fridericus de Antiochia Albae, Celani et Lauretí comes chariſſimus frater et fidelis noſter etc.* SALLAS MALASPINA *lib.* II. *c. VIII.* De ipſius coniuge et filiis ROCCHVS PIRRVS p. 52.

(n) Sic enim PANDVLPHVS COLLENVTIVS *Hiſt. Neapolit. lib. II. p. 181.*

(o) Agit de Friderici II. familia FRANCISCVS MAVROLYCVS Hiſt. Sicanicae lib. III. p. 166. qui etiam fata filiorum atque nepotum Friderici vberius exponit ROCCHVS PIRRVS p. 521.

(p) STEPH. BALVTZIVS *Not. ad Vitas Pap. Auen. p. 883.*

(q) *Dec. III. l. VII. p. 346.*

(r) *Dec. III. l. IX.* fine.

Digitized by Google

eſſe videretur, autore Ciliae olim comite fabulam haud quaquam inſulſam commenti ſunt: Sigismundum aiunt in Tranſyluanis agentem, cum ingenua venuſtiſſimaque Valachi cuiuſdam nobilis puella concubuiſſe, hanc tertio a ſe menſe repertam grauidam deprehendiſſe, donaſſe magnifice, ac ſymboli loco annulum reliquiſſe, mandaſſe, vt quicquid pareret, diligenter aleret, educaretque, educatumque ad ſe cum ſymbolo mitteret. Hanc deinde ample dotatam, Valacho haud quaquam ignobili, mox detecto facinore nupſiſſe, qui ob dotis amplitudinem, et ingenui ſtupri gloriam, oblatam a puella conditionem minime recuſauit. Scitum et elegantem hinc puerum in tempore fuiſſe editum, quem mater Ioannem appellauit: quum infans in matris gremio iaceret, aduolaſſe coruum, et annulum ſymboli loco datum abſtuliſſe: parentem ingenti dolore correptam, virum ſubito exoraſſe, vt coruum inſectaretur, et annulum recuperaret, ne pueri ſpes magna, inauſpicatae auis rapina perderetur. Virum tandem confoſſo ſagitta coruo, annulum continuo recepiſſe: Ioannem eximiae deinde pulchritudinis adoleſcentem, materno iuſſu, ad Sigismundum veniſſe, et oſtendiſſe annulum: recognita regem annulo praediis ac villis eum ample donaſſe. Quod ſi vera haec fabula fuiſſet, quis ambigat Sigismundum profuſiſſimae prodigalitatis imperatorem, non ſolum agro, ſed regno, quum virili prole careret, hunc eſſe donaturum? Vetuſtatis cognitionem qui talia confabulantur, liuor ademit, quando adoleſcentis imperium facile tolerare non poterant. Neſciebant auita adhuc inſignia coruum retinere, ne vetuſtiſſimi generis et Romanae nobilitatis indicia deforent: non ficta, non vſurpata, non nuper excogitata haec inſignia fuere. Multa haec eadem imperatorum Romanorum numismata referunt. In Budenſi agro ex aere et argento multa reperiuntur, quae ex altera imperatoris Conſtantini caput, ac nomen: ex altera parte, virum conſeruatoris inſcriptione nudum referunt, qui frameam dextra tenet, laeua vero haſta nititur, coruus eſt ante pedes, annulum roſtro gerens, qui ſuo ramo deſidit, ſtantemque virum

LIII 2   non

non ſecus et dominum reſpicit. Quare multi Conſtantinum imperatorem, inter Coruinos non immerito retulere. In vetuſtis quoque lapillis, geminas Coruinorum imagines, graui armatura munitas eſſe vidimus, ac conſimilem pro pedibus adſtare coruum. Tot *igitur Coruinae domus monimenta in Hungaria reperta, ſaepius admirati ſumus, quin et Bornamiſſa, qui vrbano quaeſtori a rationibus ſeruiebat, numiſmata multa nobis oſtendit, quae coruum cum annulo reſpicientem referebant, et in Pannoniis ac Dacia reperta fuiſſe affirmabat.* Haec hactenus de Matthiae regis origine, dicta ſint.

§. XII.

Maximilianus I. imperator, licet matrimonii caſtitatem ſancte obſeruaſſet, viduo tamen thoro, octo (s) liberos ſuſcepit, quatuor maſculos, totidem foemellas. Inter hos ſenior erat *Georgius ab Auſtria* factus anno 1525. Epiſcopus Brixienſis, quem tamen Epiſcopatum anno 1539. iterum reſignauit. Inde factus Archiepiſcopus Leodienſis, demum Cardinalis, tandem anno 1557. Leodii defunctus. Huic filium fuiſſe ex concubina natum, et Georgium ab Auſtria dictum, qui Prior ad S. Petri Louanii et Academiae Cancellarius anno 1620. fuit factus, ex SANDERII *Flandria illuſtrata* patet, vbi Maximiliani Nepos dicitur (t): *Fridericus* dictus ab *Amberg* factus praefectus legio- [illegible] gio.

(s) Sic FVGGER. *lib. VI. c. XXI.* PONTVS HEVTERVS vero *rerum Auſtriacarum l. VII. c. XVIII.* Saltim ſeptem numerat, ſcribens: *Venere delectatum fuiſſe, nothi vtriusque ſexus liberi numero ſeptem a [illegible] reſtantur, quos vidua amores thoro ſuſcepit. Matrimonii enim iura Sanctiſſime coluit, ac cum nobilibus matronis pudiciſſime verecundiſſimeque eſt verſatus, Petulantiam, inuerecundiam, adulteria, illegitimam omnem Venerem tantum abfuit in aula, vt ferret, vt ea de re conuictos grauiſſime puniret. Nothos maſculos ad honores prouexit. Puellas viris claris in matrimonium collocauit.*

(t) de quo IMHOFIVS c. l.

gionis pedeſtris d. 21. Aprilis 1553. Mediolani defunctus. De *Maximiliano* et *Cornelio* nil certi conſtat: Ex filiabus *Dorothea* d. 13. Nouembr. 1539. Ioanni Friſiae Orientalis comiti fuit nupta (u). Altera *Martha* Ludouici, comitis Helfenſteinii, qui d 6. Aprilis 1525. in tumultu ruſticano occiſus, in coniugio fuit, tertia, Ludouico comiti Marceano domino de Rocheford. Quarta *Anna* Franciſco Eſpiario duci nupſiſſe dicitur (x). Hiſce filiabus accenſet IMHOFIVS *Margaritam*, Franciſci Baronis de Hitlery coniugem (y).

§. XIII.

Carolus quintus Imperator ex Barbara Blombergia progenuit *Ioannem ab Auſtria*, qui die vigeſimo quarto Februarii Ratisbonae 1547. fuit natus (z), qua in re tanta verecundia fuit vſus, vt de ipſo nunquam niſi paucis ante mortem diebus locutus ſit, cum eum per amicos Philippo filio commendaret: memorabili inprimis Principibus documento quorum vita ſuis pro exemplo eſt, vt ſi quid peccent clam et in occulto peccent (a). Licet non deſint, qui Ioannem hunc Au-

(u) Extant *Pacta dotalia* in BRENNEISEN *Hiſtoria Friſiae Orientalis T. I. l. V. n. XXIX.* in quibus dicitur: *Jonffer Dorothea von Oſtaryk natürlyke Dochter von Wylen Hoochloflyke Gedachtniſſe Keys. Maximiliaen dien God genaedig zy.*

(x) de FVGGER *l. VI. c. XXI.*

(y) *Notit. Procer. imperii l. I. c V. §. VII. not. 1.*

(z) FAM. STRADA *de bello Belgico Dec. I. lib. X. p. 506. Natus eſt Ioannes Auſtriacus Ratisbonae in Germania. Sortitus eundem qui parenti Carolo Caeſari fuerat, natalem diem. Mater ei Barbara Blomberga Ratisbonenſis, forma ac genere iuxta nobilis. Ex qua ad Carolum inducta vt moerorem cantu alleraret, filium ille ſuſcepit, iam pridem viduus, Iſabella coniuge ante annos ſeptem amiſſa: namque ea viuente, ſeruaſſe Carolum perquam ſancte coniugalem fidem, fama eſt.*

(a) Verba ſunt THVANI *l. XXI. p. 644.*

Digitized by Google

Auſtriacum non ex Barbara, ſed ex longe illuſtriori atque plane Principe foemina dicunt fuiſſe procreatum, cuius vt famae parceretur, aliam a Carolo Caeſare fuiſſe praetenſam, de quo FAMIANVS STRADA (b): *Quanquam de Ioannis matre lectorem haud celauerim quod a viro mihi principe patefactum eſt; Ioannem Auſtriacum, non ex Barbara Blomberga, vti creditum ad eum diem, ſed ex longe illuſtriori ac plane Principe foemina procreatum: cuius vt famae parceretur, praetenſam fuiſſe aliam a Carolo Caeſare, ac perſonam matris impoſitam Blombergae, haud grauate ſubeunti ſpecioſum culpae titulum: eodemque loco habitam a Philippo rege ſcenae pariter inſeruiente. Sic Philippum ipſum Iſabellae filiae cum qua arcana omnia communicabat, aperuiſſe: atque Iſabellam ei, quem dicebam viro inter familiares congreſſus enarraſſe. Quod ſi ita eſt, habet profecto, vnde minus ſibi de ſua ſagacitate placeat humanum ingenium, quando tantus Princeps, atque intima quaeque vel in hoſte rimari ſolitus, domi ſuae, ſuorumque ignarus, adeo vixerit, obieritque, vt bis in matre deceptus, ſemper alienam coluerit, nunquam ſuam.* Carolus vero imperator ſollicitus, ne quid in ea Vrbe reſciretur, infantem expleto nondum anno, matri abreptum, Aloyſio Quiſciadae, imperatoriae aulae Praefecto, quem expertus erat arcanorum celantiſſimum, tradidit, in Hiſpaniam deferendum: vt a coniuge Magdalena Vlloa, honeſtiſſimis, ſanctiſſimisque moribus matrona, educaretur, caueretque, ne cui mortalium ſuboleret pueri pater: Id, quod egregie praeſtitit Aloyſius: allatumque Villam Garſiam, ſuae ditionis oppidum, ita coniugi commendauit, nihil vt aliud, niſi amici, deque ſe optime meriti filium expreſſerit. Quod mulieri ſuſpicionem aliquamdiu mouit, ex marito genitum: eoque carius educauit (c). Inde factum, vt a multis Aloyſii Quiſciadae filius ha-

(b) *p. 518.*

(c) FAM. STRADA p. 506. et 507. *Quo quidem ſupremo tempore ape-*

Digitized by Google

haberetur (d). Licet etiam alii velint, Carolum hunc filium recens natum paſtori cuidam diuiti educandum tradidiſſe (e), prout BRANTOME tradit: *Jean d'Autriche fut fils naturel du grand Empereur Charles quint, et d'une grande Dame et Comteſſe de Flandres, mere d'un Grand, dont nous avons parlé, ou poſſible en parlerons et non point d'une boulangere de Bruxelles, ou d'une lavantiere, comme la plûpart du commun l'a dit, laquelle étoit belle en toute extremité, et on la nominoit, Dame Barbe de Blomberg, qui fut depuis mariée au Seigneur Requel, Gentilhomme du païs de Namur, ou de Luxenbourg. De l'avoir bien aimée, et joüi d'elle, il le faut croire: mais qu'elle aye été mere de Dom Jean, ce ſont abus: car il tenoit par trop du noble, et d'un côté et de l'autre. Auſſi tôt qu'il fut né, l'Empereur ſon pere envoya querir un riche Paſteur des Montagnes de Liege, et le lui donna à nourir et à l'élever fort curieuſement, ſansque beaucoup de perſonnes le ſeuſſent, et à endurer et s'endurcir au travails, ni plus ni moins qu'un de ſes enfans; ſans le nourir mollement ni delicatement, et ſans qu'il dit qu'il fût fils de l'Empereur, ſi non au bout de quelque tems qu' il vint à ſe faire grand, et que l'Empereur voulut quitter le monde et ſe retirer en Eſpagne, qu'il commanda au Roy ſon fils de l'envoyer querir; commandant au Paſteur pareillement de l'amener, et qu'il s'en ſervit, et lui ordonna une penſion fort belle et grande; et le lui recommanda pluſieurs fois comme ſi c'*

aperuit Caeſar Philippo filio Hiſpaniae regi (namque antea clam illo id habuerat) Ioanni, qui apud Aloyſium Quiſcíadam Villae Garſiae educabatur, eundem, at Philippo, patrem eſſe: proinde aduocaret apud ſe puerum, haberetque non minus cura et caritate filium, quam ſanguine germanum fratrem.

(d) *Vie de Capitaines etrangers T. II. p. 49.*

(e) *L'Abbé de S. Real Dom Carlos p. 123. Ce fut Dom Juan d' Autriche fils naturel de Charles quint, que le Roy retira environ ce tems, des mains d'un Seigneur Eſpagnol, qui l'avoit elevé comme s'il eût été ſon fils.*

Digitized by Google

ſi c'étoit ſon propre frere. J'ai apris cela en Eſpagne de quelques grands et habiles hommes, qui le ſavoient bien. Voilà que c'eſt d'une belle et genereuſe naiſſance. Celui qui avoit été nourrie en maiſon champêtre, comme un Paſteur, ſe rendit depuis ſi gentil, ſi galant, ſi honnête, et ſi agreable, comme il a été et ſentant ſi peu ſa nourriture rurale, ainſi que j'ai veu en Eſpagne. Car il étoit fort beau, de fort bonne grace; comme j'ai dit: et s'il avoit été nourri en vie ruſtique, ſi n'en tenoit il rien; car il avoit fort bonne et belle façon parmi les ſoldats, il avoit bien auſſi bonne et belle grace parmi les Dames; desquelles il étoit fort doucement regardé, et bien venu aupres d'elles. Nec deſunt, qui Catharinam de Cordonna, Neapolitanam, matrem faciunt Ioannis Auſtriaci (f). Immo Carolum ex Maria Vngariae regis vidua et propria ſorore huncce filium procreaſſe AEGIDIVS MENAGIVS voluit (g). Poſt Caroli V. mortem a fratre rege in venatione adgnitus (h), et cum Carolo Hiſpaniae Principe atque Alexandro Farneſio, in aula fuit educatus (i). Deſtinabatur iſte ad ſtatum eccle-

(f) de quo BAYLE voce *Autriche.*

(g) Sic MENAGIANA in notis ſecundae editionis p. 422. de Carolo V. *Voilà une conſcience bien delicate pour un homme qui a tant fourté pendant toute ſa vie, et qui, ſi l'on en croit la mediſance, ne faiſoit pas ſcrupule de coucher avec ſa propre ſoeur, pendant que Barbe Blomberg, ſervoit de couverture à ce commerce infame et ſe diſoit la mere de Dom Juan d'Autriche.*

(h) de hoc prolixe FAMIANVS STRADA *Dec. I. Lib. X. pag. 507.*

(i) STRADA p. 508. *Sic agnitus Ioannes Auſtriacus educari coeptus eſt in aula cum Carolo Hiſp. Principe atque Alexandro Farneſio, quem ab Italia non multo ante a parentibus traditum auunculo regi, in loco memorauimus. Et erant aetate propemodum pares, annum 14. nondum ſupergreſſi: non tamen par omnibus ingenium, aſpectusue aut mores.*

Digitized by Google

eccleſiaſticum (k), a quo tamen erat alienus, militiae ſe dedit, atque nulla ſibi a rege Philippo facta poteſtate, ad bellum Melitenſe abiit, ſed a rege reuocatus paruit, bella contra Mauros feliciter geſſit, poſtea factus Belgii praefectus, regi tamen factus ſuſpectus (l) anno 1578. ex veneno (m) vel ex moerore contabuit. Habuit filias Auſtriacus

(k) FAM. STRADA p. 507. *Et gaudebat Aloyſius, Homo militaris, illa armorum indole, ac rudimentis, vt aiebat, magnorum operum, donec ab imperatore Carolo admoueretur, vt filium mitioribus artibus imbutum ad ſacri ordinis amorem praepararet. Sed vt aetas prima poſt tincturam Voluptatis aegre alium colorem bibit; difficile iam deſerebat ludicra illa oblectamenta puer: et Carolus haud ita multo poſt fato conceſſit.*

(l) De hoc prolixe STRADA p. 509. Adde PETRVM BAYLE voce *Autriche*, et potiſſimum *L'Hiſtoire de Dom Jean d'Autriche, fils de l'Empereur Charles V. à Amſterdam 1690. 12.*

(m) STRADA p. 512. *maioribus in dies preſſus anguſtiis ac deſertus; vti palam querebatur, a rege, traditusque hoſtium ludibrio, ingens animi ſpeique Princeps ac paterni generis nimium memor, ex moerore contabuit. An vero ad hoc, quo ſatis extingui potuit, venenum aliud cuiusquam dolo ſubiectum fuerit (namque in defuncti corpore extitiſſe non obſcura veneni veſtigia affirmant, qui viderunt) equidem nihil ipſe ſtatuerim, et in re praeſumptae ſuſpicioni plerumque obnoxia. Quamquam non defuiſſe, qui eius capiti vbique inſidiarentur, certum habeo ex Alexandri Farneſii literis ad Octauium patrem. Ac ſatis conſtat, eodem, quo obiit Auſtriacus, menſe, deprehenſum Anglorum par, qui in eius conſpirauerant necem: quos haud ita poſt multo ſubiectos quaeſtioni, ac ſceleris manifeſtos, Parmenſis Princeps vltimo ſupplicio affecit.* BRANTOME p. 140. *ce pauvre Prince, ne iouït pas longuement de cette belle gloire et louange, car lui qui avoit tant cherché de mourir dans vn camp rude de Mars, alla mourir dans un lit mol, et tendre comme ſi c'eût été quelque mignon de Venus, et non vn fils de Mars. Il mourut de peſte qu'il avoit priſé de Madame la Marquiſe d'Avre; diſoit on de la quelle il étoit epris mais tout le monde ne dit pas cela, et mêmes en Eſpagne: car on tient qu'il mourut empoiſonné par des botines parfumées.*

Digitized by Google

cus duas, Annam et Ioannem; Hanc Neapoli ex Diana Phalanga Nobili Tarrentina; illam Mantua Carpetanorum, ex Maria Menellozia, ſplendidiſſimi generis, formaeque elegantiſſimae puella. Annam clam educauit Magdalena Vlloa, Ioannis ipſius educatrix, tranſtulitque poſt annos ſeptem ad Medrigale ſacrarum virginum collegium. Ioannam apud ſe habuit tantundem fere temporis Margarita Parmenſis dux, Ioannis ſoror, quo mortuo, educandum in Neapolitano Diuae clarae coenobio depoſuit. Sed illa iuſſu regis e Madrigali Burgos traducta, in ſacrum Diui Benedicti Gynaeceum perpetua earum Sanctimonialium Antiſtita creata eſt. Haec poſtquam annos viginti, in Neapolitano clauſtro conuixit, Bubero Principi in Sicilia tandem nupſit. Vtraque vero eodem anno, eodemque menſe, et tantum non eodem die, fato conceſſit (n). Praeter Ioannem Auſtriacum Carolus V. ante matrimonium ex contubernio cum Ioanna quadam, Margaretham ſuſcepit, quae Alexandro Medicaeo, Florentinorum Duci primum, deinde Octauio Farneſio, Parmenſium Duci nupſit (o), ex qua natus eſt Alexander Farneſius, Io. Auſtriaci, in Belgii gubernatione ſucceſſor. IMHOFIVS (p) alios adhuc add..., dicens: Caroli V. liberis naturalibus, Margaritae et Iohanni, BERN. IVSTINIANVS *in Hiſt. Hiſp.* accenſet Priamum Conradum ab Auſtria, nec non alium Ioannem ſeptimo aetatis anno, qui ſuperioris ſeculi triceſimus erat extinctum.

§. XIV.

De Rudolpho II. imperatore dicit IMHOFIVS (q): *Rudolpho II. imp. liberi naturales quinque a Bern. Iuſtiniano Hiſt. di Spagna* libro III. pag. 446. tribuuntur, 1) *Iulius Caeſar* ab Auſtria, Crumoniae in Bohemia a genitore praefectus. 2) *Matthias* ab Auſtria, Marchionis S. Rom. imperii, Magnatis Hiſp. Cubicularii et Colonelli Caeſarei titulo vſus. 3) *Carolus* ab Auſtria, 4) *Charlotta* ab Auſtria, Franciſco Thomae ab Oyſelay, Com. de Cantecroix deſponſata, et 5) *Anna Dorothea* ab Auſtria, monialibus diſcalceatis Madriti aggregata.

§. XV.

(n) STRADA *p. 516.*
(o) THVANVS *l. XXI. p. 644.*
(p) *Not. Proc. Imperii lib. I. c. VI. VIII. not. I.*
(q) *Lib. I. c. VI.* §. *XI. n. a.*

Digitized by Google

§. XV.

Sigismundus Auſtriacus, qui a. 1496. fuit defunctus, XI. reliquit filios naturales, de quibus FVGGERVS (r): *Seiner unechten Kinder wurden XI. gezehlet, unter denen waren IV. Söhne, Clemens von Griſenſtein, Sigmund der Freye, Iohannes und Ludwig, und 7. Töchter, derer fünffe Urſula zu Diebrichen von Natri, Eliſabetha zu Rudolph von Grieſen, Margaretha zu Chriſtian Clamerin in Delft, die zweyte Margaretha zu Thonnae Pirnſtelten, die 3te Margaretha zu Peter-Pollingen, und Anna zu Johann, Weiſen in Lucern geheurathet, die 2. übrigen Chriſtina und Cecilia ledig geſtorben.*

§. XVI.

De Ferdinandi I. filio tertio genito Burgouiae Marchione dicit IMHOF. (s): *neque enim Carolum March. Burgouiae liberorum prorſus expertem fuiſſe, ſed ex foemina ante matrimonium cum Sibylla, Iuliacenſi Duciſſa ab ipſo adamata, ſuſceptos ei eſſe ferunt gnatos duos, Ferdinandum et Carolum, Dominos de* Hohenberg *cognominatos, quorum prior anno 1660. nulla poſt ſe relicta prole maſcula deceſſerit, alter ex vxore ſua gentis Stozingenſis in Geißlingen genuerit* Carolum Sigismundum, *patrem e Suſanna de Roſt,* Franciſci Antonii *et* Caroli Ioſephi *Dominorum* ab Hohenberg, *aliquotque filiarum ſuperſtitum, et prope Rotenburgum ad Nicrum, quod ad veterem comitatum Hohenbergicum pertinebat, habitantium* (t).

§. XVII.

Bauariae elector Maximilianus Maria Emanuel ex Agneta Franciſca de Louchier, Ferdinandi comitis de Arco vidua, quae a. 1717. Pariſiis fuit defuncta, filium naturalem reliquit Emanuelem Franciſcum Ioſephum, Bauariae comitem dictum, qui hactenus Gallorum caſtra fuit ſecutus, atque anno 1725. Mademoiſelle de Pontchartra in duxit vxorem.

§. XVIII.

Apud Bauaros Ludouicus Barbatus, Ludouicum filium

(r) *Spiegel der Ehren lib. VI. c. I. p. 1100.*

(s) *Notitia Proc. Germ. lib. I. c. VI. §. X. n. 5.*

(t) Haecce vberius illuſtrantur per teſtamentum Caroli apud KEYSLER *Neueſten Reiſen P. I. p. 25.* ex quo ſimul patet, fratrem Caroli Andream Cardinal. Auſtr. habuiſſe Io. Georg. Albizi filium naturalem.

Digitized by Google

non malum alioqui Principem, ſed gibbo ac ſtruma deformem minusque paterno genio reſpondentem, Wielando Freibergio, nato extra ordinem, poſtpoſuerat, contemptu, quo nihil eſt in principe familia odioſius aut periculoſius. Gibber filius dedecoris impatiens neglectusque, credidit, arma ſe aduerſus patrem, citra impietatem poſſe ſumere, nothumque de gradu mouere. Hunc Barbatus praefecerat aerario, eiusque ſocerum Michaelem Werthemium comitem, Prouinciarum adminiſtrationi. Vnde apud vtrumque gratia popularis, auctoritas, et Procerum, ſuas ſpes, vt fit, ſectantium frequentia, apud Gibberum moeſta ſolitudo (u).

§. XIX.

In Saxonica gente exemplum Alberti degeneris, Thuringiae Landgrauii et Miſniae Marchionis occurrit, qui ex Cunigunda Iſenburgica filium progenuit, Albertum ſiue Apitium (x), aliis Apollonium dictum. Licet etiam Alberti iunioris nomine ipſe in diplomatibus fuerit vſus (y). Hanc vero Cunigundam poſt Margarethae vxoris ſuae omnium virtutum plenae

(u) Verba ſunt ADLZREITER *P. II. lib. VIII. n. 2.* Exinde variae turbae cum patre, quem fecit captiuum.

(x) PAVLVS LANGIVS Chron. Citic. p. 1191. et 1199. et 10. GARZO *rerum Saxonicarum* lib. II. §. XXVI. ipſum vocant Ludouicum *Paullini Annalii Iſenac. §. LXIII.* APOLLONIVM vulgo APETZ.

(y) Albertum ipſum vocat Hiſtoria Landgrav. Thuringiae cap. LXXX. In diplomate Monaſterio S. crucis Gothano anno 1296. conceſſo, ipſe ſe vocat: *Albertus Dei gratia Landgrauius Thuringiae* apud SAGITTARIVM *Hiſtoriae Gothanae p. 98.* et in alio de a. 1297. p. 100. In RVDOLPHI *Gotha Diplom. in Appendice p. V.* inter Sigilla reperitur S. Alberti Iunioris Landgrauii. Idem Sigillum exhibet TENTZEL *curieuſe Bibliotheck des I. Repoſitorii IV. Tom.* vbi etiam *p. 324.* Diplom. ipſius de anno 1295. Monaſterio Reinhardi-Brunnenſi conceſſum exhibetur, et aliud in quo appellatur Albertus Iunior, Landgrauius, iunior videlicet filius Landgrauii Thuringorum rem ipſam decidit TENTZELIVS *Friderico admorſo p. 920.* Verum enim et vnicum ipſi nomen fuit paternum Alberti, quod in diminutiuum Germanicum Apetz a matre aliisue mulierculis blandientibus detortum.

Digitized by Google

nae mortem, duxit vxorem, ita vt dicta Cunigunda, durante copula ſacerdotali, Apitium ſub pallio teneret pro illius aetatis more, vt ea ratione nothi nomen extingueretur (z). Licet hoc non contentus, ipſum etiam per imperatorem faceret legitimum, ipſique Tennebergam ſedem adſignabat. Dum vero Albertus pater hunc Apitium filium ſuum Thuringiae Principem facere vellet, atque a ſtatibus Thuringiae prouincialibus poſtularet, vt ipſi facerent homagium, hi vero illud denegarent (a); Thuringiam Adolpho imp. vendebat, et pecu-

 niam

(z) FABRICIVS *origo Saxon. lib. VI. p. 591. Albertus audita vxoris morte, Cunigundim pellicem matrimonio ſibi copulat. ex qua cum ante legitimas nuptias Apitium procreaſſet; in ipſa coniunctione ſolenni puerum ſub pallio ipſa tenet, vt ea ratione nothi nomen amitteret. His artibus Deus falli non potuit: nec Thuringi falli ſe patiebantur: nam Apitium, cum pater creare vellet Principem, fortiter recuſarunt.* GIOVANNI *Germania Princeps lib. III. c. I. p. 38.*

(a) SPANGENBERG *Mansfeldt. Chron. c. CCCXIX. Aber Landgraf Albrecht kunde ſeinen Söhnen nicht günſtig ſeyn, ſuchte derohalben alle Mittel und Wege, wie er das Landt zu Thüringen auf ſeinen Baſtard Ludwigen, zugenanndt Apetz, bringen möchte, handelte mit der Landſchafft, daß ſie denſelben zum Herrn annehmen, und ihme hulden ſolten, welches ſich aber die Grafen und die von der Ritterſchafft zum hefftigſten gewegert, alſo lies er ihme ordentlich die Kunigunde vom Eiſenburg zur Ehe geben, und den Baſtardt ehelichen, welchen der Kayſer auch ein ſonderlich Wapen, nemlich den bunden Thüringer Löwen, mit einem Helm über das Haupt geſtürtzt, gegeben, darnach ihme ſein Vater das Schloß Freuberg mit dem zugehörenden Rechten eyngegeben, und verſetzte auch heimlich etliche Schloſſer, und wendete daſſelbige Geld dem Apetz und ſeiner Mutter zu.* Idem de Sigillo ex antiquo Chronico Thuringico confirmat HÖNNE *des Chur- und Fürſtlichen Hauſes Geſchlechts Unterſuchung p. 317.* PAVLVS LANGIVS *Chron. Citicenſi p. 1191. Et quia Albertus contra filios praeualere nequiuerat, illos exhaereditare cupiens, terras eorum, quas enſe acquirere non potuit, marchiam videlicet Miſniae et Luſatiae, terramque Pliſnenſem, Adolpho imperatori vendidit, et Landgra-*

Digitized by Google

niam inde redactam cum Cunigunda et Apitio Erfurti conſumebat, ex quo ferale illud bellum Thuringicum fuit ſubortum, quod Alberti degeneris filii legitimi Fridericus atque Dicemannus contra Adolphum Caeſarem, eiusdemque ſucceſſorem Albertum gerebant. Victores filii tandem per proelium ad Luccam anno 1307. Thuringiam ſibi, poſterisque ſuis conſeruarunt (b). Iſte vero Apitius anno 1398. fuit defunctus. Hönnius equidem autumat Albertum ex Cunigunda alium adhuc filium ſuſtuliſſe Fridericum incerta tamen authoritate (c).

§. XX.

Fridericus ſapiens Saxoniae elector ſine coniuge vixit. Verum ex foemina incomperta nothos reliquit Sebaſtianum et Fridericum *a Ieſſen* (d). Iisdem etiam Caſtellum Ieſſen, cum pago Gersdorff, atque annuam penſionem mille florenorum cum cenſibus aliquot adſignauit (e). Inde illos fratres Germanos Ieſſaeos nominat SPALATINVS (f). Sebaſtia-

grauiatum Doringiae filio ſuo Ludouico, quem ex concubina ſuſceperat, relinquere ſtatuit. IDEM p. 1199. *Albertus reliquit Ludouicum ex pellice ſeu concubina natum, cui adhuc viuens Landgrauiatum Doringiae reſignauerat, vt ei in eodem principatu ſuccederet.* HISTORIA LANDGRAVIORVM *Thuringiae cap. LXXIII. Albertus dolens de malis a filiis ſuis illatis, volens eos exhaereditare, vocauit filium ſuum Albertum de concubina ſua, ſcilicet Kunne de Yſenberg, quem legitimari ſibi fecit, et dedit ei Caſtra Teneberg, Brandeberg, Braytenbach, Brandenfels, Wildenecke cum aduocatiis ad eadem caſtra pertinentibus. Et plura alia dediſſet ei in damnum filiorum ſuorum legitimorum, ſi Domini terrarum non obſtetiſſent.* Idem dicit AVTOR de *ortu Landgrau.* ad annum 1287. FABRITIVS *Orig. Saxon. lib. VI. pag. 594.*

(b) de quo IO. GARZO *rerum Saxonicarum lib. I. et* ERN. TENTZELIVS *Friderico admorſo.* CORPVS *Hiſt. Germ. Per. IX. Sect. II. §. IV. §. III. §. XI. VI.* etiam FABRITIVS *lib. VI. p. 592. ſeqq.*

(c) *Sächſ. Wapens Unterſuchung p. 189.*

(d) SECKENDORFF *Hiſtoria Lutheraniſſ. lib. I. p. 33. 34. 68.*

(e) SAGITTARIVS *vita Georgii Spalatini §. XVII. p. 76.*

(f) *Epiſtola ad Warbecium d. l. p. 228.*

Digitized by Google

ſtianus a Ieſſen Friderici Saxoniae electoris nothus in Bello Sueuo-Danico memoratur. Iſti in aula Ioannis electoris vixerunt, his etiam idem anno 1525. et 1526. elector litteras Gratiae conceſſit (g), iidem ſolennibus quibus Sibylla Cliuenſis, Io. Friderici electoris coniux deducebatur, interfuerunt (h).

§. XXI.

Noſtra aetate Fridericus Auguſtus Poloniarum rex atque Saxoniae elector ex diuerſis amicis diuerſos reliquit filios naturales, eosdemque legitimatos, quos POLNITZIVS BARO tali ordine recenſet (i): *Le Comte Maurice de Saxe, fils d'Aurore Comteſſe de Königsmarck, eſt l'Ainé des Enfans naturels du Feu Roi: comme ce Seigneur eſt au ſervice de France, on ne croit pas devoir en parler plus particulierement ici, pour ne point ſortir des Bornes, qu'on c'eſt preſcrites dans cet Ouvrage, de ne faire mention que de ceux qui ſont leur ſejour à la Cour. Le Comte Rutowsky, ne en Pologne de Madame de Spiegel, eſt Marechal de Camp des Armées du Roi, Colonel des Gardes du Corps, et d'un régiment d'Infanterie, et Chevalier de l'ordre de l'Aigle Blanc. Ce Seigneur reſſamble beaucoup au Feu Roi ſon Pere. Il en à la force, l'adreſſe, la valeur, et la politeſſe. Il à reçû ſon Education en France, d'où il paſſà au Service de Victor Amadée, dernier Roi de Sardaigne. Il entra depuis, pour peu de tems, à celui du Roi de Pruſſe: Enfin il s'eſt fixé à celui de Saxe, c'eſt ſignalé au Siege de Dantzig, et fait actuellement la Campagne en Volontaire dans l' Armée Imperiale ſur le Rhin. Il profeſſe la Religion Catholique. Le chevalier George de Saxe eſt fils de la Princeſſe de Teſchen, et à été éleué dans la Religion Catolique. Il eſt Colonel au Service du Roi, et Chevalier de l'Ordre de l'Aigle Blanc. Ce Seigneur eſt bien fait, à l'Air noble, et Soûtient le nom qu'il porte, par beaucoup de valeur et de bons ſentimens. Il poſſède parfaitement l'Architecture Militaire, et de Grands Talens pour la Guerre, il les cultive au point, que ſes amuſemens mêmes ne ſont autres qu'une Etude de ce que doit ſavoir un Grand Capitaine. Ce déſir de ſe mêtre en état de pouvoir*

(g) tales extant *in* TENTZELS *curieuſen Bibliothec Tom. I. 1704. p. 1187. it.* apud CHYTRAEVM *lib. XII. p. 357.*

(h) *Sächſ. Merckwürdigkeiten p. 445.*

(i) *Etat abregé de la Cour de Saxe Article VII.* qui inſcribitur *de Enfans legitimes d'Auguſte II.*

Digitized by Google

voir un jour commander, l'à engagé, à ſon retour du Siège de Dantzick, à ſe rendre à l'Armée du Prince Eugene de Savoie, pour profiter des Leçons de ce Grand Mâitre. Le comte de Coſel, Chevalier de l'Ordre de l'Aigle Blanc, eſt né de la Comteſſe de Coſel. Il eſt grand et bienfait, ſon Air eſt modeſte et reſervé, ſa Prudence ſurpaſſe ſon âge. Ce Seigneur, ne demendant pas le ſang dont il eſt iſſu, fait actuellement la Campagne ſur le Rhin dans l'Armée imperiale. Il eſt de la Communion Lutherienne. La Comteſſe Bilinska eſt Soeur du comte Rutowsky, et comme ce Seigneur, eſt née en Pologne, et à été éleuée dans la Religion Catholique. Auguſte II. l'acorda en mariage au comte Bilinsky. Les fréquentes incommodités de cette Comteſſe l'ont obligée d'aller à Paris, pour le retabliſſement de ſa ſanté; De ſorte que n'étant pas à la Cour, on ne croit pas devoir parler de ſon Caractere. La Comteſſe Orſelska, mariée à Charles Louis Prince de Holſtein-Beck, a pris naiſſance à Varſovie, et à été éleuée dans la Foi Catholique. Madame ſa mere étoit Françoiſe, et s'apelloit Renard. Cette Princeſſe eſt d'une Taille avantageuſe, il y a beaucoup de Graces répandües ſur ſa perſonne. Elle à toüjours aimé la muſique, la danſe et la magnificence. La comteſſe Moſchinska, fille de la comteſſe de Coſel, eſt née à Dresde. Le Feu Roi la maria au comte de Moſchinsky, Seigneur Polonois. Elle ſe fait reverer et aimer par la regularité de ſes moeurs, par ſes manieres gracieuſes, et par la bonté de ſon Caractere.

§. XXII.

Carolus Ludouicus, Palatinus elector in Anglia, olim ex comite quadam, gente Angla, filium ſuſceperat, *Ludouicum de Rotenſchild* dictum, cui, quum interregni tempore pro Caeſare poteſtatem ageret, honorem, iuraque legitime natorum dedit, liberique Domini de Saletione impertiuit titulum: fata vero iniquiora vitam inuidere longiorem (k). Hic eſt, de quo Mr. de SEGRAIS (l) dixit: *Le feu Electeur Palatin avoit vn Bâtard, qu'il envoya en cette Ville pour y avoit Vniverſite, et un Nombre de Savans de la Religion, dans la quelle il vouloit le faire élevér; et lui donna pour ſon Gouverneur vn habile homme, nomme Monſieur Fabricius, qui bonora ſouvent notre Academie de ſa preſence: Mais le jeune Prince, qu'il avoit a Gouverneur étant mort, le Gouverneur s'en retourna dans le Palatinat, où*

(k) Verba ſunt IOANNIS *App. poſteris ad Parei HiſtoriamPalat. p. 564.*

(l) *dans les Oeuvres diverſes p. 27.*

Digitized by Google

où il prononça en latin une Oraiſon funebre à ſa louange, et il fit mention honorable de l'Academie et des membres, qui la compoſoient. Il eſt Conſeiller d'Etat en Allemagne, et les Gazettes parlent quelque fois de lui: ſur l'oraiſon funebre, qu'il a prononcé. Eſſe autem hunc Rotenſchildium, de quo ſcribit, ſtatim declarat; dum paullo poſt ita pergit (m): *Notre Antoine Haley faiſoit bien mieux des Vers Latins que Pierre Haley. On remarque dans ſes Vers le veritable caractere de la Poëſie; et il y en a quatre dans une Piece, qu'il a fait ſur la mort du Prince Rotenſchilde, Bâtard de l'Electeur Palatin, qui a etudié dans notre Vniverſité que Virgile ne deſavouero pas.*

§. XXIII.

In gente Palatina, Friderici V. infelicis iſtius electoris Palatini filius tertius, Rupertus, vxorem non duxit, naturales tamen poſt ſe reliquit liberos: gnatum nimium Rupertum e Margaretha Hues genitum; atque ex Franciſca Bart, Henrici Bart, comitis de Belmont in Hibernia, filia, quam vxoris loco habuit, filium Dudleium Bart; qui in bello Turcico Caeſari voluntarius militans, dum in oppugnatione Budae fortiter dimicare III. Eid. Iul. anno CIↃ IↃC LXXXVI. ſpiritum poſuit (n).

§. XXIV.

Concubinatus potius et clandeſtinum matrimonium erat, quam verum, quod contraxit Guſtauus Philippus, Leopoldi Ludouici Veldentini filius primogenitus cum foemina, quae ſe de Nagel vocabat. Ex iſta varios progenuit liberos, ex quibus vnus fuiſſe videtur, qui paucos ante annos ex captiuitate Turcica redux, in Germaniam rediit, ſeque pro comite Palatino venditauit.

§. XXV.

Ericus II. dictus Iunior, lineae Calenbergenſis, Catharinam de Wodna ſibi concubinam iunxit, ex eademque progenuit *Guilielmum Baronem in Harem* et Lisfeldt anno 1584. defunctum, atque *Catharinam*, Ioanni Andreae Doriae Genuenſi nuptam, anno 1606. extinctam.

§. XXVI.

Primus ex comite in comitiis Wormatienſibus a. 1495. creatus dux Wür-

(m) *pag. 40.*

(n) Verba ſunt IOANNIS *App. poſter. ad Pareum p. 538.*

Digitized by Google

Wurtenbergenſis et Teccenſis Eberhardus, prolem e Barbara Gonzaga vxore legitima ſuſcepit quidem, ſed βραχύβιον, cumque a. 1496. fatorum legem impleuiſſet, non niſi filium naturalem, *Ludouicum a Greiffenſtein* dictum, I.V. Doctorem reliquit. Eberhardo I. vero proximior agnatus Vlrici XII. filius Eberhardus II. a. 1496. ſucceſſit (o).

§. XXVII.

Vltimus dux Würtenbergicus Leopoldus Eberhardus, Mompelgardi ſedem habens, tres ſibi copulauit concubinas. Prima erat Anna Sabina Hedwigeria, cuius pater ſenator Olauienſis apud Sileſios, Io. Georg Hedwiger. Hanc, poſtquam iteratis vicibus impraegnaſſet, anno 1695. in Polonia per legem Morganaticam ſibi copulaſſe dicitur, ac poſtea a Leopoldo imperatore comitiſſam de Sponeck creari fecit. Ex eadem progenuit *Leopoldum Eberhardum* a. 1695. natum et a. 1709. denatum. *Leopoldinam Eberhardinam* die 15. Februarii 1696. natam, Carolo Leopoldo de Coligny fratri ſuo conſanguineo ex Henrica Hedwigeria nuptui collocatam, *Georgium Leopoldum* die 12. Decembris 1697. natum cum Eleonora Carola de Coligny ſorore conſanguinea maritatum. Ex vtroque matrimonio liberi prodierunt. Stante hoc primo ſine concubinatu, ſine matrimonio dux Henricam Hedwig d'Eſperance coepit adamare. Huius auus Petrus Curier, lictor fuerat Mompelgardenſis, filius vero bello ſe addixit, atque nomen Eſperance aſſumpſit, eandemque filiam progenuit, factusque fuit locum tenens Caeſareus ac in Vngaria periit. Huius vidua igitur cum duabus filiabus Mompelgardum venit, in comitiſſae de Sponeck Gynaeceum recepta; ſenſim amica Ducis fuit facta. Iſta a. 1697. Io. Ludouico de Sandersleben vexillifero fuit nupta, verum, cum dux familiarem cum ipſa conſuetudinem continuaret, Sanderslebius ex capite adulterii ab ipſa commiſſi per ſententiam Kal. Martii 1710. fuit ſeparatus. Cum igitur dicta d'Eſperance in cubile ducis cum ſorore ſua fuiſſet adducta, in eodemque Sponeckia concumberet, multa exinde exorta fuerunt diſſidia, ventum ſaepius ad manus, dux etiam ad dictarum concubinarum inſtantiam a Sponeckia ſe ſeparauit, idemque a Conſiſtorio ſuo die 5. et 16. Octobr. 1714. fecit confirmari. Ex eadem progenuit quinque liberos *Carolum Leopoldum* de Coligny anno 1668. natum, et conceſſa ipſi in matrimonium fuit ſoror conſanguinea, Leopoldina Eberhardina. Eleonora *Carola* de Coligny a. 1699. nata, fratri conſanguineo Georgio Leopoldo *Ferdinandus Eberhardus* de Coligny a. 1700. natus, *Eberhardina Leopoldina* de Coligny a. 1707. nata. Viua adhuc dicta Henrica d'Eſperance, adamauit ſororem ipſius iuniorem, Eliſabetham Charlottam Eſperance, quam mortua priore die 15. Auguſti 1718. ſibi fecit copulari. Ex eadem progenuit *Henricam Hedwig*, die 22. Aprilis 1711. natam, *Leopoldum Eberhardum* die

28.

(o) IMHOFFIVS *Notitia Procerum Lib. IV. c. VI. §. 6.*

Digitized by Google

28. Iulii 1712. natum. *Carolum Leopoldum*, Kal. Maii 1716. natum, *Eliſabetham Charlottam* d. 13. Decembris 1717. natam, *Georgium Fridericum* die 16. Maii 1720. natum. Hi equidem poſt vltimi ducis Leopoldi Eberhardi mortem, ſucceſſionem petebant, verum per concluſum Iudicii Aulici de a. 1723. a ſucceſſione fuerunt excluſi, ipſeque Mompelgardenſis Principatus Wurtenbergenſi duci fuit addictus, maxime, quod per Tractatus die 18. Maii 1715. concluſos ita conuenerit. *Demnach des Herrn Herzogs zu Mömpelgardt Durchl. eines theils bey ſich erwogen, daß ſie bisher in keiner erlaubte, und bey dem Fürſtl. Hauſe erforderlichen Standes-mäſſige Vermählung ſich eingelaſſen, und demnach dreyerley Art Kinder erzielet, welche NB. ſo wenig zur Succeſſion in der gefürſteten Grafſchafft Mömpelgardt, und die davon dependirende Herrſchafften und Appertinentien, als zu einiger Appanage und Abfindung aſpiriren, noch dieſerhalb das geringſte fordern können; andern theils aber Ihro Hochfürſtl. Durchl. von Mömpelgardt ſothanen NB. der Succeſſion unfähigen Kindern, für die Sie eine beſondere Liebe zu haben bezeugen, dergeſtalt zu proſpiciren gedencken, daß ſolchen die zur Lebens Unterhaltung nothwendige Alimenta gänzlich ins Künftige nicht abgeben mögen. So haben Se. Hochfürſtl. Durchl. ſich deshalb bey des regierenden Herrn Herzogs zu Würtenberg Eberhardt Ludewigs Hochfürſtl. Durchl. als dem rechtmäſigen Mömpelgard. Succeſſore gemeldet, und bey Denoſelben durch inſtändiges Anſuchen es in die Wege gerichtet, daß zwiſchen beyden höchſtermeldten Fürſtl. Perſonen nachfolgende Freund-Vetterliche Conventiones verabredet, beliebet und beſchloſſen, auch dieſe geſamten Mömpelgardiſche unächte Kinder 12000. Gülden Revenüen, als einen Kunckel-Lehn zu inveſtiren verſprochen worden.*

§. XXVIII.

Fridericus VI. Marchio Badenſis poſt amiſſam a. 1660. d. 4. Auguſti legitimam coniugem, Chriſtianam Magdalenam Palatinam, Holmiae in Suecia a. 1642. ductam, ex foemina priuata, patre tribuno militari orta, duos filios naturales genuiſſe fertur, *Fridericum et Ioannem Bernhardum Barones de Muntzerheim* appellatos: quod feudum a nobilibus ab Hoffwart poſſeſſum, et iure caduci ad ſe delapſum eis contulit (p).

§. XXIX.

Inſignis ille Mansfeldenſium heros Petrus Erneſtus virtutibus ſuis promeruerat, vt a Maximiliano I. imperatore ad Principale faſtigium eueheretur. Carolo V. etiam Caeſari ac Philippo II. regi ob militarem ſcientiam ac fidem fuit charus, eorumque nomine Luxenbergenſem Ducatum rexit, eamque exiſtimationem conſecutus eſt, vt ab Alexandro Parmenſi in Angliam tranſmiſſuro, ſupremus prouinciarum Belgicarum Gubernator armorumque dux deſignaretur (q). Hic poſt iteratum coniugium legitimum concubinam ſibi ad-

(p) IMHOFIUS *lib. IV. c. VIII. §. XXXII.*

(q) FAM. STRADA *Dec. II. lib. IX. p. 637.* IMHOF. *Not. Proc. lib. V. c. XII. §. 8.*

Digitized by Google

adilexit Madame Mallitty, ex eademque progenuit *Polyxenam*, Palamedo Domino de Chalon nuptam, *Dorotheam* Franciſco Verdugo Friſiae Gubernatori nuptam, *Philippum Octauianum* a. 1564. natum die 10. Iunii 1591. defunctum, et *Ernestum VII.* a Rudolpho II. legitimatum, Marchionem Caſtelli noui et Butigleriae factum; militari fama et odio plusquam Vatiniano in domum Auſtriacum, quod ex iniuria defraudari ſibi ab Hiſpanis in Belgio ſtipendii conceperat, notiſſimus, qui poſtquam Friderici Palatini partes plurimum iuuiſſet, a Gabriele Bethlemo Tranſyluaniae principe deſertus, dum per Dalmatiam, Venetias tendit, Vraccouitii, ignobili Boſniae loco a. 1626. morte fuit oppreſſus (r), vt ideo optime de eo Baptiſta NANI (s) praedicet, eum a fortuna naſcendo pariter et moriendo deceptum fuiſſe.

§. XXX.

Antonius Güntherus, poſt patruelis ſui Chriſtiani obitum, Delmenhorſtianum comitatum cum Oldenburgico iterum coniunxit; cumque e Sophia Catharina Holſata, legitima vxore, quam ſero duxit, prolem non ſuſcepiſſet, fato ſuo anno 1667. die 19. Iunii functus, comitum Oldenburgenſium ſtirpem terminauit; Iſta vero vitam vsque ad annum 1696. prorogauit. Ante coniugium filium quidem genuit ex Eliſabetha Vngnadia, Andreae Domini de Sonneck filia, deinceps Equiti a Marenholtz nupta, *Antonium*, a. 1633. d. 1. Februarii natum; is, quia nuptiis ſolemnibus non erat procreatus, a ſucceſſione in comitatibus excluſus fuit. Satis ſuperque tamen a patre prouiſum ei eſt per tabulas ſupremas, quibus a. 1663. conditis, ipſi adſignauit caſtrum Varel, (quod etiam deinceps incoluit) cum praefectura eo pertinente, et Vogteia Ihadenſi; porro dominium Kniphauſen cum pagis eo ſpectantibus, multaque alia praedia in Oldenburgico comitatu ſita; Ipſe vero ob praeclaras animi corporisque dotes, quarum fama non Germaniam ſolum, ſed et extera regna impleuit, ab imperatore Ferdinando III. natalibus donatus, atque in comitiis Ratisbonenſibus a. 1654. S. R. imperii comitis axiomate decoratus eſt. Regi Daniae imprimis charus fuit, qui magnis eum honoribus exaggerauit, inſignibus ordinis ſui honeſtauit, inter arcanorum arbitros cooptauit, comitatibus Oldenburgi, et Delmenhorſtii, ex pacto quidem Rensburgenſi, pro-regis titulo praefecit, denique ad Pacificationem Neomagenſem Plenipotentiarium delegauit. Prima ei coniux fuit Auguſta, Iohannis C. de Sain in Wittgenſtein filia a. 1659. ducta atque anno 1666. die 15. Maii mortua, poſtquam quinquies, ſed non niſi foemineae prolis parentem maritum feciſſet (t).

(r) IMHOF. *Notitia Procerum lib. V. c. XII. §. IX.*
(s) ZEIDLERS *Mansfeldiſches Stammbuch p. 79.*
(t) IMHOF. *Notitia Proc. lib. IV. c. IX. p. 344.*

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google